



G. J. Bekker

LUCIANI SAMOSATENSIS

LIBELLUS,

QUOMODO HISTORIAM CONSCRIBI OPORTEAT.

CUM VARIETATE LECTIONIS SELECTA
ET ANNOTATIONE PERPETUA

EDIDIT

CAROLUS FRIDERICUS HERMANN,
PHIL. DOCT. IN UNIV. HEID.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
MDCCCXXVIII.
PROSTAT IN LIBRARIA HERMANNIA,
IMPENSIS G. F. KETTEMBEIL.



VIRO

ILLUSTRISSIMO, CLARISSIMO,

DOCTISSIMO

NICOLAO GODOFREDO EICHHOFF,

GYMNASII WEILBURGENSIS PROFESSORI,

DOCTORI PIE COLENDO SEMPER

AC CULTO

D. D.

CAROLUS FRIDERICUS HERMANN.

EPISTOLA AD EICHHOFFIUM.

Mirabere fortasse, Vir Praestantissime, qui factum sit, ut, qui modo in Plutarchi Moralibus criticae artis qualiacunque tirocinia posuissem, mox, *ὀστράκου*, ajunt, *περιστροφή*, ad Lucianum me converterem, scilicet a scriptore gravissimo ad levissimum, a serio ad ludibundum, a verissimo ad mendacem, a pio denique et religioso ad impium et deorum hominumque obtrectatorem transfuga. — Itane vero? Num Te quoque ab eorum partibus stare dicam, quibus nihil sancti, nihil veri Lucianus agnovisse, divina atque humana omnia susque deque habuisse et veluti dato negotio augustissima quaeque maxime conviciorum suorum sacrilegiis prosecutus esse videtur? — Bona verba, inquies.— Audio; nec morosum Te, nec superstitiosum novi. At vero sunt, quibus nostra haec studia invisa fore maximopere doleo, summae auctoritatis et probatissimi judicii viri, qui, a prisci illius aevi severitate longissime remotum, mores, instituta,

artes, leges, religiones denique illas antiquitatis omnes, quarum nos et dignitate oblectari et erudiri sapientia solemus, temere in ludibrium vertisse, et, modo ingenii sui dicacitati indulgeret, ne a mendaciis quidem putidissimis abstinuisse et ficta atque incredula pari cum veris loco habuisse Lucianum arguant. Gravia haec sunt, fateor; quorumque sive oppugnatio sive refutatio tum propter atrocitatem criminum, tum propter adversariorum auctoritatem, tum propter praeoccupatos invidia vulgi animos praefationis vel spatiosissimae fines excessura sit, nisi hunc ipsum potissimum libellum, qum commentario illustrandum delegi, et suam et meam vicem optime sese tuiturum esse sperare ausim. In quo tantum abfuit a magnae antiquitatis contumelia, ut et Homerum et Xenophontem justissimis laudibus prosequeretur, Thucydidem autem omnibus, qui posthac ad historiam conscribendam accessuri essent, tanquam summum exemplar proponeret ab ejusque auctoritate fere omnia historici operis condendi praecepta repeteret. Illius animum magnum, ingenuum, incorruptum, omnis et metus et vitiosi pudoris ignarum, aeternae tantum laudi intentum sibi adsciscerent; illius in dicendo elegantiam, vim, gravitatem, perspicuitatem, ornatum aemulatione consequerentur; illum in rerum gestarum veritate anxia cum cura indaganda, in toto opere luculenter et concinne disponendo, in modo singulis partibus sapienter adhibendo, in concionibus historiae convenienter inserendis, in fabulis denique caute eloquendis exprimerent, qui et bene scribere sese et posteritati quoque legendum opus relinquere cuperent. Herodotum sane est ubi reprehendere videatur, sed cui Thucydidem quoque obtrectasse et creditum a multis et a nemine unquam vitio versum est. — At ple-

nus est salum, festivitatis, joci, immo ludibrii acerbaeque irrisionis libellus. — Vero; quod nisi foret, tanti auctoris nomine prorsus indignus esset. Sed qui tandem sunt, quos per hasce pagellas calumniatur atque subsannat Argo oculatior ille noster Momoque dicacior sycophanta? Non praeclara illa atque egregia antiquitatis lumina, quorum semper pio studio manes Lucianus coluit; sed qui species quidem et vultus illorum adeoque nomina prae se ferrent, ab ingeniis tamen moribusque longissimo intervallo distarent; simiae, servum imitatorum pecus, ex eo denique genere homines, quod diversissima sub specie unum semper et idem in omnibus libris suis acerrimo odio Lucianus prosecutus est. Neque enim ab historia quoque manus abstinuerant hominum natio misera aeque ac nefanda, qui illa aetate, perfunctoria quadam eruditione scholarum in umbris aegre imbuti, ex tot tantisque antiquarum literarum copiis atque ornamentis nil nisi verborum lenocinia sententiarumque captiones in usus suos convertissent, eoque facto vel ingeniorum stoliditati, vel perversitati morum, vel laudis opumque insanae cupidini inanem doctrinae fucum praetenderent. Illi vero homines, quocunque se applicassent, veritatem mendaciis, libertatem adulatione, eruditionem ostentatione mutare; illi cavillatione sapientiam, scholasticis declamationibus artem oratoriam, superstitione religionem mentiri; illi, antiquae laudis imitatione freti, in vulgi et opes et studia grassari. Neque defuerunt alii adeoque multi, qui quum e simili quadam disciplina prodiissent, nec melius nossent, quam isti referrent, antiquitatem, imponi sibi per externam speciem paterentur, et eo usque pervenirent, ut anili credulitate religiosum, philosophum barba vultusque tristitie, laterum bonitate orato-

rem, poëtam doctrina, scriptorem denique verborum quorundam insolentium atque obsoletorum frequentatione judicarent. Qui si coram videntes decepti sunt ab iis, quorum egregie prosapies, ingenia reliquosque mores nossent, simulataeque antiquitatis verecundia prohibiti ne manus quidem admovere ausi sunt personis priscarum imaginum similitudines referentibus, quibus detractis fraudes istorum atque praestigiae apparerent; quid, quaeso, mirum, postea quoque exstitisse, qui, si quando discissis palliis librisque disjectis, quibus ulcera sua vibicesque obtegere isti conarentur, nudatos in conspectu omnium constituere Lucianus aggressus esset, actum esse de sacrosancta antiquitatis majestate manuque nefaria principum eruditionis pollui manes rati, *ad arma, cives!* et, *hic niger est; hunc*, conclamarent, *cavete!* Quos eosdem consentaneum erat, si quis histrionem Agamemnonis partes inepte agentem verberasset, indigne pulsatum Atrei filium jactare, vel qui insanum aliquem, qui Caesarem se somniaret, duci in vincula jussisset, majestatis se adstrinxisse dicere. Legant velim, quibus hoc cordi est, ut ne temere levitatis arguant hominem verecundum et cordatum, legant, inquam, lectumque expendant aureum Luciani libellum, qui Piscator sive Reviviscentes inscribitur; ubi Astraeae illius instar reliquisse hominum coetus Philosophiam deplorat; quam si quis quaerat, lascivitate et lenociniis occupata loca ab illa relicta invenire; leonum in exuvie asinos latere, illos nusquam apparere; qui si nulli tum fuerunt, rideri certe a Luciano non potuerunt. Veritatis se, honestatis, simplicitatis studiosum et esse et magis etiam fuisse; sed quas tamdiu frustra quaesivisset, non multum, quin omnino dedisceret, abfuisse, nec quidquam sibi relictum esse, nisi ut

vanitatis, praestigiarum, mendacii, fastus osor atque adversarius acerrimus exsisteret. Hinc igitur factum est, ut sicubi latentem in angulo aliquo veritatem conspexisset, ardentissimo studio arreptam amplecteretur; cui quod nostro in libro sacram esse historiam et veluti perpetuo sacerdotio dicatam oportere ait, quid unquam praeclarius, quid divinius dictum est? — At quo pacto veri ille amicus esse potuit, cujus tot tantisque mendaciis libri ad unum omnes scatent? Haec prae reliquis nuperrime Dahlmannus *), quem sane mirere Virum ingeniosissimum et omnium maxime candidum atque ingenuum tanta cum cavillatione Luciani memoriam prosecutum, ut vix Athenaeum majori cum invidia in Platonem invectum esse dicas. Quae qualia tandem sunt mendacia? Quorum partim adeo sunt proclivia, ut ne unum quidem hominem per illa deceptum iri nec voluisse Lucianum nec exspectasse consentaneum sit. Omnino si quis ficta narret eo in loco, ubi vera dici ne exspectari quidem ab ullo solere norit, illum ne mentiri quidem, certe non fallere contendam. Videtur autem illa aetate mos in vulgus invaluisse, ut praesertim in praefationibus et ubicunque dicendi potius artificium quam argumenti gravitas respiceretur, ficta pleraque ponerentur, quae neque auctores pro veris venditare, neque accipere audientes in animo haberent, sed ubi tum in elocutione, tum vero maxime in inventione praeter hominum exspectationem ad praesens argumentum accommodata artem ingeniique facultatem et comprobare illi et hi admi-

---

*) *Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte. II.* 1. *p.* 26 sqq. cui vide quae responderunt *Jac. ad Luc. Tox. p. XLI sq.* *Heyse Quaestt. Herodd. I, p.* 38 *sq.*

rari possent. Quo ex genere hoc ipso in libello fabula est de Abderitarum morbo, quam si quis pro vera acceperit*), eodem jure Menippum vivum ad inferos descendisse credat; in vitium autem ne quis hanc Luciano fictionem vertat, meminerit, non illum animo praesagire potuisse recentis aevi grammaticastros, qui nisi diserte admoniti de joco apud antiquum scriptorem ne somniare quidem audeant. Tum errasse in multis Lucianum negari nequit; sive memoria lapsum, sive scribendi festinatione praepeditum, cujus hoc quoque in libro testimonia nonnulla exstant**), sive postremo, quod ut turpissimum est, ita non exspectari in homine non potuit, ignorantia veri; ut qui Plutarchum, Pausaniam aliosque aequalium ut arte atque ingenio superaret, ita exactae et multiplicis doctrinae copia minime aequaret. At, puto, aliud est fallere, aliud ipsum falli; mendacis illud, hoc hominis est; neque humani quidquam a se alienum Lucianum putasse opinor. Unum restat, omnium illud gravissimum crimen, quod eo postremo seculi sui praestigiarum taedio perductus est, ut omnino de veri indagine desperaret neque ad Christianam se religionem applicaret, quae sola ipsi animi tranquillitatem suppeditare posset. Irrisisse enim data opera Christianos Lucianum, vix arbitror nostra aetate fore qui contendere audeat***). Sed cui tam spissas tenebras inde a disciplinae primordiis

---

*) Ut v. c. *Baylius* in *Diction. T. I. p.* 14.

**) V. c. de Aristobulo c. XII; de Perdicca c. XXXV; de obsidione Olynthi et Astere Amphipolitano c. XXXVIII; de Praxitele c. LI; de Ixione c. LVII etc.

***) Unum Eichstadtium si excipias. At v. *Dahlm. l. c. p.* 28.

seculi sui ingenium circumfudisset, eum mirari non possis lumine caruisse, quod tum adhuc tenuissimo fulgore splendesceret; et qui toties veri sub specie latentes praestigias deprehendisset, ad postremum si ipsi veritati, quocunque se habitu offerret, diffisus est, excusatione certe haud indignus esse videtur. Omnino acriores fuisse oculos ipsius in indagandis aequalium suorum vitiis, quam in perspiciendis aeternis veri honestique praeceptis negari nequit; sed quarum facultatum exercendarum alterius largissima esset materies et proclivis, alterius rara tenuisque occasio; neque adeo, ubi tandem tenebrarum illarum vincula aliquantisper abscussisset, eo adhuc juvenili atque integro mentis ardore vigebat, ut ultra humani sei victus rationes attollere valeret; satisque habuit, exsolvendis iis, secum qui vincti fuissent, operam navare, carcerem tamen ipsum *) nunquam reliquit. Quae quum ita sint, hoc saltem posito quovis pignore contendam, quaecunque nos in Luciani libris offendant lascive, petulanter, mendose, impie dicta, seculi sui vitiis deberi, quaecunque aut elegantia aut festivitate aut dignitate quadam rectique ardentissimo studio delectent, ipsius ingenii praestantiae tribui oportere.

Quae utut sint, nostrum saltem libellum omnium semper suffragia tulisse constat. Neque enim, quod aequalium suorum ineptias non minori rigore, quam festivitate perstrinxit, nostrorum ulli bilem movit, quum illorum nullus ad nostra secula pervenisset, ut aliquo pretio esse apud nostrates posset; neque unquam aut historiae conscribendae consilium majore cum animo

---

*) *Plat. Republ. VII. init.*

quemquam proposuisse, neque studii ejus fines diligentius descripsisse, neque praecepta luculentius tradidisse. quoque dicendi genere uti historicum deceat docuisse, uno ore omnes conclamant *); neque cum celeberrima illa Horatii ad Pisones epistola contendere eum Wielandus dubitavit. Quanquam haud equidem diffiteor, et desiderari nonnulla, quorum princeps est locus de delectu historico, quem prorsus omisit Noster, nisi fortasse omne rerum gestarum genus idoneum historiae argumentum esse existimavit; et negligentius esse breviusque tractata multa, quam in tanta propositi et praestantia et amplitudine exspectari potuit. Quarum rerum excusationem duabus potissimum de causis peti Luciano posse arbitror. Primum enim illud velim memineris, omnium primum, eorum certe, quorum ad nos notitia pervenit, eam rem peculiari libello Lucianum attigisse, nisi M. Varronem, ut de omni re, ita de hac quoque scripsisse existimas, cujus Sisenna sive de Historia memoratur *Gellio N. A. XVI.* 9. Dionysius enim Halicarnassensis in iis, quae vel ad Cn. Pompejum, vel ad Ammaeum, vel ad Q. Tuberonem huc pertinentia perscripsit, non illud egit, ut historiae scribendae praecepta ederet futuro historico profutura, sed ut quae ad illum diem in historia maxime hominum suffragia tulissent, ad eas leges, quae aut rhetorum in libris ea de re obiter propositae essent, aut sibi pro re nata justae et consentaneae esse viderentur, cum maxima censurae severitate exigeret. Qua in provincia administranda licet judicii non mediocrem exercitationem et summam doctrinae co-

*) V. egregium *Creuzeri* judicium *de Arte Hist.* p. 222—224.

piam haud dubie comprobasset, praeoccupato tamen invidia animo abreptus, tam inique de Thucydide statuit, ut certe exemplum Noster, qui Thucydidem in deliciis haberet, expetere inde sibi haudquaquam posset, etiam si norat illum, quam ut Krügeri sententiam esse intellexi, ita mihi quidem veri similem non videri ad C. IX. significavi. Polybii potius hinc inde rationem habuisse credam, qui sane juxta cum Diodoro Siculo praestantissima historiae conscribendae praecepta per historiarum suarum libros dispersit. Plurimum tamen e rhetorum disciplina Lucianum hausisse perspicuum est, quorum historiae quoque scribendae leges, ab arte grammatica remotas, doctrinae partem constituisse Creuzerus observavit l. c. p. 256. Illorum ex arte tum totius libelli dispositionem, tum singula fere vocabula desumsit, quorum nonnulla tam nuda juxta se posuit, ut disertissimi et elegantissimi viri ingenium vix ac ne vix quidem agnoscas. Neque mihi quidem dubium est, quin aliquanto majoris operis ipse ab initio consilium animo susceperit, mox sive aliis negotiis occupatus, sive amicorum impatientia victus, affectum librum, non perpolitum in vulgus ediderit; nisi fortasse eam festinationis causam fuisse existimas, quod metuerit, ne si diutius in illo negotio desudaret, eorum, quibus in priori opusculi parte perstringendis tanto cum studio immoratus esset, historiae, quae earum imbecillitas esset, ut flores vere nati, antequam edere librum suum posset, evanescerent. Quae quum ita sint, vix decem dierum opus hoc nos tenere arbitror; id quod inde quoque perspicuum est, quod, quum jam belli Parthici exitum victosque in ipsa Media hostes nosset (c. XXX) nondum tamen rediisse tum legiones nec triumphum actum fuisse e c. XXXI apparet. Quod si

nihil ominus hic quoque libellus plurima non magis sententiarum gravitate et copia quam dictionis elegantia atque dignitate insignis est, summae hoc ingeniosissimi hominis in scribendo exercitationi tribuendum, qui tum maxime ipso virilis aetatis culmine floreret.

Quae res monet, ut de tempore, quo hunc librum scriptum esse a Luciano consentaneum est, ad auctoritatem historiae illius aevi paucis exponam. Pendet enim omnis haec quaestio a bello Parthico, quod a L. Vero Aug. per duces Avidium Cassium, Martium Verum et Statium Priscum intra quadriennium praeclarissimis rebus gestis profligatum tantas historicorum adulationes atque ineptias provocarat, ut temperare sibi Lucianus non posset, quo minus, acerba earum nugarum censura instituta, rectiores ejus rei tractandae leges ex antiquorum exemplis depromtas adque sobriam et severam artis disciplinam accommodatas publice ad imitandum proponeret. Cujus belli et causas et eventus brevissime tradere constitui; pluribus, etiam si per hujus praefationis angustias liceret, propter auctorum inopiam non possem. Nam quamlibet magnum fuisse numerum eorum, qui de eo scripserunt, nostro e libro apparet, imbecilliores tamen ad unum omnes fuisse videntur, quam ut ad nostra usque tempora durare possent; quorum ne nomina quidem, quotquot eorum tacere Lucianus maluit, novimus. Neque enim huc Jamblichum pertinere, de quo Photius Cod. XCIV agit, ad C. XXXI indicavi; neque de Antiocho illud affirmare ausim, quem eo tempore historiam scripsisse narrat *Philostr. V. Sophist. II.* 4, *p.* 570, neque de Arriano, cujus Parthica laudat *Steph. Byz. s. v.* Ἐλέγεια, neque de Asinio Quadrato, quem Parthici belli scriptorem passim testem citant illarum rerum

auctores *). Παρθυηνικά libros suos inscripserat, quo nomine aliquoties laudantur a Stephano Byz. **). Qui si idem fuit, quem historiam Romanam mille annorum usque ad Philippum Aug. quindecim libris jonica dialecto scripsisse Suidas auctor est ***), respici sane a Luciano non potuit. Vixerunt praeterea illa aetate Polyaenus orator et Aelius Aristides rhetor, quorum ille in Strategematum Praef. L. I et VI, hic praesertim in Sacris Sermonibus, i. e. in somniis †) illius belli mentionem injiciunt, neuter tamen ita, ut ad interiorem ejus notitiam profici quidquam inde possit. Quem autem copiosissime illud libro LXXI exposuisse consentaneum est Dionem Cassium, ejus e magno naufragio pauca tantum a Xiphilino fragmenta servata sunt. Neque ipse Lucianus alio loco ejus belli meminit, nisi quod *Pseudom.* 27 simulati illius Glyconis vaticiniis fretum Severianum Gallum Romanorum ducem Armeniam invasisse ait, quo cum exercitu ad internecionem caeso vana illius oracula reperta esse. Posteaquam enim Hadrianus Aug. vix imperium adeptus, omissis, quae Trajanus de Parthis ceperat, cum Vologeso II Parthorum rege pacem fecerat ita, ut Armenia sui juris esset, quaecunque praeterea

*) *Jul. Cap. V. Veri* 8. *Vulcat. Gallic. V. Avidii Cassii* 1. *Zosim. V.* 27 *etc.*

**) S. v. Γηλύς, Γερμανίκεια, Γάζακα, Σόλυμα, Ταρσός.

***) Cf. *J. G. Voss. de Hist. Gr. II.* 16.

†) V. c. *Serm. I, T. I, p.* 281 ed. Jebb. δωδεκάτῃ ἐδόκουν Ἀντωνῖνον τὸν αὐτοκράτορα τὸν πρεσβύτερον καὶ τὸν τῶν πολεμίων βασιλέα σπονδὰς καὶ φιλίαν ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, προσιόντων δὲ τῶν περὶ τὸν Βολόγεσον φωνὴν εἶναι οὐκ ὀλίγην καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ἑλληνίζειν κ. τ. λ.

trans Euphratem essent, Parthorum ditioni accederent *); per annos circiter XLIV tranquillus ab illa regione imperii status fuit. Sub mortem demum Antonini Pii Aug. quum Vologeses III Parthorum rex, qui a. p. Chr. 149 patri successerat **) occupandae Armeniae consilia haud dubie prodidisset, missus ad firmandos sociorum animos Severianus cum legione ad Elegeiam Armeniae castellum ab Osroë, ut Lucianus nostro in libro C. XXI, vel ut *Pseudom. l. l.*, ab Othryade aliquo caesus est. Ejusdem haec nomina viri esse Solano placet; non tamen persuasit *Reimaro*, qui *ad Dion. Cass. LXXI.* 2 Othryadem quidem Parthorum ducem, Osroëm autem regulum esse vult ex stirpe Arsacidarum Armeniae a Parthis impositum, quo deinde pulso restitutum esse a Romanis Soaenum ex *Dionis* Fragmento apud Suidam ***) et Jamblichi loco apud Photium l. c. probabiliter Valesius collegit. Nam quum Vologesus ipse Syriam quoque, fugato Atidio Corneliano, qui eam tum administrabat †), hostili impetu cepisset, L. Verus Aug. ejus belli curam sibi imponi passus est. Qui etsi ipse nunquam ultra Euphratem processerit, plurimum autem temporis hiemem Laodiceae, aestatem apud Daphnen, reliquam anni partem Antiochiae in deliciis egerit ††) adeo tamen per legatos ejus strenue bellum administratum est, ut fugato ad Europum Parthorum exercitu, Avidius Cassius Vologesum a sociis desertum insecutus Babylonem usque perveniret, mox Seleucia, quia

*) *Ael. Spart. V. Hadr.* 5.

**) *Tychsen de numis vett. Pers. Comm. IV, p.* 42.

***) *S. v.* Μάρτιος, *Tom. II, p.* 504.

†) *Jul. Cap. V. M. Ant.* 8.

††) *Jul. Cap. V. L. Veri.* 7.

fidem Romanis datam non servasset, direpta et incensa in Mediam quoque penetraret et Ctesiphontem Vologesi regiam solo aequaret; Statius Priscus autem captis Artaxatis Armeniam vindicaret *). Regem Armenis datum numi testantur **); quem Soaemum fuisse videri modo indicavi. L. Verus Aug. triumphans Romam rediit, imperatorum utrique et Armeniaci et Parthici nomen ob id bellum delatum est. Quod quum statim ab initio imperii M. Antonini L. Veri Augg. per quadriennium gestum sit, integros annos 162—165 occupasse videtur; quod si nostrum libellum sub ipsum belli exitum scriptum esse supra comprobavimus, ipso a. p. Chr. 165, u. c. 918 scriptum consentaneum est, quo tempore Lucianus, si circiter a. p. Chr. 120 natum esse statuimus, quadragesimum quintum aetatis annum maxime agebat.

Restat, aut paucis de hac editione moneam. Quae quum duabus partibus constet, de selecta, quam textui subjeci, lectionis varietate, quae scire lectoris interest, primo loco ponam; de annotatione, quam patrocinium suum ipsam suscipere malim, duobus verbis dicam. Codd. igitur Mss. lectiones, quas continet novissima Lehmanni editio, adscripsi omnes, nisi quas e mero ipsius librarii errore profectas esse appareret. Qua tamen in re dijudicanda audaciae potius negligentiaeque, quam indulgentiae culpam devitare studui. Notas easdem, quas inde a Reitzio in designandis singulis Codd. adhiberi vidissem, conservavi, nisi quod Cod. *Wittianum* Jensii, qui idem Marcianus est Solano, quemque propterea, prouti haec vel illa lectio vel a Jensio vel a Solano sit

---

*) *Jul. Cap. M. Ant.* 9.

**) *Patin. Imp. Rom. Num. p.* 204. *Beger p.* 77.

annotata, literis W. et M. apud Lehmannum quoque promiscue designari videmus, una eademque ubique litera W. insignivi. Reliquis literis, A. P. L., significantur Cod. *Anglus*, quem contulit Bourdelotius, Cod. *Poli* et Excerpta *Longolii*. Quibus accedunt Regii *Parisienses* tres, numeris 2954, 2956, 3011 insigniti, quorum lectiones publici juris fecit gallicus Luciani interpres, *Belinus de Ballu*, qui uti hac re optime de Nostro meruit, ita suis ipsius conjecturis nihil usquam profecisse censendus est; accedit praeterea Cod. *Gorlicensis*, optimae notae liber, quem utinam majore cum diligentia Schmiederus contulisset! denique Ms. *J. G. Graevii*, qui quum jam in notulis, quibus editionem Luciani Amstelaedamensem beavit, unius alteriusque lectionis e Cod. Ms. profectae mentionem injecisset, longe plures adscripsit margini exemplaris Editionis principis Florentinae, quod deinde in Bibliothecam Academiae nostrae transiit. Quod quum accuratius inspicere mihi contigisset, tria statim harum lectionum genera esse intellexi; unum earum, quas quum addita nota γρ. e Codice Ms. profectas esse ipse extra ullam dubitationem posuisset Vir praestantissimus, religiossime descriptas literisque Gr. vel Ms. Gr. insignitas ipsi Codd. ordini inserere nullus dubitavi. Quamquam non unius, sed, nisi plurium, duorum certe Codd. Mss. lectiones hic nobis exhiberi, inde mihi colligere visus sum, quod bis terve eodem loco duas diversas lectiones annotari viderem. Alterum genus est earum, quas nulla nota distinctas utrum pro Graevii ipsius conjecturis an pro Cod. lectionibus haberem, dubius interdum haesi nec nisi hoc indice ut *adscripsisse Graevium* dicerem, inter variantes lectiones enumerare usus sum. Conjecturas esse maximam partem mihi persuasum est; paucas tantum, quae ex

ingenio viri doctissimi profectae esse omnino non possint, Codd. auctoritati acceptas referri arbitror. In tertia denique classe censentur emendationes eae, quibus Graevius editionis Florentinae sphalmata typothetica, quorum haud exigua est moles, ad aliarum editionem fidem sua manu correxisse videtur; quas quidem, quum critici usus omnino non sint, plerumque omittendas esse duxi. — Lectiones e *margine exemplaris Aldinae prioris Wesselingiani* a Reitzio descriptas, quas Fritzschio praeeunte, addita nota „m A 1" insignivi, etsi obscurissima sit earum vel origo vel auctoritas, tamen, nisi ubi correctoris manum perspicue proderent, minime neglexi. *Editionis principis*, quae prodiit *Florentiae* 1496, unde originem traxit nota nostra „Ed. Pr. Flor.," lectiones variantes aliquanto diligentius adscripsi, eo tantum consilio, ut appareret, quanta cum negligentia Solanus Reitziusque hoc ipso negotio sint defuncti. *Aldinae* contra utriusque (1503 et 1522) *Juntinae* (Venet. 1535) *Basiliensiumque* trium priorum (1545, 1555, 1563) quarum vel levissima sphalmata ad taedium usque diligentissime enotare non dedignatus est Lehmannus, ibi tantum mentionem injeci, ubi ad factitandam criticam aliquis earum futurus esset usus. Reliquas ex editionibus iis, quae Reitzianam antecedunt quasque *veterum* nomine vel vocabulo, quod est *olim*, designavi, eam ipsam ob causam, quia nullus eorum usus est criticus, semel vel nunquam appellavi; quarum praecipuae sunt Parisina *Bourdelotii* (1615, fol.), Salmuriensis *Benedicti* (1619, 2 Voll. 8) et Amstelaedamensis *Jo. Clerici* (1687. 2 Voll. 8.) Quas quae excepit Amstelaedamensis altera (1734. III Voll. 4.) *Jo. Frid. Reitzii*, ejus lectiones, *quae ab insequentibus editoribus retinerentur*, hac nota indicavi:

„Reitz. etc.;" quae vero ab eorum aliquo rejectae essent, *vulg. lect.* nomine appellandas duxi. Neque enim defuere, qui vel post Reitzium Bipontinosque, a quibus illius editio repetita est Voll. X, 1789—1793, vel omnibus Luciani operibus, vel huic libello peculiarem operam navarent: *F. A. Wolfius* inter *Luciani libellos quosdam ad lectionum usus selectos*, *Hal.* 1791, *A. F. W. Rudolphus*, qui hunc ipsum libellum haud ineleganter edidit separatim Lipsiae 1797. 8, denique recentissimi totius Luciani editores, *Schmiederus* (Hal. 1800. 2 Voll. 8) et *Lehmannus*, (Vol. I—VI. Lips. 1822. 8). Quorum omnium lectiones, sicubi vel illi a Reitzio discessissent, vel mihi ipsi ab illis discedere visum esset, diligentissime adscripsi; accentus tantum, Jota subscriptum, distinctionesque tacite fere, ubi id opus esset, immutavi. VV. DD. conjecturas paucissimas tantum addidi, quas quidem non omnino veri quadam specie destitutas esse arbitrarer; nisi ab aliquo editore in textum receptae essent; earum enim omnium rationem reddidi. Meas qualescunque hinc inde adspersi; duas tresve in textum quoque recepi. De quibus suo loco dicetur. Quas praeterea lectiones Luciano dignas judicavi, earum fontes quam brevissime indicavi, cetera in commentarium rejeci. In conformando denique textu haud parum subsidii me petiisse ex iis quoque, quae post absolutum Edit. Lehm. Vol. IV ad copias Lucianeas accessere, quorum ex genere praeter *Struvii lectiones Lucianeas* Miscellanearum criticarum, quas Seebodius et Friedemannus edunt, Volumini II insertas, et *Jacobi quaestt. Lucc.* post Toxarim ab illo editum, inprimis appellanda sunt hoc loco *Hemsterhusiana Anecdota* a Jacobo Geelio publici juris facta (Lugd. Bat. 1825)

et *Fritzschii quaestiones Lucianeae* (Lips. 1826) gratissimo animo profiteor. De annotatione nostra paucis dixisse sufficiet. Quam quum, muneris academici negotiis satis alioquin districtus, ideo potissimum scribere instituissem, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ καιρῷ, per scribendi festinationem factum est, ut multa vitiose, aliqua inconsiderate dicerem, omitterem etiam haud exigua, quorum adeo partim jam in schedis descripta essent; postremo modum non ubique adhiberem, quem omnino omnium extremum accedere ad doctrinam constat. Unum totius operis consilium atque dispositio nunc quoque placet; qua perpetuae annotationis, qualis animo meo imago insedisset, speciem saltem qualemcunque exprimere studui. Et initio quidem enarrationem tantum dare constitueram, qualem Oedipo Coloneo Reisigius subjunxit; mox ubi tanti exempli imitationi imparem me fore intellexi multosque esse, qui ad justae editionis complementum versionem integram abesse non posse arbitrentur, ita illorum desideriis satisfacere institui, ut per ipsas commentarii partes interpretationem disponerem, ad verbum plerumque expressam, neve idem bis terque dicendum esset, hinc inde explicationibus distinctam. Maxima ejus pars mea est; quamquam quum non tam nova sed quantum fieri posset optima exhibere mihi proposuissem, ne a Gesneri quidem verbis usurpandis, ubicunque idonea essent, abhorrui. Nec Solani, Reitzii, Rudolphi, Lehmanni aut operam sperni aut taceri nomina decuit ea in annotatione, quae, quibuscunque ad intelligendum librum opus esset, cogere in unum polliceretur. Rudolphus inprimis quae in Indice ad illustrandam Luciani graecitatem haud indocte

congessisset, non negligenda esse duxi praesertim quia suam in editionem recipere illa Lehmannus supersedit; quorum etsi maxima pars a me quoque dudum in schedas relata esset, virum tamen studiosum et elegantem debitis suis laudibus orbare nolui. Restabant alioquin haud exigua, ab antecedentibus intpp. integra relicta, in quibus meo Marte elaborarem; quae si quibusdam non prorsus inepta visa fuerint, gaudebo, *εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ πίθος ἐν Κρανείῳ.* Quae utut sint, Te, Vir Praestantissime, et quicunque Te humanitate et indulgentia aequant, quidquid hac opella praestare cupivi, boni consulturos esse confido. Vale. Heidelbergae X Kal. Apr.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ
ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

Ἀβδηρίταις φασὶ Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλων, τοιοῦτο· πυρέττειν [a]) μὲν γὰρ τὰ πρῶτα πανδημεὶ ἅπαντας, ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐῤῥωμένως, καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ· περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυέν, τοῖς δὲ ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς καὶ οὗτος [b]), ἔλυσε τὸν πυρετόν· ἐς γελοῖον δέ τι πάθος περιίστη [c]) τὰς γνώμας αὐτῶν·

VARIETAS LECTIONIS SELECTA.

Cap. I. a) Sic Codd. A. W. P. L. Gr. Edd. Reitz. etc. — Olim πυρεταίνειν. — b) Cod. P. οὕτως, quod conj. et Graevius. Qui etsi in rem suam adhibere possit Thuc. V. 76. Ἐβούλοντο δὲ πρῶτον σπονδὰς ποιήσαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, αὖθις ὕστερον καὶ ξυμμαχίαν, καὶ οὕτως ἤδη τῷ δήμῳ ἐπιτίθεσθαι — sana est vulg., quam exempl. nube confirmat Fritzsch. quaestt. Lucc. p. 84. c) Lehm. e Codd. Gorl. et Par. 3011 scr. περιίστα, formam, ut ipsi videtur, exquisitiorem, quam tamen Jonicae dialecti auctoribus iisque, qui minus dictionis Atticae elegantiis studuerint, reliquendam esse recte monuit Buttmann gr. gr. max. Tom. I. p. 528. Nam quos duos Thucydidis scilicet locos laudat II. 106. et VI. 43, decipi se passus est a Matth. gr gr. p. 267 Lehmannus, qui si Thucydidem ipse evolvisset, haud sane reprehendisset Fisch. ad Well. Tom. II. p. 453, qui eos locos recte Herodoto tribuit. Quos autem praeterea in te-

ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο [d]), καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν, καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει [e]) διεξῄεσαν· καὶ μεστὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν τῶν ἑβδομαίων ἐκενίων τραγῳδῶν,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως,

καὶ τἆλλα [f]) μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ, ἄχρι δὴ χειμὼν καὶ κρύος δὲ μέγα γενόμενον ἔπαυσε ληροῦντας αὐτούς. Αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦ τοιούτου παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδὸς, εὐδοκιμῶν τότε, μεσοῦντος θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς πυρέξαι τε ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀναστάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παρολισθαίνειν, ἐπιπολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, καὶ τοῦ Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ τὴν ἑκάστου γνώμην περιπετομένου.

---

stimonium locos adhibet, eorum alter tantum huc pertinere videtur, qui est Polyb. III. 43. 11. συνίστα, in altero Machonis Comici apud Athen. VI. 43. p. 243. F. προςίστα Imperativus est, eodem fere exemplo, quo ἀπόστα et παράστα apud Menandrum. Cf. Bekker. Anecdd. T. I p. 81 et 436. Suid. T. I. p. 294. Quae quum ita sint, ad solius Polybii exemplum Lucianum corrigere nefas esse duxi. d) Cod. W. παρεκινοῦν. V. ad C. 45. e) Sic scr. auctoritate Codd. A. P. L. Gorl. Gr. et Par. 3011, tum in A 1, ex sententia Rudolphi in Ind. Graec. s. v. ῥῆσις et Fritzsch. l. l. p. 42 coll. Praef. p. XXIII. Vulg. μέλει, quam tuetur Lehm. V. Comm. f) Sic scr. cum Edd. Ald. 1. 2. Bas. 1. 2. 3. ex lege gramm. Cf. Buttm. l. l. p. 116. Vulg. τἄλλα, quam tuetur Lehm. — Cod. Par. 2956. τῶν ἄλλα.

II. Ὡς οὖν ἓν, φασὶν, ἑνὶ παραβαλεῖν, τὸ Ἀβδηριτικὸν ἐκεῖνο πάθος καὶ νῦν τοὺς πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων περιελήλυθεν· οὐχ ὥςτε τραγῳδεῖν· ἔλαττον γὰρ ἂν τοῦτο παρέπαιον, ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις οὐ φαύλοις κατεσχημένοι· ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα, καὶ αἱ συνεχεῖς νῖκαι [a]), οὐδεὶς ὅςτις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει, μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι καὶ Ἡρόδοτοι καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες· καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' [b]) ἦν ἐκεῖνο τὸ, Πόλεμος ἁπάντων πατήρ· εἴ γε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ [c]).

III. Ταῦτα τοίνυν, ὦ φιλότης, ὁρῶντα καὶ ἀκούοντά με τὸ τοῦ Σινωπέως ἐκεῖνο εἰςῆλθεν· ὁπότε γὰρ ὁ Φίλιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπελαύνειν, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐταράττοντο καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, ὁ μὲν ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ λίθους παραφέρων, ὁ δὲ ὑποικοδομῶν [a]) τοῦ τείχους, ὁ δὲ ἔπαλξιν ὑποστηρίζων [b]), ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν· ὁ δὴ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὅ τι καὶ πράττοι [c]), οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ ἐς

Cap. II. a) Sic corr. Guil. Dind. in edit. Lehm. Vulg. νίκαι. b) Scr. cum Lehm. ex Ald. 2. Vulg. ἄρ' ἦν. Corr. et Graevius. c) Scr Reitz. etc. e Codd. A. W. P. L. et m A 1. Acc. Ms. Gr. Olim πληγῇ. Cod. Par. 2956. τόλμῃ. Litem dirimit De Gymnas. c. 26. ὁ δὲ πυρὸς κατ' ὀλίγον, οὔτε φλογὸς μεγάλης ἀνισταμένης, οὔτε ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑποτυφόμενος κ. τ. λ.

Cap. III. a) ἐποικοδομῶν 2954. b) ἐπιστηρίζων 3011. c) πράττει. Id.

οὐδὲν ἐχρῆτο, διαζωσάμενος [d]) τὸ τριβώνιον σπουδῇ μάλα καὶ αὐτὸς ἐκύλιε τὸν πίθον, ἐν ᾧ ἐτύγχανεν οἰκῶν, ἄνω καὶ κάτω τοῦ Κρανείου [e])· καί τινος τῶν συνήθων ἐρομένου· τί ταῦτα ποιεῖς, ὦ Διόγενες; Κυλίω, ἔφη, κἀγὼ τὸν πίθον, ὡς μὴ μόνος ἀργεῖν δοκοίην ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις.

IV. Καὐτὸς [a]) οὖν, ὦ Φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ καιρῷ, μηδ' ὥςπερ κωμικὸν δορυφόρημα κεχηνὼς [b]) σιωπῇ παραφεροίμην, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, ὡς δυνατόν μοι κυλῖσαι) τὸν πίθον· οὐχ ὡς [d]) ἱστορίαν συγγράφειν οὐδὲ πράξεις αὐτὰς διεξιέναι· οὐχ οὕτω μεγαλότολμος ἐγὼ, μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ· οἶδα γὰρ, ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ κατὰ τῶν πετρῶν κυλίοι [e]) τις, καὶ μάλιστα οἷον τοὐμὸν τοῦτο πιθάκνιον, οὐδὲ πάνυ καρτερῶς κεκεραμευμένον· δεήσει γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς μικρόν τι λιθίδιον προςπταίσαντα συλλέγειν τὰ ὄστρακα. Τί οὖν ἔγνωσταί μοι καὶ πῶς [f]) ἀσφαλῶς μεθέξω

---

d) διασωσάμενος Id. e) Princeps exhibuit Reitz. e Cod. W. et m A 1. Olim Κρανίου.

Cap. IV. a) καὶ αὐτὸς 2956. b) κεχηνός Id. c) Corr. Guil. Dind. in Edit. Lehm. Vulg. κυλίσαι. At dici non potest quantum in hoc ipso verbo vacillent Grammatici. Cf. Regg. Prosod. post Herm. de em. r. gr. gr. p. 431. n. 51 et p. 446. n. 116. d) Ὡς deest in vett. Edd. exc. Ald. 2. et Junt.; unde recepere Reitz etc. e) Sic dedi c. Bipp. Schmied. Lehm. e Codd. W. et Par. 2956 pro vulg. κυλίει, quod retinent Reitz. Wolf. Rud. Adscripsit et Graevius. — At fortasse leg. κυλιεῖ, ut v. c. Sacrif. c. 11. Ἀγαπῶντα, εἰ διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν θύσει τις αὐτῷ πάρεργον Ὀλυμπίων. f) Sic Codd. P. L. Gr. Pair. 2954 et 3011, tum m A 1; Edd.

τοῦ πολέμου, αὐτὸς ἔξω βέλους ἑστώς; ἐγώ σοι φράσω.

Τούτου g) μὲν καπνοῦ, καὶ κύματος καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφειν h) ἔνεισιν, ἀνέξω i) ἐμαυτὸν, εὖ ποιῶν· παραίνεσιν δέ τινα μικρὰν καὶ ὑποθήκας ταύτας ὀλίγας ὑποθήσομαι τοῖς συγγράφουσιν, ὡς κοινωνήσαιμι αὐτοῖς τῆς οἰκοδομίας, εἰ καὶ μὴ τῆς ἐπιγραφῆς, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ τοῦ πηλοῦ προςαψάμενος.

V. Καίτοι οὐδὲ παραινέσεως οἱ πολλοὶ δεῖν οἴονται σφίσιν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, οὐ μᾶλλον ἢ τέχνης τινὸς ἐπὶ τὸ βαδίζειν ἢ βλέπειν ἢ ἐσθίειν, ἀλλὰ πάνυ ῥᾷστον καὶ πρόχειρον καὶ ἅπαντος εἶναι ἱστορίαν συγγράψαι, ἤν τις ἑρμηνεῦσαι τὸ ἐπελθὸν δύνηται· τὸ δὲ a) οἶσθά που καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐ τῶν εὐμεταχειρίστων οὐδὲ ῥᾳθύμως συντεθῆναι δυναμένων τοῦτ' ἐστὶν, ἀλλὰ, εἴ τι b) ἐν λόγοις καὶ ἄλλο, πολλῆς τῆς φροντίδος δεόμενον, ἤν τις, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ἐς c) ἀεὶ

Reitz. etc. Olim ὅπως. g) Sic Reitz. etc. e W. Acc. Parr. 2954 et 3011; 2956 cum vett. editt. dat τοῦ, male; sunt enim ipsa Homeri verba Odyss. M. 219. h) Codd. W. Gr. tum Parr. 2956 et 3011 συγγραφεῖ. i) ἀνάξω Iidem Parr.

Cap. V. a) τὸ δέ desunt in Cod. 2956. — Hemst. ap. Geel. in Anecdd. p. 59: „Immo τόδε, nisi corruptum; mallem σὺ δέ." Adversus quem vide quae recte disputat Fritzsch. l. l. p. XI. b) W. ἀλλ' εἴ τι. At videtur Luc. gravitati illi studere, quam vocalium concursus orationi conciliat, ad Thucyd. exemplum, de quo vid. Goeller in Actt. Monacc. T. II. p. 239 sq. c) Ἐς ἀεί. Sic princeps exhibuit Reitz. e L. et m A 1, ut est apud Thucyd. I. 22. Acc. Ed. Ald. 2. Rell.

κτῆμα συντιθείη. οἶδα μὲν οὖν οὐ πάνυ πολλοὺς αὐτῶν ἐπιστρέψων, ἐνίοις δὲ καὶ πάνυ ἐπαχθὴς δόξων, καὶ μάλιστα ὁπόσοις ἀποτετέλεσται ἤδη καὶ ἐν τῷ κοινῷ δέδεικται ἡ ἱστορία. εἰ δὲ καὶ ἐπῄνηται ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία ἤ γε [d]) ἐλπὶς, ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν ἢ μεταγράψουσί [e]) τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων καὶ ὥςπερ ἐς τὰς βασιλείους αὐλὰς ἀποκειμένων. ὅμως δὲ οὐ χεῖρον καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους εἰρῆσθαι, ἵν' [f]), εἴ ποτε πόλεμος ἄλλος συσταίη, ἢ Κελτοῖς πρὸς Γέτας ἢ Ἰνδοῖς πρὸς Βακτρίους, (οὐ γὰρ πρὸς ἡμᾶς γε τολμήσειεν ἄν τις, ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων·) ἔχωσιν ἄμεινον συντιθέναι, τὸν κανόνα τοῦτον προςάγοντες, ἤνπερ γε δόξῃ αὐτοῖς ὀρθὸς εἶναι· εἰ δὲ μή, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε τῷ αὐτῷ πήχει, ὥςπερ καὶ νῦν, μετρούντων τὸ πρᾶγμα· ὁ ἰατρὸς δὲ οὐ πάνυ ἀνιάσεται, ἢν πάντες Ἀβδηρῖται ἑκόντες Ἀνδρομέδαν τραγῳδῶσι.

VI. Διττοῦ δὲ ὄντος τοῦ τῆς συμβουλῆς ἔργου, τὰ μὲν γὰρ αἱρεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν διδάσκει, φέρε πρῶτα εἴπωμεν, ἅτινα φευκτέον [a]) τῷ ἱστορίαν συγγράφοντι καὶ ὧν μάλιστα καθαρευτέον· ἔπειτα, οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἀρχήν τε οἵαν αὐτῷ

editt. vett. ὡς ἀεί. d) Sic scr. c. Bipp. Schmied. et Lehm. e Codd. Parr. 2954 et 2956 pro vulg. lect. εἴ γε. Jens. lectt. Lucc. p. 232 conj. εἴη γε. Cod. 3011. καὶ ἐλπὶς, male. e) Codd. W. et Par. 3011. μεταποιήσωσιν ἢ -ψωσιν. f) ἵν' Cod. W. ἤν.

Cap. VI. a) Codd. Gorl. et 3011 φευκτά. b) τὰ ἐν

ἀρκτέον, καὶ τάξιν ἥντινα τοῖς ἔργοις ἐφαρμοστέον, καὶ μέτρον ἑκάστου, καὶ ἃ σιωπητέον, καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον, καί ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον, καὶ ὅπως ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ καὶ συναρμόσαι. ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὕστερον· νῦν δὲ τὰς κακίας ἤδη εἴπωμεν, ὁπόσαι τοῖς φαύλως συγγράφουσι παρακολουθοῦσιν. ἃ μὲν οὖν κοινὰ πάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα, ἔν τε φωνῇ [b]) καὶ ἁρμονίᾳ καὶ διανοίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀτεχνίᾳ, μακρόν τε ἂν εἴη ἐπελθεῖν καὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως οὐκ ἴδιον. κοινὰ γάρ, ὡς ἔφην, ἁπάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα [ἔν τε φωνῇ, καὶ ἁρμονίᾳ.] [c]).

VII. Ἃ δὲ ἐν ἱστορίᾳ διαμαρτάνουσι, τὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις ἐπιτηρῶν, οἷα κἀμοὶ πολλάκις ἀκροωμένῳ ἔδοξε, καὶ μάλιστα ἢν ἅπασιν αὐτοῖς ἀναπετάσῃς τὰ ὦτα. οὐκ ἄκαιρον δὲ μεταξὺ καὶ ἀπομνημονεῦσαι ἔνια, παραδείγματος ἕνεκα, τῶν ἤδη οὕτω συγγεγραμμένων· καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο, ἡλίκον ἁμαρτάνουσιν, ἐπισκοπήσωμεν. ἀμελήσαντες γὰρ οἱ πολλοὶ αὐτῶν τοῦ ἱστορεῖν

---

m A 1. c) Fritzsch. l. l. p. 166: „Vocabula ἔν τε φωνῇ καὶ „ἁρμονίᾳ sententiam perdunt et pessumdant. Tolle ea de me„dio; nam e proxime superioribus, ubi summo jure collocata „sunt, importune huc immigrarunt. Cujus rei aliquid jam „Rudolphus et Schmiederus sensere, verum isti longius justo „progressi ne sanis quidem ut parcerent, adduci se siverunt.“ Schmiederus enim totam illam extremam sententiam κοινὰ γὰρ — ἁρμονίᾳ, utpote Rudolphi judicio condemnatam, cancellorum in vincula conjecit, cui refutando quae bene adhibuit Lehmannus, ea nostrae rationi suffragantur potius quam obsunt.

τὰ γεγενημένα, τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν ἐνδιατρίβουσι [a]), τοὺς μὲν οἰκείους ἐς ὕψος ἐπαίροντες [b]), τοὺς πολεμίους δὲ πέρα τοῦ μετρίου καταῤῥίπτοντες· ἀγνοοῦντες, ὡς οὐ στενῷ τῷ Ἰσθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον, ἀλλά τι μέγα τεῖχος ἐν μέσῳ ἐστὶν αὐτῶν, καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν ἐστὶ πρὸς ἄλληλα, εἴ γε τῷ μὲν ἐγκωμιάζοντι μόνου ἑνὸς μέλει, ὁπωςοῦν [c]) ἐπαινέσαι καὶ εὐφρᾶναι [d]) τὸν ἐπαινούμενον, καὶ εἰ ψευσαμένῳ ὑπάρχει τυχεῖν τοῦ τέλους, ὀλίγον ἂν φροντίσειεν· ἡ δὲ οὐκ ἄν τι ψεῦδος ἐμπεσὸν, ἡ ἱστορία, οὐδ᾽ ἀκαριαῖον [e]) ἀνάσχοιτο, οὐ μᾶλλον, ἢ τὴν ἀρτηρίαν ἰατρῶν παῖδές φασι τὴν τραχεῖαν παραδέξασθαι ἄν τι ἐς αὐτὴν καταποθέν.

VIII. Ἔτι ἀγνοεῖν ἐοίκασιν οἱ τοιοῦτοι, ὡς ποιητικῆς μὲν καὶ ποιημάτων ἄλλαι ὑποσχέσεις καὶ κανόνες ἴδιοι, ἱστορίας δὲ ἄλλοι. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀκρατὴς ἡ ἐλευθερία καὶ νόμος εἷς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ· ἔνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ἐκ Μουσῶν, κἂν ἵππων ὑποπτέρων ἅρμα ζεύξασθαι θέλῃ [a]), κἂν ἐφ᾽ ὕδατος ἄλλους ἢ ἐπ᾽ ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναβιβάσηται, φθόνος οὐδεὶς, οὐδ᾽ ὁπόταν ὁ

Cap. VII. a) Sic Reitz. etc. e Cod. W. et m A 1. Accedere Pariss., e Belini silentio colligere licet. Vett. editt. διατρίβουσι, exc. Ald. 2, quae separatim dat ἐν διατρ. b) φέροντες 2954 et 3011, ex glossa. c) Ὅπως οὖν Codd. 2954 et 3011. Ὁποσοῦν Edd. Bas. 1. 2. 3. et Reitz., haud scio an ex errore typogr. d) Sic scr. c. Wolf. et Lehm. Vulg. εὐφράναι. e) Codd. A. P. Gr. ἄχαιρον, male.

Cap. VIII. a) Cod. W. ἐθέλῃ. At cf. Lobeck. ad Phryn.

Ζεὺς αὐτῶν ἀπὸ [b]) μιᾶς σειρᾶς ἀνασπάσας αἰωρῇ ὁμοῦ γῆν καὶ θάλατταν, δεδίασι, μὴ ἀποῤῥαγείσης ἐκείνης συντριβῇ τὰ πάντα κατενεχθέντα [c])· ἀλλὰ κἂν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλωσιν, οὐδεὶς ὁ κωλύσων, Διὶ μὲν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέρνον δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι, τὴν δὲ ζώνην τῷ Ἄρει· καὶ ὅλως σύνθετον ἐκ πάντων θεῶν γενέσθαι δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Ἀερόπης. οὐ γάρ ἱκανὸς ὁ Ζεὺς οὐδ' ὁ Ποσειδῶν οὐδ' Ἄρης [d]), μόνος ἕκαστος ἀναπληρῶσαι τὸ κάλλος αὐτοῦ. ἡ ἱστορία δέ, ἥν τινα κολακείαν τοιαύτην προςλάβῃ, τί ἄλλο ἢ πεζή τις ποιητικὴ γίγνεται, τῆς μεγαλοφωνίας μὲν ἐκείνης ἐστερημένη, τὴν λοιπὴν δὲ τερατείαν γυμνὴν τῶν μέτρων καὶ δι' αὐτὸ ἐπισημοτέραν ἐκφαίνουσα; μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακόν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπειςάγει [e]) τῇ ἱστο-

---

p. 7. b) Sic Reitz. etc. e Codd. A. W. P. L. Adscr. et Graevius. Olim ὑπὸ. c) τὰ π. ὁμοῦ κατενεχθέντα 2956. d) Bipp. et Schm. οὐδὲ ὁ Ἄρης e Codd. W. Gorl. et Par. 2956. Correctionem olet. e) Restitui lect. edd. vett. praeter Junt. et Ald. 2. omnium. Reitz. etc., scilicet ut constaret antecedenti εἰδείη, scrips. ἐπεισάγοι e Cod. W., cui accedere videntur Parr. duo, nam ex solo 2956 annotatur var. lect. ἐπειςάγειν. At bene jam intellexit Rudolphus, pristinae lectioni subsidium peti posse ex solemni illa modorum enallage, in testimonium adhibito Dorvill. ad Charit. p. 279. Adde Boeckh. in Platon. Min. p. 62 et Stallb. ad ejusd. Euthyphr. p. 108. Cujus equidem rationem nostro in loco non sentiri tantum, quod ait Dorvillius, sed verbis quoque exprimi posse arbitror. Lucianus enim, summum, inquit, vitium, si quis *fortasse* historiae poeticesque confinia discernere *nesciat*, atque is jam, quae alterius sunt, alteri *tribuit*: *wenn jemand vielleicht Ge-*

ρίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας [f]) κομμώματα [g]), τὸν μῦθον καὶ τὸ ἐγκώμιον καὶ τὰς ἐν τούτοις ὑπερβολάς· ὥςπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων καὶ κομιδῇ πρινίνων ἁλουργίσι [h]) περιβάλοι [i]) καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ καὶ φύκιον ἐντρίβοι [k]) καὶ ψιμύθιον [l]) τῷ προςώπῳ, Ἡράκλεις ὡς καταγέλαστον [m]) αὐτὸν ἀπεργάσαιτο, αἰσχύνας τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ.

IX. Καὶ οὐ τοῦτό φημι [a]), ὡς οὐχὶ καὶ ἐπαινετέον ἐν ἱστορίᾳ ἐνίοτε· ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προςήκοντι ἐπαινετέον καὶ μέτρον ἐπακτέον τῷ πράγματι, τὸ μὴ ἐπαχθὲς τοῖς ὕστερον ἀναγνωσομένοις αὐτὰ, καὶ ὅλως πρὸς τὰ [b]) ἔπειτα κανονιστέον τὰ τοιαῦτα, ἅπερ [c]) μικρὸν ὕστερον· ἐπιδείξομεν [d]). Ὅσοι δὲ οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο

---

schichte und Dichtkunst nicht sollte scheiden können, und nun, was der einen gehört, bei der andern anbringt. f) Codd. A. P. W. et 2954. ἑταίρας. Adscr. et Graevius. g) Cod. W. σκώμματα. Gr. κωμμώματα. h) Sic Reitz. etc. e m A 1. Haud scio an accedant Paris. Olim ἁλουργέσι. Codd. A. P. Gr. ἁλουργές τι. W. ἁλ. εἰ. i) περιβάλλει 3011. k) ἐκτρίβοι 2956. l) Scr. ψιμύθιον auctoritate Cod. W. pro vulg. ψιμμύθιον ex praecepto Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 394. quidquid vacillet Heindorf. ad Platon. Lys. p. 39. Aeoles dixisse ψημύθιον, jam confirmat Gramm. in Bekk. Anecdd. T. III. p. 1193. — Pisc. 12 et adv. Ind. 23 est ψιμύθιον, Alexand. 14 ψιμμύθιον, utrobique sine ulla lect. var. m) Lehm. ex Jacobsii conjectura in Append. ad Porson. Advers. p. 293 scr. ὡς καταγέλαστον ἂν αὐτὸν ἀπεργάσαιτο sane calidius, utpote quem latuerit jam praecedere id ἂν in illis ὥσπερ ἂν εἰ.

Cap. IX. a) καὶ οὐ φημι W. — καὶ τοῦτό φημι 3011. b) Τοῖς L. — τοὺς m A 1. c) Lehm. scr. ὥςπερ ex ed. Ald. 2. Correctionem olet. d) Ἐπιδείξομαι 2954, male; ἐπιδείκνυναι est sententiam suam comprobare, ἐπιδείκνυσθαι vim oratoriam doctrinamve ostentare. Quod discrimen bene intellexit

τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, καὶ διὰ τοῦτο εἰςποιοῦσι καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτὴν ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι [e]). ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται· τὸ τερπνὸν δὲ ἄμεινον μὲν εἰ καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν, ὥςπερ καὶ κάλλος [f]) ἀθλητῇ· εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν κωλύσει [g]) ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι Νικόστρατον τὸν Ἰσιδότου, γεννάδαν ὄντα καὶ τῶν ἀνταγωνιστῶν ἑκατέρων ἀλκιμώτερον, εἰ αὐτὸς μὲν αἴσχιστος ὀφθῆναι εἴη τὴν ὄψιν, Ἀλκαῖος δὲ ὁ καλὸς ὁ Μιλήσιος ἀνταγωνίζοιτο αὐτῷ, καὶ ἐρώμενος, ὥς φασι, τοῦ Νικοστράτου ὤν. καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο [h]), πολλοὺς ἂν τοὺς ἐραστὰς [i]) ἐπισπάσαιτο· ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ [k]) τὸ ἴδιον ἐντελὲς, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ.

Engelhardt. ad Plat Lachet. p. 9; male neglexit Cleric. de vv. med. p. 205 Woll. De signif. Medii cf. Perizon. ad Ael. V. H. XIII. 11. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 263. Creuz. ad Plotin. de Pulcr. p 368. sq. e) Ms. Gr. et 2956 — εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι· καὶ διὰ τοῦτο κ. τ. λ. — — τἀληθοῦς (2956. ἀληθοῦς) ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν, ὡς εἴρηται, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει· χρώμενοι. Haud profecto male, praesertim si contendas cum illis in c. VI. fine: ἃ μὲν οὖν κοινὰ πάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα — — κοινὰ γάρ, ὡς ἔφην, ἁπάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα. f) Gr. Ms.: „γρ. ἄλλος.“ g) Schm. κωλύει e cod. Par. 2956. h) Gr. Ms. παρεμπορεύσετο. i) Sic scr. Reitz. etc. e Codd. A. P. et Exc. Gr., tum m A 1. Olim ἐργάτας, exc. Ald. 2. k) ἔχει 2956.

X. Ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες [a]), καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόςαντες παρ' ἑκάτερον [b]) τοῖς ἀκούουσιν· ἢν [c]) μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῇς [d]), ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς, καὶ νὴ Δία συκοφαντικῶς [e]) προςέτι γε ἀκροασομένους [f]), οὓς οὐκ ἄν τι λάθοι παραδραμὸν [g]), ὀξύτερον μὲν τοῦ Ἄργου ὁρῶντας καὶ πανταχόθεν τοῦ σώματος, ἀργυραμοιβικῶς δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα εὐθὺς ἀποῤῥίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα καὶ ἔννομα καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον· πρὸς οὓς ἀποβλέποντα χρὴ καὶ [h]) συγγράφειν, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν, κἂν διαῤῥαγῶσιν ἐπαινοῦντες. ἢν δ' ἀμελήσας ἐκείνων ἡδύνῃς πέρα τοῦ

Cap. X. a) θυμήδες 2956, θυμωδὲς 3011. b) παρ' ἑκατέροις 2954. c) Sic Edd. Junt. Ald. 2. tum Reitz. etc. e Codd. P. et Gr. Rell. Edd. c. Cod. W. ἀκούουσιν ἢν· μὴ — d) Sic dedi e Cod. Par. 2954, quod in tanta variantium lectionum farragine et loci sententiae et vero grammaticae criticaeque rationi maxime consentaneum esse arbitrarer. Nam si illud scripsisset Lucianus, quod e m A 1 et Ald. 2 recepere Reitz. eumque qui secuti sunt, ἐπινοήσαις, mirum sane foret, ni unus alterve Cod. Ms. exhiberet ἐπινοήσῃς. At hi in alia omnia discedunt. Ms. Gr. ἐπινοεῖ, 3011 ἐπινόει. W. ἐπινοῆσαι, quocum faciunt vett. editt. pleraeque; quae cum ἢν ad antecedentia retulissent, μὴ — ἐπινοῇς conjungere amplius non audebant. e) τοὺς συκρφαντικῶς 2954. f) Dedi c. Reitz. etc. e Codd. W. et Par. 2954. Adscr. et Graevius. Olim ἀκροασαμένους. g) Cod. W. παρὰ δρόμον. h) Schmied. et Lehm. omittunt καὶ, auctoritate Codd. W. et 3011. Correctionem olet omissio, nec vocula illa vi quadam sua destituta est. Nam ut omnino, missis vulgi inanibus studiis, id tantum agere nos oportet, ut peritorum suffragia feramus, sic in historia conscribenda *quoque* horum judicia unice sunt

μετρίου τὴν ἱστορίαν μύθοις καὶ ἐπαίνοις καὶ τῇ ἄλλῃ θωπείᾳ, τάχιστ' ἂν ὁμοίαν αὐτὴν ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ. ἑωρακέναι γάρ πού σε [i]) εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδάλῳ· [k]) καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος καὶ μὴ προσιζάνουσα [l]) καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον.

XI. Καὶ οἱ μὲν πολλοί ἴσως καὶ ταῦτά σου [a]) ἐπαινέσονται· οἱ ὀλίγοι δὲ ἐκεῖνοι, ὧν σὺ καταφρονεῖς, μάλα ἡδὺ καὶ ἐς κόρον γελάσονται, ὁρῶντες τὸ ἀσύμφυλον [b]) καὶ ἀνάρμοστον καὶ

---

spectanda. i) W. σέ που. k) Schmied. e Codd. W. Gorl. et Pariss. 2956 et 3011 scr. σανδαλίῳ, haud sane male, nisi quod vulg. apud nostrum frequentior. l) Gorl. et 3011 προςιζουσα.

Οὐχ ὡς — κατεσχημένοι] Non quo ad histrioniam, inquit, exercendam sese applicuerint; quod tamen ne cui eo consilio addidisse videatur, ut ne quid diceret, quod illorum scilicet dignitati officere posset, graviora statim subjungit: levius enim id fore delirium, alienorum neque adeo pessimae notae versuum dulcedine capi se passis. — Verbum quod est παραπαίειν prorsus respondet latino *delirare;* proprie enim est in feriendo pulsandove a proposito aberrare; inde omnino signif. in dementiam incidere. *V. Gesner. ad De Salt.*

83. *Polybius* Genitivo junxit; ceteri fere absolute construunt. Cf. *Intpp. ad Aristoph. Plut.* 508. *Jacobs. ad Philostr. p.* 375. Nostri *Herm.* 27. *Anach.* 5. *Bis Abd.* 30. *Harm.* 3. Idem est παρακόπτειν, v. c. *Diog. Laërt. IV.* 44. ἀκράτου πολλοῦ ἐμφορηθεὶς καὶ παρακόψας.

Ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ — ἅπαντες] Verum, inquit, ex quo tempore haec, quae tantum non oculis adspicimus, mota sunt, bellum, quod cum barbaris geritur, cladesque in Armenia accepta, caesa videlicet apud Elegeïam legione cum duce Severiano, eamque quae deinceps excepere victoriae, nemo quisquam est, quin historiam conscribere aggressus sit; quid quod Herodoti, Thucydidis, Xenophontis non aemuli isti, sed illi ipsi exstiterunt. Τὰ ἐν ποσὶ sunt i. q. τὰ παρόντα. *Nigr.* 7. προςάψαντες τὴν ψυχὴν τῇ μνήμῃ τῶν παρεληλυθότων σχολὴν οὐκ ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι. *Diall. Mortt. XIII.* 3. ὑπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν ποσί. *Asin.* 20. φέρειν εὐγενῶς τὰ ἐν ποσί. Sic *Terent. Adelph. III.* 3. 32.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est,
Videre, sed etiam illa quae futura sunt,
Prospicere.

Omnino signif. proxima quaeque, vulgaria vel proclivia, arduis, absconditis, remotis opposita. *Aristot. Politic. II.* 2. 3. διαφερόμενοι ἐκ τῶν ἐν ποσὶ καὶ ἐκ μικρῶν προςκρούοντες ἀλλήλοις. *Luc. Mortt. Diall. XII.* 4. τὰ ἐν ποσὶν ἀεὶ χειρούμενος. *Achill. Tat. VII.* 10. περὶ αὑτοῦ φοβηθεὶς ἀπαξαπάντων ἐπελάθετο τῶν ἐν ποσὶν ὑπ' ἐκπλήξεως. *Diog. Laert. VI.* 28. ἀποβλέπειν μὲν πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, τὰ δ' ἐν ποσὶ πράγματα παρορᾷν. Quae fere ad verbum expressit ille ap. *Cic. de Div. II.* 13. Quod est ante pedes nemo spectat, coeli scrutantur plagas. *De Or. III.* 40. Specimen ingenii est quoddam,

transsilire ante pedes posita et alia longe repetita sumere. Idem est πρὸς ποσί. *Soph. Oed. Tyr.* 130:

ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὰ πρὸς ποσὶν σκοπεῖν
μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προςήγετο.

Cf. omnino *Boiss. ad Philostr. p.* 280. — *Maximo Tyrio Diss. XXXV.* ἐν ποσὶ est i. q. ἐμπόδων: πολλὰ γὰρ τὰ ἐν ποσὶ· ὥςπερ ἀνδρὶ κούφως θέοντι ὀρύγματα κ. τ. λ. — Τραῦμα est clades, ut τρῶμα passim Herodoto. Sic *Alex.* 48. τὸ μέγιστον τραῦμα τοῖς ἡμετέροις ἐγένετο, δισμυρίων που σχεδὸν ἀθρόων ἀπολομένων.

Καὶ ὡς ἔοικεν — ὁρμῇ.] Unde jam gravissimum scilicet testimonium accedere ait sententiae illius, quisquis dixit, bellum omnium rerum esse parentem; si quidem vel ad tantam historicorum copiam, haud sane levissimi momenti foetum nec pristino aevo pervulgatum, uno impetu procreandum suffecerit. — Ὡς ἔοικε esse: *ut colligere est ex iis quae praecesserunt, ut consentaneum est, re vera, ergo,* vix est quod moneam post *Lennep. ad Phalar. p.* 316. *Buttm. ad Plat. Menon. p.* 12. *Ast. ad Plat. Remp. p.* 635. Deinde signif. etiam: *ut hoc ipso exemplo apparet,* v. c. *Achill. Tat. V.* 5. βαρβάροις δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐχ ἱκανὴ πρὸς Ἀφροδίτην μία γυνή. Unde factum est, ut omnino usurparetur, posteriori potissimum aevo, in afferendis exemplis, proverbiis, denique sententiis in testimonium adhibitis quibuscunque, adeo ut nonnullis in locis commode vertas: *ut fertur.* Cf. *Viger. p.* 247. *Wytt. ad Plut. p.* 352. *Moser. in Creuz. Melett. T. II. p.* 47. *Haitinger in Actt. Monacc. T. III. p.* 307. *Baehr. ad Plut. V. Flamin. p.* 125. — Simili quodam modo id quoque, quod est ἄρα, haud raro occurrit, si quid vel ante dictum vel communi notitia pervulgatum, occasione oblata vel renata, non sine singulari quadam intentione respicitur. *Plat. Lach. p.* 196. *D.* κατὰ τὴν παροιμίαν ἄρα τῷ ὄντι οὐκ ἂν πᾶσα

ὑς γνοίη. *Luc. Herm.* 20. Ἥφαιστος δὲ ἄνθρωπον ἄρα συνεστήσατο. Proxime ad n. l. accedit, quod dixit *Plato* in *Alc. I. p.* 130. *E.* τοῦτ' ἄρα ἦν, ὃ καὶ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν εἴπομεν, pleniusque Noster *Anach.* 18. τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις, praeeunte *Aristoph. Av.* 507. τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοὖπος ἀληθῶς· κόκκυ ψωλοὶ πεδίονδε. Omnium autem et maxime et saepissime vis illa vocabuli quod est ἄρα apparet in dictione quae est ὡς ἄρα. *Plat. Apol. Socr. p.* 40. *E.* εἰ ἀληθῆ ἐστὶ τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσὶ πάντες οἱ τεθνεῶτες. *Theaet. p.* 152. *D.* 174. *E. Politic. p.* 276. *C. Lys. p.* 215. *C. Hipp. Maj. p.* 289. *A. Cratyl. p.* 386. *A. Phaed. p.* 97. *C. Alc. II. p.* 147. *B. Epist. III. p.* 315. *D. Demosth. de Cherson. p.* 91. 6; 103. 28. *Philipp. III.* 128. 6. *IV. p.* 147. 10. *Luc. Somn.* 12. *Sacrif.* 14. *De Domo* 17. etc. Nec sine nullo sententiae detrimento nostro quoque loco dicere potuit Noster: ἀληθὲς ἦν ἐκεῖνο, ὡς ἄρα ὁ πόλεμος etc. Quam sententiam Schol. et nostro loco et altero gemino *Icaromen.* 8: ἕτερος δέ τις, οὐκ εἰρηνικὸς ἀνὴρ, πόλεμον τὸν ἁπάντων πατέρα εἶναι ἐδόξαζε, tribuit Empedocli; rectius Solanus Heraclito, adhibito loco *Plut. de Is. et Os.* 48. Ἡράκλειτος μὲν γὰρ πόλεμον ὀνομάζει πατέρα καὶ βασιλέα καὶ κύριον πάντων. Adde *Procl. Comm. in Plat. Tim. p.* 54. καὶ εἰ ὁ γενναῖος Ἡράκλειτος εἰς ταύτην ἀπιδὼν ἔλεγε· πόλεμος πατὴρ πάντων, οὐχ οὕτως ἀτόπως ἔλεγεν. Ad rem idem *Diog. Laërt. IX.* 8: τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμόν τε καὶ ἔριν. Cf. omnino *Schleierm.* in *Mus. Ant. Stud. I. p.* 408 *sq.*

Cap. III.

Ταῦτα — εἰςῆλθεν.] Absoluta priore exordii parte, suum quoque consilium similitudine quadam proposita illustrare aggreditur; ridicula illa quidem, et quae primo adspectu haud sane honestiori loco Lucianum no-

strum quam Herodotos istos collocare videatur; satis tamen callide eum in finem composita, ut male assimulata modestia quadam non auditorum tantum sibi benivolentiam, sed eorum quoque, quos deridendos sibi proposuit, saltem veniam conciliare studeat. Neque enim ex instituto ad hunc librum scribendum sese accessisse, sed fortuita veteris cujusdam dicterii recordatione eo devenisse; immo vel illorum ipsorum exemplo compulsum se fecisse, quorum tamen ingeniis aequiperandis quum parem se non esse sentiret, haec per otium lusisse potius, quam ut ea re justis illorum laudibus se quidquam vel detraxisse vel adeo sibi vindicasse opinetur. I l l a i g i t u r, inquit, u b i v i d i a u d i v i q u e, i n m e n t e m m i h i v e n i t S i n o p e n s i s i l l i u s d i c t i. Philonem quod haud insolito blandimento (cf. *Herm.* 15. 72. *Imagg.* 7. *Alex.* 61. *Icar.* 16 *etc.*) appellat ὦ φιλότης, latine reddere commode nequeas, nisi quid novi vocabuli, v. c. *mea jucunditas*, fingas ad instar Plautinorum, qualia sunt *mea commoditas* (*Epidic.* V. 1. 8.), *mea voluptas* etc. — Ἀκούοντά με εἰςῆλθε. *Thom. Mag. p.* 272: Καὶ εἰςῄει με τόδε καὶ εἰςῄει μοι. Π λ ά τ ω ν ἐν τῷ Φ α ί δ ω ν ι (*p.* 59 A.) διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰςῄει. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ (p. 58. E.) οὔτε ὡς θανάτῳ παρόντα με ἀνδρὸς ἐπιτηδείου ἔλεος εἰςῄει. Nostro cum loco cf. *Ver. Hist. II.* 42: Ἔνθα με καὶ τὸ Ἀντιμάχου τοῦ ποιητοῦ εἰςῆλθε. Raro c. Inf. conjungitur, ut ap. *Plat. Theaet. p.* 147. *D*; quae potius propria est constructio alterius quod est ἐπελθεῖν. Hoc enim vel de consilio capiendo vel de cupiditate subito oborta usurpatur; εἰσελθεῖν fere recordationem animive perturbationem significat. Dici potest: ἐπειδὴ ε ἰ ς-ῆ λ θ έ μοι ἐκεῖνο, ἐ π ῆ λ θ έ μοι ποιῆσαι τοῦτο. Utriusque exempla congesserunt *Valcken. ad Eur. Phoen. p.* 464. *Hemst. ad Luc. Prom. in Verb.* 2, de differentia tamen ne verbo quidem monuerunt.

Ὅποτε — ὑπουργῶν.] N a m q u u m j a m j a m c u m e x e r c i t u a p p r o p i n q u a r e P h i l i p p u m f a m a i n c i d i s s e t, circa proelium, ut videtur, ad Chae-

roneam commissum, quum Philippus subito impetu Graeciam invasisset, (*Diod. Sic. XVI.* 84.) Corinthii omnes perturbari et operi faciendo incumbere: alius arma reficere, alius lapides afferre, alius moenium fundamentis adjicere, alius propugnaculum suffulcire, denique alius aliud, quod e re communi esset, subministrare. Cave jungas ὁ δὲ ἄλλος. Distinctum potius inter utrumque oportuit. Omittit, de quo post ὁ δὲ dicere instituerat, singulare negotium, pertaesusque singula porro recensere, *quid multa?* inquit; *omnino alius aliud curare.* Cf. *Icar.* 20. *οἱ μὲν κατοικεῖσθαί μέ φασιν, οἱ δὲ κατόπτρου δίκην ἐπικρέμασθαι τῇ θαλάττῃ· οἱ δὲ — ὅ,τι ἂν ἕκαστος ἐπινοήσῃ τοῦτό μοι προςάπτουσι. Pro Imagg.* 14. *ᾐτιᾶτο δὲ ὁ μὲν τὴν ῥῖνα, ὡς παχεῖαν, ὁ δὲ ὡς ἐπιμηκέστερον τὸ πρόςωπον, ὁ δὲ — ἄλλος ἄλλο τι. Demosth. Philipp. I. p.* 54, 3—7. *ὑμῶν δ' οἱ μὲν περιιόντες μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν Θηβαίων κατάλυσιν καὶ τὰς πολίτειας κατασπᾷν, οἱ δ' ὡς πρέσβεις πέπομφεν πρὸς βασιλέα, οἱ δ' ἐν Ἰλλυρίοις πόλεις τειχίζειν, οἱ δὲ — λόγους πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα.*

Ὁ δὴ — Κρανείου] Quod quum cerneret Diogenes nec quid potissimum ageret, haberet — nemo enim quisquam ad ullum negotium opera ipsius utebatur — succincto palliolo, summo et ipse studio dolium, in quo tum temporis forte habitabat, sursum deorsum per Craneum volutavit. Διαζώννυσθαι est vestem ab humeris detractam subligaculi instar, quod et ipsum *Thucydidi I.* 6. est διάζωμα (*Paus. I.* 44. 1. *περίζωμα*), lumbis circumdare, ita ut nudata superiori corporis parte brachia ad opus faciendum expedita essent; communi opificum habitu, qualem Statuariam quoque describit Noster *Somn.* 6: *ἦν δὲ ἡ μὲν ἀνδρικὴ καὶ ἐργατικὴ καὶ αὐχμηρὰ τὴν κόμην, τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως, διεζωσμένη τὴν ἐσθῆτα κ. τ. λ.* — Τρίβωνα philosophorum inde a Socrate (*Plat. Symp.*

p. 219. *B.*) pallium quis ignoret post *Ferrar. de re vest. T. II. L. IV.* c. 14—16. 19. *Per. ad Ael. V. H. V.* 5. *Wytt. ad Plut. p.* 440 *sqq.* Nec dolium, Diogenis domicilium, lippis illud atque tonsoribus notum, verbo attingerem, nisi monendum esset de errore Menagii, qui ad *Diog. Läert. VI.* 23. (Ἐπιστείλας δέ τινι οἰκίδιον αὐτῷ προνοήσασθαι, καὶ βραδύνοντος, τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον εἶχεν οἰκίαν) ligneum potius quam figlinum fuisse Diogenis dolium vel nostro hoc loco adhibito contendit, qui ipse ad contrarium demonstrandum sufficere potest. Cf. et *Winkelmann. Descr. des pierres gravées du B. de Stosch, p.* 422. Πίθον esse dolium figlinum maximi modi, comprobat et proverbium ἐν πίθῳ ἡ κεράμεια, παροιμία, ut ait Zenobius, ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἀπτομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων. Cf. *Plat. Gorg. p.* 514. *E. Lach. p.* 187. *B. Schol. Ruhnk. p.* 94. Praeterea hoc quoque observandum est, commentum hoc habitaculi non Diogenis proprium fuisse, sed ut et ipsa scissilis palliastri consuetudo, ab infimae plebeculae exemplo repetitum esse videri. Belli certe Peloponnesiaci tempore, quum omnem agrestem turbam in urbem coëgisset Pericles, non tantum in turribus, quod narrat *Thucyd. II.* 17., sed in doliis quoque degere solitos nonnullos, locuples testis est *Aristoph. Equ.* 802:

Καὶ πῶς σὺ φιλεῖς, ὃς τοῦτον (τὸν δῆμον) ὁρῶν οἰκοῦντ' ἐν ταῖς πιθάκναισι
Καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις ἔτος ὄγδοον οὐκ ἐλεαίρεις;

Diogenes autem, quum Athenis, primum ad tempus tantum, ut ex illo Laërtii loco colligere est, ad dolium confugisset, postea Corinthi, quod vitae reliquum esset, in dolio apud Craneum gymnasium constituto degisse videtur. *Diog. Laërt. VI.* 77. Ἐτύγχανε μὲν γὰρ διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ. Quid quod mortuum ibidem, certe sepultum esse constat e *Pausania*, qui *Craneum*, quod haud incommode *Cornetum* reddideris, accurate descripsit II. 2. 4: ἀνιοῦσι δὲ εἰς

Κόρινθον καὶ ἄλλα ἐστὶ κατὰ τὴν ὅδον μνήματα καὶ πρὸς τῇ πύλῃ Διογένης τέθαπται ὁ Σινωπεὺς, ὃν Κύνα ἐπίκλησιν καλοῦσιν Ἕλληνες. Πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος ὀνομαζόμενον Κράνειον etc. Ubi plurimam turbam otiosam versari consuesse, documento est *Alciphr. III.* 60. Vide omnino *Hemst. et Solan. ad Diall. Mortt. I.* 1. *Ruhnk. ad Tim. p.* 167. 168. — Ἄνω καὶ κάτω quum saepissime absolute poni soleat, v. c. *D. D. XII.* 1. ἄνω καὶ κάτω τὴν Ἴδαν περιπολοῦσαν, tum cum Genitivo quoque, ut h. l., construi videas in *Jove Trag.* 10. μάρτυρα τὸν Ὅμηρον παρέξομαι, ἄνω καὶ κάτω τῶν ῥαψῳδιῶν χρυσῆν με τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγοντα.

Καὶ τινὸς — ἐργαζομένοις.] Quem quum aliquis e familiarium numero interrogasset, quid hoc negotii est, o Diogenes? respondisse fertur, se quoque dolium suum volutare, ne scilicet solus in tanta sedulorum turba otiosi speciem prae se ferret. Id enim est δοκοίην, haud insolito significatu, ut sign. speciem qualemcunque praebere, suspicionem incurrere, omninò fama esse sive bona sive mala. *Plat. Meno p.* 90. *A.* οὐχ ὑπερήφανος δοκῶν εἶναι πολίτης. *Gorg. p.* 472. *A.* πολλοὶ καὶ δοκοῦντες εἶναί τι. *Apol. Socr. p.* 35. *A.* *Luc. Somn.* 2. ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν. *Philops.* 18. *Tox.* 7 etc. Deinde usurpatur etiam de iis, qui facinoris qualiscunque convincuntur; v. c. *Demosth. adv. Mid.* 49. Σχίτωνι τοιούτων ἑτέρων (ἐτιμήσατε) δόξαντι παράνομα γράφειν. *Adv. Aristocr. p.* 629. 17. ταῦτα πάντα ἀπείρηκεν ὁ νόμος μηδὲ τοὺς ἑαλωκότας καὶ δεδογμένους ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ποιεῖν. *Diog. Laërt. V.* 5. δόξας γὰρ Ἑρμολάῳ συμμετασχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ. Quod vero Optativum posuit δοκοίην, ubi conjunctivum exspectasses, semel monuisse sufficiat, innumeris in locis Lucianum Optativum usurpare post ὡς in re praesenti. *Hermot.* 86. ἄπειμι γοῦν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ὡς μεταβαλοίμην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ

σχῆμα. *Herod.* 5. *Diall. Mortt. XIII.* 3. 6. *Tox.* 35. 37. *Fugit.* 29. Adde quos laudat *Pauly ad Anachars. p.* 26. Sic *Philostr.* quoque v. c. *Iconn. I.* 5. ὁ δὲ ἀναδίδωσιν αὐτοῖς ἄνθη, ὡς στεφάνους ἀπ' αὐτῶν διαπλέκοιεν. *Plutarchus*, v. c. *de Daem. Socr.* 9. ὡς θεοφιλεῖς καὶ περιττοί τινες εἶναι δοκοῖεν, ἐπιθειάζουσι τὰς πράξεις. Rursum Conj. pro Opt. usurpavit Noster *Mortt. Diall. XXI.* 2. Κατεθρασύνετο — ὡς θαυμάσωνται οἱ θεαταί. *Asin.* 30. συνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί. Et vere quidem *G. Herm. ad Vig. p.* 923: « proprium est, inquit, cadentis linguae, Conjunctivi et Optativi officia permutare, qua de re dictum est in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum. » Adde *Eund. ad Soph. Oed. Col.* 12. Attamen, si quid video, spectatur in ejusmodi Optativo, qualem h. l. habemus, consilium, non in ipsa demum actione illud natum, sed ante captum, adeo ut commode ad praeteritum tempus referri possit. Ut nostro loco hec dicere videtur Diogenes: *voluto et ipse dolium, id quod eo consilio facere institui, ut ne solus desidis speciem praeberem.* Quod inepte fecisse Sinopensem censet Rudolphus; siquid sentio, calidius quam verius. Lepide sane ac venuste tactos esse hoc dicterio vanos irritosque ardelionum istorum conatus statim apparet; nec quemquam latere potest, quantum hac quoque similitudine proposita de historicorum illorum gravitati detractum sit, Luciano vero ad occultae festivitatis laudem accesserit.

Cap. IV.

Καὐτὸς — πίθον.] Quo praestantissimi philosophi exemplo adductum se quoque ait Noster, ne scilicet solus obmutescat tam dicaci in aevo neve comici satellitii instar cum magno oris hiatu latera illorum tegens incedere per silentium videatur, haud abs re fore judicasse, quantum quidem per vires liceat, dolium suum et ipsum volutare. — Similem causam, qua re adductus ad scribendum accesse-

rit, affert in *Ver. Hist. I.* 4. Διόπερ καὶ αὐτὸς ὑπὸ κενοδοξίας ἀπολιπεῖν τι σπουδάσας τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μόνος ἄμοιρος ὦ τῆς ἐν τῷ μυθολογεῖν ἐλευθερίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν εἶχον, οὐδὲν γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον, ἐπὶ τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην. De satellitio comico vix reliquit, quod moneam, *Spanh. ad Ar. Ran.* 944, quem consuli jam Gesn. jussit. Rursum in scenam prodit ap. Nostr. *Icar.* 9. Οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ τοῖς κωμικοῖς δορυφορήμασιν ἐοικότας αὐτοὺς (τοὺς θεοὺς) εἰςάγουσι. Quo in loco quod *Palmer. Exercc. p.* 548. aut non accurate dixisse Lucianum aut κωμικὸν omnino de re scenica dici existimat, vereor, ne Gallici potius quam Graeci sermonis consuetudinem spectaverit. Melius *Schol. Voss.*: Δορυφορήματα καλεῖται παρὰ τοῖς κωμικοῖς τὰ κωφὰ πρόςωπα, ἅτινα συνεςέρχεται μὲν τοῖς κωμῳδοῦσιν, αὐτὰ δὲ οὐδὲν διαλέγεται, καθάπερ οἱ δοῦλοι. Adde *Reitz. ad l. l.* et praeclaram *Hemsterhusii* observationem in *Anecdd. Geelii p.* 281: „— nam in comoedia nova, si quis agendus esset ineptus opum ostentator ac ridicule profusus, veluti satrapes aliquis, ille in scenam prodibat, conspicuo cinctus satellitio, quo spectant sine dubio *Plutarchi* verba *Sympos. VII. p.* 709. *C*: εἰ μὲν γὰρ οὐ σφόδρα συνήθης (ὁ καλῶν) ἀλλὰ τῶν πλουσίων τις ἢ σατραπικῶν, ὡς ἐπὶ σκηνῆς, δορυφορήματος λαμπροῦ δεόμενος, ut adeo minime necesse sit, ad κατάχρησιν aliquam confugere indeque Luciano, ac si inconsideratius quidquam scripsisset et vix condonandum, excusationem petere." Quamquam id quidem negari nequit, a tragoediis saltem initio ducto, postmodo ad comoediae quoque consuetudinem hoc vocabuli transiisse videri. Communi vocabulo κωφὰ πρόςωπα appellat in loco gemino *Tox.* 9. Οἴχονται ὑμῖν ἐκπόδων ἀποπτάμεναι αἱ καλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προςώποις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διῃρημένα τὸ στόμα καὶ παμμέγεθες κεχηνότα οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται. Adde, quos laudat Hemst., *Athen. V. p.* 190. *E.* παρεμβάλ-

λοντός τινα λόγον καὶ τοῦ Πεισιστράτου, χρὴ γὰρ καὶ τοῦτον μὴ παρεῖναι, δορυφορήματος τρόπον, καὶ διαλεχθέντος εὐσχημόνως. *Etymol. Magn.* p. 284. Δορυφόρον, τὸν φύλακα τῶν τυράννων, καὶ τὸ κωφὸν πρόσωπον. *Procl. in Plat. Tim.* p. 23. Ἔδει γὰρ τὸν Ἑρμοκράτην τι λέγειν ἀλλὰ μὴ σιωπῶντα παρεῖναι τοῖς ἐν κωμῳδίᾳ προσώποις ἐοικότα τοῖς ἀργῶς παρεστῶσι. — Κεχηνὼς, quod est apud Nostrum, innuit personae, ut ait *Juv. Sat. III.* 175, pallentis hiatum. *Nigr.* 11. μὴ γένωμαι τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἳ δεινὸν βλέποντες καὶ μέγα κεχηνότες μικρὸν φθέγγονται καὶ ἰσχνὸν καὶ γυναικῶδες, nil scilicet tanto dignum ferentes hiatu. *Anach.* 23. Εἶδον, ὦ Σόλων, οὓς φῂς, τοὺς τραγῳδοὺς καὶ κωμῳδοὺς, εἴ γε ἐκεῖνοί εἰσιν, ὑποδήματα μὲν βαρέα καὶ ὑψηλὰ ὑποδεδεμένοι, χρυσαῖς δὲ ταινίαις τὴν ἐσθῆτα πεποικιλμένοι, κράνη δὲ ἐπικειμένοι παγγέλοια κεχηνότα παμμέγεθες. 32. ἐκεῖνα τὰ κράνη περιθήσεσθε τὰ κεχηνότα. *Salt.* 27. πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον ἐπικειμένος καὶ στόμα κεχηνὸς παμμέγα, ὡς καταπιόμενος τοὺς θεατάς. Quo tamen significatu hoc quidem loco vocabuli mens absoluta non est. Scilicet signif. eum quoque, qui spectaculi quadam insolentia captus vel qualiscunque rei novitate attonitus stupeat, adeo ut omnino stupidi et ἐμβροντήτου significatum sustinere censendum sit. *Aristoph. Av.* 165. μὴ περιπέτεσθε πανταχοῦ κεχηνότες. *Luc. Somn.* 12. κἂν πού τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται. *Scyth.* 11. *Anach.* 14. *Imagg.* 1. *Alex.* 9. *Philops.* 23 *etc.* — Σιωπῇ pro eo quod est σιωπῶν dixit etiam *Ar. Av.* 1217. *Demosth. de Halon. p.* 81. 22. *Luc. Merc. Cond.* 27. *Imagg.* 14 *etc.* —

Οὐχ ὡς — περὶ ἐμοῦ.] Non quo, inquit, historiam conscribere ipsasve res gestas enarrare mihi proposuerim; non ea mihi audacia est neve ab ea re metuas saluti meae. Haud dissimile illud *Demosth. adv. Mid.* 39. καὶ οὐκ ἀπεικάσαι δήπου Μειδίαν Ἀλκιβιάδῃ βουλόμενος

τούτου μέμνημαι τοῦ λόγου· οὐχ οὕτως εἰμὶ ἄφρων οὐδ' ἀπόπληκτος ἐγώ. — Recepi Reitzii lectionem *οὐχ ὡς*, quamquam in Codd. iis, quorum de lectione constat, deest v. *ὡς*, quae tamen, ut omitti a quocunque librario potuit, ita inseri nisi ab eo qui ejus dictionis vim perspectissimam haberet, non potuit. Sic c. 2: *οὐχ ὥςτε τραγῳδεῖν.* C. 33: *οὐδ' ὡς ἐν γέλωτι ποιήσασθαι. Philostr. Heroic. p.* 717. *οὐδὲ ἀκούειν ξυγχωρεῖ — αὐτὰ· οὐχ ὡς οὐ πλέα ἡδονῆς καὶ ψυχαγωγῆσαι ἱκανὰ, ἀλλ' ὡς ἀπίθανά τε καὶ παρευρημένα. Demosth. de Pace p.* 60. 28. *καὶ πάντων ἥκιστα Θηβαίους· οὐχ ὡς ἡδέως ἔχουσιν ἡμῖν οὐδ' ὡς οὐχ ἂν χαρίζοιντο Φιλίππῳ· ἀλλ' ἴσασι κ. τ. λ. Dionys. Hal. A. Rhet. X.* 10, *p.* 384. *Rsk. οὐχ ὡς οὐκ ἐστί που καὶ διαλεκτικὸν ὄνομα καὶ ἱστορικὸν καὶ πολιτικὸν ἐν τοῖς ποιητικοῖς βιβλίοις, ἀλλ' ἐπίστασθαι δεῖ καὶ τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως καὶ τὴν διοίκησιν.* Hi Ind. ponunt, quia id tantum dicunt, non eam sibi *mentem* esse, qualem, nisi accurate admoneant, facile esse colligere possis; nostri loci Inf. habent, quia huic sententiae illud addunt, non eam esse *causam* vel *consilium*, quod facile esse videri possit. Lepide enim fingit Lucianus, amicum suum, utpote omnium illarum difficultatum, quae cum historia conscribenda conjuncta sint, bene gnarum, post tale exordium, quo se quoque de ea re cogitare significasse videri possit Noster, justo terrore correptum iri et anxiam de ipsius salute sollicitudinem suscepturum esse, cui consolando haec statim subjungit, non metuendum esse illi, ne tale periculum subeat; quam Luciani mentem Rudolphus bene intellexit. Hoc enim est *δεδιέναι περί τινος*: cum Dativo signif. tantummodo *timere, ne quid alicui accidat;* cum genitivo *sollicitum esse de ipsius salute*, i. q. *δεδιέναι ὑπέρ τινος*. Utriusque constructionis exempla congessit *Heind. ad Plat. Euthyd. p.* 312. — *Πράξεις* sunt negotia civilia et bellica, ut explicat Reitzius *Alex.* 30. *ἐν πολλαῖς πράξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος.* Cf. inprimis *Aristot. Rhetor. I.* 4. 13. *πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς*

συμβουλὰς τὰς τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων ἱστορίας. —

Οἶδα γὰρ — ὄστρακα.] Novi enim, quantum sit periculum, si quis per saxa praeceps devolvat, praesertim quale meum hoc doliolum est, ne sat firmo quidem opere figlino constructum; quod ubi vel ad minimum lapillum offenderit, extemplo testae mihi colligendae erunt. — *Κατὰ τῶν πετρῶν*, utpote in loco declivi et abrupto, qualem Cranei situm fuisse consentaneum est, historiae quoque scribendae negotium esse haud obscure innuitur. Dictio ipsa haudquaquam insolita. *Homerus:*

Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα.

Theognis:

Ἣν δὴ (πενίαν) χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥιπτεῖν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Quem expressit *Plut de Superst. p.* 165. *A.* et *de Virt. Moral.* 10; expressisse Nostrum quoque *Tim.* 26. *Merc. Cond.* 5, jam indicavi in *Spec. Plut. p.* 11. — *Aristoph. Av.* 20. *Luc. Nav.* 44. *Phal. I.* 12. *κατὰ τῶν κρημνῶν.* — *Εἰ κυλίοι τις* fere idem esse h. l. quod *εἰ κυλίοιμι*, vix est quod moneam. *Phal. I.* 4. *ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀφεῖναι τὴν ἀρχὴν ἐσκοπούμην, ὅπως μόνον ἀσφαλῶς παύσαιτο ἄν τις, ἐννοῶν.* — *Οἷον τοὐμὸν τοῦτο πιθάκνιον.* Sic *Deor. Dial. VI.* 5. *ἀλλ' οἷοι πάντες ἄνθρωποι ἀπειρόκαλοί εἰσι, αὐχήσει ἀπελθὼν κ. τ. λ.* *Πιθάκνιον* non invenuste appellat duplici quodam *ὑποκορισμῷ*, ut *πολίχνιον.* Nam *πιθάκνη* jam est parvum dolium. V. *Spanh. ad Aristoph. Plut.* 546. *Brunck. ad Equ.* 802. Nostrum restituendum *Alciphr. III.* 15. Simili ex genere statim est pleonasmus *μικρόν τι λιθίδιον*, cujus exempla suppeditat *Dorv. ad Char. p.* 284. — Denique pari, quo nostro loco, modo, quamquam alia comparatione instituta, opusculorum suorum fragilitatem praedicat Noster *Prom. in Verb.* 2: *εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥςπερ ἐκεί-*

νοις τὰ χυτρίδια, καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν συντρίψειεν ἅπαντα.

Τί οὖν — ποιῶν.] Quid igitur decretum est mihi, et quonam modo belli particeps tuto sum futurus, extra teli jaçtum ipse constitutus? Ego tibi dicam. Illo me fumo et fluctu sollicitudinibusque, quae historiae conscribendae negotio continentur, procul, sapiens, abstinebo. — Recepi Reitzii lectionem πῶς pro pristina ὅπως. Sic enim plerumque comparata est haec constructio, ut, directe an indirecte sit accipienda, dubium esse possit. Nec sibi constant VV. DD. Fluctuat ipse *Heindorfius;* qui quum ad *Plat. Charm. p.* 172. *B.: τί οὖν ἂν εἴη ποτὲ τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν; ἔχεις εἰπεῖν*; interrogandi notam apposuisset, mox *ad Theaet. p.* 142. *C.* non opus esse interrog. notam pronunciavit. Dissentit *Boeckh. in Plat. Min. p.* 53, ut mihi quidem videtur, recte. Cf. *Plat. Meno p.* 71. *D. Σὺ δὲ αὐτὸς, ὦ πρὸς θεῶν Μένων, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι; εἰπὸν καὶ μὴ φθονήσῃς. Phileb. p.* 19. *C. τί δή μοι τοῦτο εἴρηται τανῦν; ἐγὼ σοὶ φράσω. Gorg. p.* 487. *B. τίνι δὲ τεκμηρίῳ χρῶμαι; ἐγώ σοι ἐρῶ. Alc. I. p.* 105. *A.* etc. Adde quos laudat *Wytt. ad Plut. p.* 94, qui in illo *ἐγὼ φράσω* ait inesse affectationem gravitatis, quippe formulam esse significantem *πίστιν καὶ σεμνότητα, fidem et gravitatem.* Quid quod in responsionum quoque exordiis non sine singulari quadam vi occurrunt illa *ἐγὼ ἐρῶ, ἐγὼ φράσω. Platon. Criton. p.* 44. *A. Cratyl. p.* 418. *B. Meno p.* 89. *D. Phaed. p.* 82. *D. p* 89. *A. Hipp. Maj. p.* 291. *D.* 292. *C. Republ. I. p.* 328. *E. II. p.* 368. *E. Tim. p.* 21. *A. Luc. Mortt. Diall. X.* 1. et quos praeterea laudat *Fritzsch. l. l. p. XXXI*, qui nostro quoque in loco hanc distinctionem restituendam esse monuit. Quamquam illud negari nequit, haud quidem deesse hoc ipso in genere locos eos, in quibus interrogatio directa constitui omnino non possit, v. c. *Plat. Epist. II. p.* 311. *E. ὡς δὴ δεῖ γίγνεσθαι, καὶ τὸ δίκαιον ᾗ ἔχει, ἐγὼ*

φράσω. *Demosth. adv. Mid.* 54. ἐξ ὅτου δὲ τοῦτ' ἂν εἰδείητε, ἐγὼ φράσω. — Proverbium, quod est ἔξω βέλους, pervulgatum. Cf. *Nav.* 44. *Deor. Dial. XIX.* 2. *Conv.* 2. *Dial. Mar. II.* 1. *Ael. Aristid. Orat. ad Minerv. T. I. p.* 15. *Jebb.* τὴν χίμαιραν χειρώσασθαι ἔξω βέλους ὄντα αὐτῇ τοῦ παρ' αὐτῆς πυρός. Simile est, quod ait Noster *Nigr.* 18. Οὕτω δὴ βουλευσάμενος καὶ, καθάπερ ὁ Ζεῦς τὸν Ἕκτορα (*Iliad.* Λ. 163) ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φασὶν, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοίμου κ. τ. λ. Contrarium est ἐντὸς βέλους γίγνεσθαι. *Anach.* 25. *Bacch.* 4. Cf. omnino *Erasm. Adag. Chil. p.* 105. *A.* — Statim qui τοῦ pro τούτου scripserunt librarii, vulgaris sermonis normam secuti sunt, genuinae loci nostri rationis ignari; quam se quoque diu torsisse confessus est Solanus, donec a Jacobo Uptono indicium sibi factum sit de loco, quem respiciat Noster, Homerico:

Τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
Νῆα.

Notandum autem, ap. *Aristot. Eth. Nic. II.* 9. 3., ubi ad eundem alluditur, eandem fuisse lectionis varietatem. Pergit Solanus, eodem respicere *Clem. Alex. Protrept. extr.* Fumus autem unde sit, disci ex ipso *Odysseae* loco *M.* 68. 202, et Scholiaste, tum *Apollon. Rhod. IV.* 925 et *Apollod. I.* 9. 25: Μετὰ δὲ τὰς Σειρῆνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο καὶ Σκύλλα καὶ Πέτραι πλαγκταὶ, ὑπὲρ ὧν φλὸξ πολλὴ καὶ καπνὸς ἀναφερόμενος ἑωρᾶτο, ab Aetnae scilicet cacumine exortus. — Fumus autem fluctusque quo tandem modo inesse possunt scriptori ipsi, quod vult Graevii lectio συγγραφεῖ? Quae quum bene rejecta sit a *Jensio lectt. p.* 231. et Lehmanno, verbum non adjiciam. Immo historiae conscribendae negotium mare est procellosum, aestuosum, syrtibus scopulisque infestum, unde procul abstinendum est fragilis scaphae rectori. Quamquam primo adspectu dubium esse possit, hoc potius sit ἀνέχειν, an i. q. ἄνω ἔχειν, i. e. in summo mari sese sustinere, ca-

vere, ne fluctuum vehementia in fundum detrahatur, quo significatu occurrere verbum nostrum constat. Cf. *Valcken. ad Eur. Hippol. v.* 1291. *Jacobs. ad Philostr. p.* 277. Sic *Luc. Tox.* 21. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, φελλοῖς τισὶ περιπεσόντας, ἀνέχειν ἐπὶ τούτων ἑαυτοὺς καὶ ἀπονήχεσθαι πονήρως. Quamquam hac sententia num dici possit ἀνέχειν ἑαυτὸν τῶν κυμάτων, dubito; estque omnino nostro quidem loco accommodatior altera, *comprimere sese* sive *abstinere.* Sic v. c. *Plut. de Aud. Poët. p.* 31. *C.* ἑαυτὸν ἀνέχει θυμούμενον. *De Garrul. p.* 514. *A.* ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων καὶ ἀνακρούειν, quorum notitiam acceptam refero *Wytt. ad Plut. p.* 525. — Denique quod id quod est εὖ ποιῶν sic reddidi: *sapiens,* feci ex auctoritate *Plauti Trucul. I.* 2. 59:

Tu a nobis, sapiens, nihil habes.

Graecis haec locutio cum similibus καλῶς, ὀρθῶς ποιῶν quam maxime frequentatur. *Ar. Pac.* 272. εὖ γ' ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία ποιῶν ἀπόλωλ' ἐκεῖνος. *Plut.* 864. καλῶςτοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται. *Demosth. Olynth. I. p.* 17, 9. ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες. *Philipp. IV. p.* 141. 14. ἡ τύχη καλῶς ποιοῦσα πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. *Aeschin. in Ctesiph. p.* 465. *E.* φάτε μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἔστε καλῶς ποιοῦντες. *Plat. Theaet. p.* 166. *C.* οὐ καλῶς ποιῶν. *Theophr. Char. XXII.* 1. εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι φάσκειν. *Achill. Tat. VIII.* 16. τὶς τῶν λῃστῶν, καλῶς ποιῶν, ἀποκόπτει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. *Aelius Aristides:* ταύτην εὖ ποιῶν ὑμῖν ᾤκισεν, ὅπως ἔχητε. *Luc. Dips.* 6. ἀλλ' οὐδ' ἐπέβην τῆς Λιβύης τοπαράπαν, εὖ ποιῶν. *Mortt. Diall. X.* 2. *Deor. Conc.* 12. *Gall.* 7. *Saturn.* 7. 27. *Harmon.* 1. *Pro Imm.* 24. *Sacrif.* 6. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 297. *Jacobs. post Pors. Advers. p.* 303. Deinde ad aliorum Participiorum exemplum, addita encl. γε, in responsionum quoque exordiis occurrunt. *Plat. Rep. I. p.* 351. *C. Cratyl. p.* 431. *A. Lys.* 204. *A. Luc. Deor. Dial. XXIII.* 2.

Saturn. 8. Cf. *Heind. ad Plat. Charm. p.* 64; *ad Theaet. p.* 421.

Παραίνεσιν — προςαψάμενος.] Parvam autem aliquam admonitionem et exigua haec consilia iis, qui historiam conscribendam suscipiunt, dare constitui, ut meae quoque partes essent saltem in aedificando, etsi minus in inscriptione, sive ut reddit Gesn., licet in inscriptione nulla mei mentio futura sit, qui extremo tantum digito lutum attigerim. Mire a nostri loci tum sententia tum constructione aberravit *Hemst.* in *Anecdd. Geelii p.* 69: „*Intellige,* inquit, *librorum inscriptionem, quae historiam profitetur; post haec verba excidit* ἀλλά." Similitudo repetita est ab aedificii titulo, cui absoluto architectorum nomina inscribuntur, operariorum negliguntur. Se quoque ait, quidquid in se sit ingenii, quod sentiat, quam sit exiguum, consumere velle in difficillimo historiae conscribendae negotio pro virili adjuvando, etsi in historia literaria locum sibi in historicorum ordine assignari nec sperare nec postulare audeat, utpote qui animi tantum causa perfunctoriam operam illi rei impenderit. — De differentia, quae est inter καὶ εἰ μή, *etiam tum si minus*, εἰ καὶ μή, *etsi minus*, et εἰ μὴ καί, *nisi forte etiam*, ne tironum quidem in gratiam monendum esset, nisi librarii nobis monendi negotium imposuissent. Restituendum est εἰ καὶ μή in *Luc. Tox.* 23. ἐδήλου γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἂν τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ καὶ ἐν διαθήκαις ταῦτα ἐνεγέγραπτο. Contra εἰ μὴ καὶ *Adv. Ind.* 5. τίνος οὖν ἀγαθοῦ ὠνῇ ταῦτα, εἰ καὶ μὴ τὰς ἀποθήκας αὐτὰς τῶν βιβλίων πεπαιδεῦσθαι ἡγῇ κ. τ. λ. — Proverbium, quod est ἄκρῳ δακτύλῳ ἅψασθαι, recurrere *Dem.* 4, iam Sol. observavit *Cic. pro Caelio* 12: „Non modo qui primoribus labiis gustassent hoc genus vitae et extremis, ut dicitur, digito attigissent." Simile est ἄκρῳ τῷ ὄνυχι *Hermot.* 62, ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ *Jove Trag.* 15 etc. Cf. *Jac. ad Tox. p.* 119. *Hemst. Anecdd. Geel. p.* 74. *Erasm.*

Adag. Chil. p. 252. *A.* — Πηλὸς est *lutum*, in aedificando adhibitum, nostrum *Lehm* sive *Leimen. Thuc. I.* 93. ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι. *Plaut. Rud. I.* 2. 12:

Luto usust multo, multam terram confode;
Villam integundam intellego totam mihi.

Cap. V.

Καίτοι — δύνηται.] Quamquam, inquit, ne admonitione quidem indigere se arbitrantur plurimi ad eam rem; non magis quam artium quibusdam praeceptis ad incedendum vel cernendum vel comedendum; sed omnium facillimum esse et proclive quodque nullius facile ingenii facultates exsuperet, conscribere historiam; modo quis verbis exponere, quidquid in mentem veniat, possit. — Πάνυ ῥᾷστον et ipsa pleonasmo quodam dicuntur, e vulgaris, ut videtur, sermonis consuetudine repetito, ut nostrum: *etwas gar zu leichtes. Fugit.* 14. τὰ δ' ἡμέτερα πάνυ ῥᾷστα, ὡς οἶσθα, καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα. Haud dissimile est *Plat. Alc. I. p.* 119. *C.* πάνυ πολὺ περιέσομαι. Pari modo et ἄγαν cum Superl. construitur, cf. *Jacobs.* post *Pors. Adv. p.* 313. — Ἁπαντός ἐστι, *facillimum est*, haud raro dicunt inprimis Attici. *Plat. Alc. I. p.* 129. *A. Gorg. p.* 500. *A. Jon. p.* 532. *E. Dem. Olynth. I. p.* 13, 27. *Arist. Eth. Nic. I.* 7. 17. *II.* 9. 2. Cf. *Valck. ad Her. VII.* 153. — Ἤν τις ἑρμηνεῦσαι τὸ ἐπελθὸν δύνηται. *Xen. Mem. S. I.* 2. 52, ἀξίους εἶναι τιμῆς τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους. — Τὸ ἐπελθὸν est, *quidquid in mentem* sive *quidquid in buccam venit, quocunque fert animus*, non sine temeritatis quodam et negligentiae significatu. *Plat. Phaedr. p.* 264. *B.* ἢ φαίνεται τὸ δεύτερον εἰρημένον ἔκ τινος ἀνάγκης δεύτερον δεῖν τεθῆναι; ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξε τὸ ἐπιὸν εἰρῆσθαι τῷ γράφοντι. Cf. *Hemst. ad Luc. Charon.* 13. — Ad

universam sententiam cf. *Dionys. Hal. de Compos. verb.* 24, *pag.* 222: *τὸ γὰρ οὐκ ἐπιπόνου τοῦ γράφειν ὄντος, ὡς αὐτὸς Ἐπίκουρος λέγει, τοῖς μὴ στοχαζομένοις τοῦ πυκνὰ μεταπίπτοντος κριτηρίου πολλῆς ἀργίας ἦν καὶ σκαιότητος ἀλεξιφάρμακον.*

Τὸ δὲ — *συντιθείη.*] Attamen te et ipsum novisse arbitror, amice, non ex eo genere illud esse, quod facili negotio administrari negligenterve componi possit, sed si quid aliud in dicendi arte maxima et diuturna cura indigere, si quis, ut ait Thucydides, thesaurum aeternitati condat, vel, ut pulcherrime expressit Quinctilianus, ad memoriam posteritatis ingeniique famam historiae opus componere instituat. — Τὸ δὲ sexcenties significare *quum tamen*, allatis quibusdam exemplis — studiosorum, ut ait, gratia, quoniam nondum, quod sciat, a doctis de hoc genere explicatum sit — docuit *Heind. ad Plat. Theaet. p.* 333. 334. At hoc est vertere, non explicare. Explicare aggressus est *Astius ad Plat. Remp. p* 363, ut sit i. q. *τὸ δὲ ἀληθές*, cui accedere non debebat *Engelh. ad Plat. Apol. Socr. p.* 165. Nam quae tandem haec esset ellipsis, omisso vocabulo eo, in quo cardo rei versaretur? Qualem ne Bosius quidem fingere audeat. Immo potius *τὸ δὲ* est i. q. *τοῦτο δέ*, primariaeque ejus constructionis memoriam conservaverunt loci quales *Plat. Lys. p.* 205. *D.* *τὸ δὲ πῶς εἶχεν;* *Epist. VII. p.* 330. *A.* *τὸ δ' εἶχε δὴ πῶς;* *Phaed. p.* 87. *C.* *τὸ δ' οἶμαι, οὐχ οὕτως ἔχει.* *Cratyl. p.* 404. *E.* *τὸ δέ γ' ἐστὶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κάλλιστα κείμενον.* *Epist. II.* 315. *B.* *τὸ δὲ οὐδέν ἐστι τοιοῦτον.* *Luc. Anach.* 35. *Pro Imm.* 3. *τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει.* *Epist. Saturn.* 26. *τὸ δὲ πάνυ ἀγνοεῖτε ὁποῖόν ἐστιν.* *Philops.* 8. *τὸ δ' οὐκ ἂν γένοιτο.* 22. *τὸ δ' οὐκ εἶχεν οὕτως.* *Merc. Cond.* 6 21. *Pseudom.* 1 *etc.* Cf. etiam *Grauert. ad Aristid. Or. Leptin. p.* 103. Deinde, repetito primum, quod haud raro fit, vocabulo *τοῦτο*, ut vel ipso hoc nostro loco et quos praeterea laudat *Jac. ad*

Luc. Tox. p. 143, mox nullo constructionis discrimine conjunctionis vim accepisse constat, ut sit *at vero.* Sic *Plat. Politic. p.* 263. *D. Luc. Zeux.* 2. τὸ δὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἄνθρακες ἡμῶν ὁ θησαυρὸς ἦσαν etc. V. *Ast. ad Plat. Symp. p.* 257. *Stallb. ad Apol. Socr. p.* 32. — Mox quae in vulg. lect. in diversas partes discesserant, ἀλλ' εἴ τι ἐν λόγοις καὶ ἄλλο, reconciliavit jam Rudolphus. V. et *Fritzsch. l. l. p.* 146. — Ad sequ. conf. *Cal. non tem. cred.* 11. οὐ μέντοι μικρὸν οὐδὲ ἁπλοῦν ἐστὶ τοῦτο, ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης, οὐκ ὀλίγης δὲ ἀγχινοίας, ἀκριβοῦς δέ τινος ἐπιμελείας δεόμενον. — Denique pro eo, quod est ἢν συντιθείη, noli corrigere συντιθῇ. Bene *Schaef. Melett. critt. p.* 87. de loco *Luc. Tim.* 5. ἀλλ' ἤν που καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχοιμί τινι αὐτῶν κ. τ. λ. «Alii, inquit, ἐντύχω, quod verum videtur, quamquam non nego, ἤν Optativo passim sic jungi, omnis ut corrigendi conatus, si critica temeritate abstineas, sufflaminentur. — Praevideo fore, qui talia citerioris graecitatis propria dicant, sed hi sciant, etiam in vetustissimis scriptis exempla hujus constructionis mihi occurrisse. In ipso Luciano tot reperiuntur, ut non audeam omnibus locis, aut conjunctivum invehere aut alia ratione soloecismo, qui vulgo videtur, mederi.» Deinde laudat *Diss. c. Hes.* 7. οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο μαντείας δεῖται, ὡς ἢν μὴ καλύψῃς τὰ σπέρματα καὶ θεράπων μακέλλην ἔχων ἐπιφοροίη τῆς γῆς αὐτοῖς, καταπτήσεται τὰ ὄρνεα etc. Adde *Nav.* 1. οὐκ ἐγὼ 'λέγον, ὅτι θᾶττον τοὺς γύπας ἕωλος νεκρὸς ἐν φανερῷ κείμενος ἢ θέαμά τι τῶν παραδόξων Τιμόλαον διαλάθοι, κἂν εἰς Κόρινθον δέοι ἀπνευστὶ θέοντα ἀπιέναι; *Anach.* 38. ἀλλὰ καὶ ἀπειλοῦσας, ἢν μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγάς. *Salt.* 79. Ἂν ἐρῶν τις εἰς τὸ θέατρον παρέλθοι, ἐσωφρονίσθη. *Ver. Hist, II.* 29. συνέπεμψε δέ μοι ὁ Ῥαδάμανθυς τὸν πορθμέα Ναύπλιον, ἵν' ἐὰν κατενεχθείημεν εἰς τὰς νήσους, μηδεὶς ἡμᾶς συλλάβοι, quem locum a *Thom. Mag. p.* 267 suppeditatum commode adhibuit *G. Herm. ad Vig. p.* 822, ut in oratione obliqua atque omnino sicubi

quid quocunque modo ex alterius sententia dici accipiendum sit, constr. partic. ἐὰν c. Opt. legitimam esse comprobaret. Sic accipiendum esset in eo quoque loco, quem ut Homeri versum appellat *Plut. aud. Poet. p.* 24. *B.*

Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾷ, ἂν ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο,

nisi potius cum *Aristot. Rhetor. II.* 9. 11. et *Plut. V. Hom.* 132. leg. esset: Ζεῦς γάρ οἱ νεμέσασχ' ὅτ' ἀμ. etc. quum ex obs. *Herm. de Praecc. quibusd. Attic. p.* 17. partic. ἂν, ut ex eo quod est ἐὰν per contractionem orta, producatur. — Pari quodam modo ὅταν constr. c. Optativo, v. c. *Aesch. Pers.* 419. (444.)

Ἐνταῦθα πέμπει τούς δ'ὅπως, ὅταν νεῶν
Φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,
Κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν,

ubi male Blomf. ex Elmsl. sent. scr. ὅτ' ἐκ. Quod vero si quis ad omnia illius constructionis exempla pertinere existimet, vereor ne mox experientia edoctus a sententia discedat. Cf. v. c. *Plut. de Mul. Virt. p.* 243. *A. B.* φέρε γὰρ εἰ — παρειχόμεθα, ἄρ' ἂν τις ἐπετίμησεν ἡμῖν; τί δὲ, ἐὰν — ἀντιπαραβάλλοιμεν, ἕξει τις ἀντιάσασθαι δικαίως; Ea tantum quaestio restat, rectene a *God. Hermanno de praecc. quibusd. Attic. p.* 15. (*Opuscc. T. I. p.* 283 *sqq.*) ita statutum sit, «sic tantum id factum esse, ut ἐὰν pro εἰ, non ut Optat. pro Conj. esset; immo primo verbi modum spectandum esse, quod in hoc cardo rei versetur.» Et in illis quidem, de quibus dictum est, ἐὰν suum sibi locum legitime tenere, Conjunctivum propter sermonis obliquitatem mutatum Optativo esse constat. De reliquis, quum nulla certa ratione niti videantur, difficilior est quaestio, nec, opinor, etiam si majorem quam nunc quidem ad manus est, exemplorum copiam congesserim, ad liquidum perduci possit. Accedit quod sunt loci, quorum de lectione dubitare liceat. Sic, ut hoc utar, pro God. Hermanno pugnare videtur *Plat. Alc. II. p.* 146. *A*: φαίης ἄν, ὁπόταν ὁρῴης, ubi ὁπόταν usurpatum est in constr. hypoth. prouti ὅποτε *Rep. IV. p.* 428. *A. Anterast.*

p. 133. *A.* — Itidem *Luc. Tim.* 39. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; ubi si Opt. pro Conj. poni velles, ut sit i. q. ὁπόταν — βιάζωνται, sensus exsisteret ab h. l. alienus: *quid faciam, quando Dî vim adhibebunt?* Quapropter ὁπόταν sumendum est pro ὅποτε, prouti *Necyom.* 3. *Char.* 2. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι*) τις, ὅποτε φίλος τις ὢν βιάζοιτο. Quod tamen ipsum si quis his locis reponendum censeat, haud sane me dissentientem invenerit, gnarum, quoties permutentur in Codd. ὅτε et ὅταν, quorum exempla exstant ap. *Schaef. ad Greg. Corinth. p.* 553**). Omnino si qui loci levissima immutatione facta, quales inprimis dico eas, quae jotacismum corruptionis auctorem prae se ferunt, in ordinem redigi queant, facile assentiar; ad difficiliores mutationes ne Codd. quidem Mss. auctoritate, quos Atticistarum correctiones passos esse persuasissimum habeam, adduci me patiar. Sic in illo *Diss. c. Hes.* 7 si quis restituendae concinnitatis gratia καλύψαις scribat pro καλύψῃς, verbum non perdam; ἐπιφορῇ a Luciano profectum esse nunquam mihi persuadebo; etsi loci il-

---

*) Bene sic scr. Lehm. pro vulg. πάθῃ, quam aeque probam esse haud recte judicavit Hemsterh. — Bifariam loquuntur: τί γὰρ πάθω, in re praesenti, si quis *jam* se aliter rem facere non posse innuit, v. c. *Aristoph. Eccl.* 890. *Plat. Euthyd. p.* 302 *D.* Cf. *Valck. ad Eur. Phoen. v.* 902. *Brunck ad Aristoph. Lysistr.* 884. Similia sunt τί γὰρ χρὴ ποιεῖν; *Plat. Menon. p* 86. *E*; τί γὰρ ἔδει ποιεῖν; *Luc. Philops.* 13. *Nav.* 1 *etc.* — Conj. numquam secum habet ἄν, Optat. semper. Dicunt enim: τί γὰρ ἄν τις πάθοι, quum signif. volunt: quidnam aliud quis faciat, *hoc vel illo posito, hac vel illa proposita conditione?* V. c. *Dial. Deor.* XX. 9. *Mort. X.* 9. *Galen. Protr.* 6. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιεν ἴδιον μὲν οὐδὲν ἀγαθὸν κεκτημένοι κ. τ. λ. quem ad l. vid. *Willet. p.* 85. *Gataker. ad M. Anton. XII.* 16. *p.* 428, quos laudat *Creuz. ad Plotin. p* 284. Sic etiam in *Hermot.* 49. leg. est τί οὖν ἂν πάθοι τις (vel τί ἂν οὖν, nam eodem redit, v. *Creuz. l. l. p.* 362. *Stallb. ad Phileb. p.* 169 *et Addend. extr.*) ut ibid. c. 19. *Dial. Mort. XV.* 3. Contra *Aristoph. Plut.* 603: τί πάθω τλήμων.

lius sententia unice Conjunct. legitime sibi efflagitet; unde apparet, non ἢν pro εἰ, sed Opt. pro Conj. usurpari. Eadem de causa parum equidem pronus sum in Schaeferi et Lehmanni lect. ἐντύχω in altero illo loco *Tim.* 5. *οὐκ ἔτι οὐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν οὐδὲ* (edd. *οὔτε*) *προςβλέπουσι· — ἀλλ' ἤν που καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχοιμί τινι αὐτῶν, — παρέρχονται*, quum is egregie defendatur a loco *Jove Trag.* 27. *μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ἐπὶ τούτῳ ἐκλέγει, σφόδρα πιθανὸς ὤν, ὁπόταν ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγοιτο.* Quorum locorum in utroque quum immutationem in verbis *ἐντύχοιμι* et *διαλέγοιτο* fieri per criticam rationem non liceat, tum tantum abest ut *ἐὰν* et *ὁπόταν* pro *εἰ* et *ὅποτε* usurpatae esse possint, ut nisi Opt. pro Conj. poni accipias, nulla unquam his locis lux affulserit. Agitur enim de re saepius facta, quae quoties incidat, alterum fieri soleat. In talibus autem praeclare ab ipso *Herm. ad Vig. p.* 910 observatum est, Optativum (sic leg.) non usurpari nisi in praeteritis; in praesenti et futuro Conjunctivum poni; qua ex lege dicendum erat, *ἐὰν ἐντύχω, ὁπόταν διαλέγηται.* Eadem ratio est loci *Scyth.* 11, quem nostro adscripsit Lehm.: *κεχηνότες αὐτοῦ ἀκούουσιν, ὁπόταν δημηγορήσων παρέλθοι*, ubi legitima lectio *παρέλθῃ* est in Codd W. et 2954 *). Cujus in vices cur successe-

*) Vulg. lect. recte retinuit Lehm., confirmandae male adhibuit *Herm. ad Vig. p.* 792, qui Praeteriti tantum constructioni hanc licentiam reliquit. Et ex eo genere est locus, quem ille laudat, *Plat. Symp. p.* 219. *E*, quamquam eo loco nunc ex opt. Codd. scribitur *ὅποτε*, ut etiam *Alc. II. p.* 148. *D*, ubi olim erat *ὁπόταν μάχῃ γένοιτο.* Cf. *Schaef. ad Dionys. p.* 403. Et videtur sane confusio illa citeriori aetati relinquenda esse. Sic *ἐπειδὰν* de re praeterita jungitur Optativo a *Luc. Asin.* 21. 37, quod mutare non audeam, etsi in *Tox.* 3 et *Bis Acc.* 21 scribendum esse *ἐπειδὴ ἑάλωσαν* et *ἐπειδὴ ἤλγησε* persuasissimum habeam. Quod vitium latissime patere, praeclare observavit *Jos. Bekker. Spec. Philostr. p.* 25. — Contra *ὅποτε* c. Optativo constructum est in re praesenti *Luc. Mort. Dial. XXI.* 1. *Philostr. Heroicc. p.* 674 etc.

rit Optativus, ejus rei rationem, si qua est, ignoro; id tantum constat, his tribus, quos ultimos tractavimus locis, quibus et nostrum multosque alios facile addideris, ἐὰν recte dici, Conjunctivum vero Optativo permutari.

Οἶδα — ἀποκειμένων.] Et scire se quidem ait, fore, ut haud sane multos ab instituto suo deflectat, immo quibusdam quam maxime importunum sese praestiterit; omnibus praesertim iis, quibus jam absolutum et in publico recitatum sit historiae opus. Sin adeo laudibus exceptum sit ab iis, qui recitanti affuerint, insaniam fore si quis ejusmodi hominem immutaturum vel retracturum esse speret quidquam eorum, quibus semel auctoritas accesserit et veluti in sacro palatio sint recondita. — Ἐπιστρέφειν Gesn. reddit: *advertere;* non male; signif. omnino causam alicui exhibere, ut sese retrorsum flectat. *Xen. Hellen. VI.* 4. 9. ἐπιθέμενοι τοῖς ἀπιοῦσιν ἐπέστρεψαν αὐτούς. *Luc. Nav.* 11. ἢν μὴ τοῦ ἱματίου λαβόμενοί σε ἐπιστρέψωμεν. *Plut. V. Luc.* 7. καὶ τούτων τὸ θάρσος ὁ Λούκουλλος ἐξέκοψε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπέστρεψε, et, quem laudat Rud., *de aud. Poët. p.* 21. *C.* πάλιν δ' ἐπέστρεψε καὶ περιέσπασε πρὸς τὸ καλὸν ἡμᾶς, quem ad l. vid. *Krebs. p.* 157. Adde *Dorv. ad Char. p.* 447. — Ἐπαχθῆ autem ideo sese illis fore ait, quia, quum plurima recte ab ipso dicta esse intellecturi sint, nimium tamen sibi placeant, quam ut quidquam scriptorum suorum retractare audeant, quo facto in sane molesto discrimine illi constituantur; jamque: «quid malum, dicturos esse, sibi vult rhetor iste? quid ei cum historicis rei est? Tacere satius erat, quam sero nescio quae praecepta effutire, quae si ante adortum opus data essent, consideratione quadam haud indigna videri poterant, nunc vero obtrectandis, non adjuvandis rerum scriptoribus destinata esse videntur. Scurrae haec potius et intempestivo nugatori quam homini urbano et erudito convenire.» Etenim ἐπαχθής, quod non facile eodem

semper vocabulo reddere possis, signif. molestum, odiosum, inhumanum, immodestum, arrogantem, insolentem, fastuosum, denique eum qui sese hominem esse non semper meminerit; nostrum *anspruchsvoll,* sive *indiscret. Demosth. adv. Mid.* 56. *κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν. Aristoph. Ran.* 967. *ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν. Plat. Meno p.* 90. *A. οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθὴς ἀλλὰ κόσμιος καὶ εὐσταλὴς ἀνήρ. Euthyd. p.* 303. *E. Phaed p.* 87. *A,* quem ad l. cf. *Wytt. p.* 231, *Stallb. p.* 120 *et Heind. ad Charm. p.* 71. — *Luc. Cronos.* 15. *ἐπαχθὲς μηδὲν ἐπιστελλέτω μηδὲ ἐπαινείτω τὰ πεμπόμενα. Rhetor. Praec.* 21. etc. — Ἀποτετέλεσται de eo quod ad summum perfectionis fastigium deductum est, ut v. c. *Salt.* 34. *τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν, ὅπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετέλεσται.* — Ad sequ. cf. *Apol. Merc. Cond.* 3. *πάλαι μὲν, ὦ φιλότης, ὡς εἰκος, εὐδοκίμηταί σοι τουτί τὸ σύγγραμμα καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δειχθὲν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμεμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις.* Spectat recitationes operum recens absolutorum publicas, de quibus laudasse sufficiet *Gierigii Excurs. I. ad Plin. Epistt. T. II. p.* 538—545. — Verba quae sunt *μεταποιεῖν* et *μεταγράφειν* sic distinguit Rudolphus, ut illud ad materiam et res, hoc ad expositionem pertinere videri censeat; argute; quamquam vereor ut semper obtineat. Illud quam latissime patere constat; hoc quibus finibus circumscriptum sit, dubium esse non potest. *Pro Imm.* 8. *ὥςτε μεταγράψαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν. Bis abdic.* 9. *μήτε μεταβουλεύεσθαι μήτε μεταποιεῖν τὴν κρίσιν. Max. Tyr. Diss. XXIX. τὰς μὲν ἄλλας τέχνας οὐ μεταποιοῦσιν οἱ χρόνοι.* Cf. *Jacobs. ad Philostr. p.* 557. *Creuz. ad Jos. Bekk. Spec. Philostr. p.* 16. — Τὰ *ἅπαξ κεκυρωμένα* dicit ea, quae sola illorum auditorum assentatione tam rata et inviolabilia habeant, quam quae ipsius Caesaris auctoritate et numine confirmata sint. Laudat Rud. *Necyom.* 2.

Adde *Aristoph. Thesm.* 375. *ἀλλ' ὦ παγκρατὲς Ζεῦ, ταῦτα κυρώσειας.* — Ἅπαξ ut h. l. invenies *Cal. non tem. cred.* 19. *Pseudol.* 3 etc.

Ὅμως — προςάγοντες.] Tamen haud abs re fore ait, si vel ad illos ipsos sermonem suum instituerit; scilicet, ut, si quando aliud confletur bellum, sive Celtis cum Getis, sive Indis cum Bactrianis (Romano enim orbi, quum perdomita jam sint cuncta, non facile fore qui bellum inferre audeat) regulam habeant, qua adhibita melius componere queant. — Οὐ *χεῖρον* sexcenties occurit in sermone Attico. *Luc. Dem.* 14. 44. *Scyth.* 1. *Dips.* 6. *Alciphr. III.* 59. 65. *Aristot. Politic. VI.* 1. 3. *Heind. ad Plat. Phaed. p.* 210. *Boiss. ad Philostr. p.* 577. *Nitzsch. ad Plat. Jon. p.* 59. Audaci conatu, quamquam haud infelici restituit Reisk. *Plutarcho Def. Oracc.* 21. *οὐ χεῖρον χαρίζεσθαι βαρβάρου διήγησιν ἀνδρός.* — In sequ. *εἴποτε — κεχειρωμένων* dubium esse non potest, quin carpantur ineptae illorum historicorum jactationes, qui, adhuc ne absoluto quidem bello, ut c. 31 apparet, jam veluti profligata omnia descripserint et invicta Romani militis arma tumida cum adulatione ad coelum sustulerint. Quo ex genere etiamnum luculentum exstat documentum, auctoris quam maxime coaevi, absurdissimi hominis *Aelii Aristidis Tom. I. p.* 66 *ed. Jebb.* *ὅπου γὰρ Κελτοὶ μὲν, οἱ μέγιστοι καὶ φονικώτατοι τῶν ὑφ' ἡλίῳ, νῦν προςκυνοῦσι τὸν δεσποτήν· πᾶν δὲ ὅσον Εὐφράτου καὶ Τίγρητος ἐπέκεινα οἰκεῖ, διακινηθὲν καὶ δὴ κατήρτηται* etc. Vero, ut videtur, longe propiora *Jul. Capitol.* narrat in *V. Marc. Anton.* 12: «Dum Parthicum bellum geritur, natum est Marcomannicum, quod diu eorum, qui aderant, arte suspensum est, ut finito jam Orientali bello, Marcomannicum agi posset.» Celtae autem Luciano et Aristidi videntur esse illi ipsi Germaniae populi, adversus quos mox ipso M. Aurelio Antonino Aug. duce bellum in Pannonia gestum est.

Ἥνπερ — τραγῳδῶσι.] Modo, inquit, recta illis esse videatur; quod si minus, illi quidem tunc quoque ad eundem, quem nunc, cubitum rem exigant; medicus autem minime angetur, etiam si omnes Abderitae ad declamandam Andromedam sua sponte deripi se patientur: non quo quidquam inde sibi speret commodi, sed quia, quae aegrotus sua ipsius culpa suscipit incommoda, ad se non pertinent; fere ut ait *Lexiph.* 25. ἂν ταῦτα ζηλώσῃς καὶ μεταμάθῃς, ἄριστα βεβουλευμένος ὑπὲρ σεαυτοῦ ἔσῃ· ἢν δὲ λάθῃς αὖθις ἐς τὴν λιχνείαν κατολισθὼν, ἐμοὶ μὲν ἀποπλήρωται ἡ παραίνεσις, σὺ δὲ, σεαυτὸν αἰτιάσῃ, ἄν γε καὶ ξυνῇς χείρων γενόμενος. — Κανὼν et πῆχυς primitiva vi ita differunt, ut hac, an justam longitudinem quidquam habeat, illo, an ad amussim factum sit, judicium instituatur; h. l. nullo fere discrimine dici constat; et πῆχυς quidem significatu insolito, etsi variationis gratia potius hoc vocabulo usum esse arbitror Lucianum, quam ad imitationem loci *Aristoph. Ran.* 812. καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν, quae Rudolphi est sententia; κανὼν saepissime de artium praeceptis vel rectae et exactae conditionis exemplis usurpatur. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 248. et nos ad c. 63. Hic laudasse sufficiat *Dionys. Hal. Jud. de Thuc. Hist.* 34. τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων ἐπὶ τοὺς ὀρθοὺς κανόνας ἀναφέρουσιν. *Jud. de Lysia* 24. δηλώσουσι δὲ οἱ κανόνες παρατεθέντες αὐτῷ οἱ τῶν τεχνῶν. *Luc. Adv. Ind.* 2. ὅσα τε πρὸς τὸν ὀρθὸν κανόνα ἀπηκρίβωται τῷ συγγραφεῖ. *Zeux.* 2. ὀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκειμένων. *Imm.* 12. ὡς πρὸς τοὺς ἐκείνων κανόνας ἀπευθύνειν τὸ ἄγαλμα. *Pro Imm.* 22. πρόςαγε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις τοὺς ἀμφοτέρους κανόνας. Omnino προςάγειν dicitur de omni re quae ad examinandum quidcunque adhibetur. *Plat. Gorg. p.* 486. *D.* εὑρεῖν τούτων τινὰ τῶν λίθων, ᾗ βασανίζουσι τὸν χρυσὸν, πρὸς ἥν τινα ἔμελλον προς-

αγαγὼν αὐτὴν κ. τ. λ. Quamquam *M. Anton. V.* 22. *τοῦτον ἔπαγε*, inquit, *τὸν κανόνα.* — Mox pro eo quod est *ὥςπερ* legi voluit *ᾧπερ Seager.* in *Class. Journ. Fasc. XIII. p.* 74, quod pessime factum esse intellexit *Fritzsch. l. l. p.* 82. V. *Plat. Hipp. Maj. p.* 293. *C. ὥςτε τοῦτό γε, ὥςπερ καὶ τὰ ἔμπροσθεν ἐκεῖνα, ἥ τε παρθένος καὶ ἡ χύτρα, ταὐτὸν πέπονθε. Phaed. p.* 86. *A. εἴ τις διισχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ ὥςπερ σύ* et quae eum ad l. annotant *Heind. p.* 129. *Stallb. p.* 117. — Ipsam dictionem Schol. Voſs. observat esse *παροιμίαν ἐπὶ τῶν ὑπὸ τινῶν μὲν ἐπανορθώσεως τυγχανόντων, μένειν δὲ ἀναγωγῶν προαιρουμένων.*

Cap. VI.

Διττοῦ — *συναρμόσαι.*] Absoluto C. I—III libelli exordio, quo ipso, si quid opus erat, narrationem complexus est, ad partitionem Luciano nostro progrediendum fuit. Quae quum duabus rebus contineatur, enumeratione et expositione, quarum per hanc finibus suis describitur libelli argumentum, in illa numero dicitur, quot de rebus dicturi simus, primum de consilio suo exposuit C. IV et V, jam ad partes opusculi distribuendas transit. Quae quidem duae sunt: Nam quum consilii duplex, inquit, officium sit, alterum ut quid sequendum, alterum ut quid fugiendum sit praecipiat, age primum dicamus, quae fugere oporteat eum, quisquis historiam conscribat, et a quibus maxime sibi cavere debeat; deinde quibus utendum sit ipsi, ut a via justa et quae recto itinere conducat, ne aberret; operisque principium unde repetendum; et qualem ordinem singulis rebus gestis disponendis adhiberi conveniat et uniuscujusque rei modum et quae tacere, quibus immorari; quae celeriter perstringere praestet; denique quomodo verbis exponi atque connecti velint.

Et de elocutione quidem agetur C. XLIII — XLVI, de dispositione C. XLVIII—LI, de exordiis C. LII—LV, de modo denique adhibendo C. LVI sqq.; h. l. de paucis quibusdam, quae singillatim potius exponi volunt, dixisse sufficiat.

Φέρε εἴπωμεν ut φέρε σκεψώμεθα, dictione rhetoribus quam maxime frequentata. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 76. — Mox ad ea quae sunt τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης suppl. ὁδοῦ, ut est *Zeux.* 10. οἱ δ' ἵπποι ἐπείπερ ἅπαξ τῆς ἐπὶ τὸ εὐθὺ ὁδοῦ ἀπετρέποντο. Haud absimile est ap. *Aristot. Magn. Mor. I.* 15. τὸν ἵππον ἐπ' ὀρθὸν θέοντα λαβόμενον ἀποστρέψαι. — In fine sectionis autem, ubi est καὶ ὅπως ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ καὶ συναρμόσαι, noli intelligere ἄμεινον, non enim vult: *quomodo verbis exponere praestet*, quod est in antecedentibus, *quae perstringere praestet*, i. e. μᾶλλον ἢ ἐνδιατρίβειν: immo potius repete δεῖ, quod latere in illis ἀρκτέον, ἐφαρμοστέον etc., bene intellexit *Fritzsch. l. l. p.* 73. Sic v. c. *Plat. Gorg. p.* 494. *D.* τὰς μὲν ἐπιθυμίας, φῄς, οὐ κολαστέον — ἐῶντα δὲ αὐτὰς ὡς μεγίστας πλήρωσιν αὐταῖς ἑτοιμάζειν. Cf *Struv. lectt. Luc. p.* 239. Qua ex constructione lux, puto, affulserit loco impedito *Plat. Menon. p.* 96. *E.* παντὸς μᾶλλον οὖν προσεκτέον τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς καὶ ζητητέον ὅςτις ἡμᾶς ἑνί γέ τῳ τρόπῳ βελτίους ποιήσει (λέγω δὲ ταῦτα ἀποβλέψας πρὸς τὴν ἄρτι ζήτησιν, ὡς ἡμᾶς ἔλαθε καταγελάστως ὅτι οὐ μόνον ἐπιστήμης ἡγουμένης ὀρθῶς τε καὶ εὖ τοῖς ἀνθρώποις πράττεται τὰ πράγματα) ἢ ἴσως καὶ διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι τίνα ποτὲ τρόπον γίγνονται οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. Cui loco quae in vulg. inseruntur: εἰ μὴ τοῦτο δοίημεν, ὡς οὐ μόνον ἐπιστήμης, ἀλλὰ καὶ ἄλλου τινός jure rejecta sunt a Buttmanno. Qui idem intellexit, Inf. post ἢ sic explicandum esse, ut ἢ signif. *sin minus* sive *alioquin*, quae res et ipsa omni dubitatione exemta est. At sic quoque vereor ut hic Inf. recte pendere possit ab eo quod est ἔλαθεν,

id quod vult Buttmannus. Id enim et observasse mihi videor et vero consentaneum est, nisi altero praecedente, fere non poni hunc Inf., utpote qui non pendeat a voce ἤ, sed ab alia quadam, quam excipere Inf. debeat, quales sunt δυνατόν ἐστι, προςῆκε, δεῖ etc. Cf. *Tim. p.* 52. *C.* διὰ ταῦτα ἐν ἑτέρῳ προςήκει τινὶ γίγνεσθαι — ἢ μηδὲν τὸ παράπαν αὐτὴν εἶναι. *Rep. V. p.* 463. *D.* ὑπήκοον δεῖν εἶναι τῶν γονέων ἢ μήτε πρὸς θεῶν μήτε πρὸς ἀνθρώπων ἄμεινον αὐτῷ ἔσεσθαι. *VI. p.* 490. *A.* ἣν διώκειν αὐτὸν ἔδει ἢ ἀλάζονι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς. *Cratyl. p.* 426. *A.* δεῖ ἔχειν ἀποδεῖξαι, ἢ εὖ εἰδέναι ὅτι τά γε ὕστερα ἤδη φλυαρήσει. *Xen. Hier. IV.* 6. ἀεὶ ἀναγκάζονται στράτευμα τρέφειν ἢ ἀπολωλέναι. *Luc. Phal. I.* 8. ὅμοιον χρὴ τῇ ὑποθέσει εἶναι, ἢ — ἀπολωλέναι etc. Qualem quidem nostro in loco non apparere constat; sin distinxeris, ut ante a me factum est, iis quae sunt λέγω δὲ — πράγματα parentheseos loco collocatis, en tibi praesto est δεῖ c. Inf. latens in προςεκτέον καὶ ζητητέον. Quae confirmantur loco gemino Nostri in *Hermot.* 36. πάντων ὁμοίως ἀκουστέον ἢ εἰδέναι ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν, quem bene tractavit *Fritzsch. l. l. p.* 72.

Ταῦτα μὲν — ἁρμονίᾳ.] Et de his quidem, inquit, et id genus aliis postmodo disseretur; nunc autem jam dicendum erit de vitiis, quae prave scribentium vestigiis inhaerere solent. Et ea quidem, quae communia omni dictionis generi sunt peccata, quae cernuntur in elocutione, et compositione, sententiarumque ornatu, et si quae praeterea contra artis praecepta ab illis dicuntur, et longum sit persequi neque argumento huic nostro proprium; communia enim, ut dixi, omni dictionis generi sunt peccata [quae cernuntur in elocutione et compositione.] Αἱ κακίαι opponuntur ταῖς τοῦ συγγραφέως ἀρεταῖς, ut c. 42. διέκρινεν ἀρετὴν καὶ κακίαν συγ-

γραφικήν. *Salt.* 80. ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρετὰς ἔφην τὰς ὀρχηστικὰς, ἄκουε καὶ τὰς κακίας αὐτῶν. Quod autem in his potissimum posita esse ait ea quae omni dictionis generi communia sint peccata, φωνῇ, ἁρμονίᾳ, διανοίᾳ, spectare videtur tria illa, quae, ut ait *Auct. ad Her. IV.* 12. in se debet habere elocutio, quae maxime oratori accommodata sit, elegantiam, compositionem, dignitatem. Et *elegantia* quidem est, quae facit, ut unum quodque pure et aperte dici videatur; quae posita est in φωνῇ. *Philostr. Heroicc. p.* 664: τὴν δὲ φωνὴν πῶς ἐπαιδεύθης; οὐ γάρ μοι τῶν ἀπαιδεύτων φαίνῃ. Idem fere Luciano sunt καλὰ ὀνόματα in loco gemino, quem cum nostro non sine fructu contuleris, *Zeux.* 2. ὀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκειμένων ἢ νοῦ ὀξέως ἢ περινοίας τινὸς ἢ χάριτος Ἀττικῆς ἢ ἁρμονίας ἢ τέχνης τῆς ἐφ᾽ ἅπασι τούτων δὲ πόῤῥω ἴσως τοὐμόν. Ἁρμονία autem et *Dionysio Halicarnassensi de comp. verb.* passim et *Longino* c. 39. 40. eadem sententia dicitur qua σύνθεσις sive συζυγία, quae ab ὀνομάτων ἐκλογῇ diversa est et potior. Latini *compositionem* dicunt, ut *Auct. ad Her. l. l.* i. e. eam verborum constructionem, quae faciat omnes partes orationis aequabiliter perpolitas, quaque in omni, ut ait *Quinctil. IX.* 4. tria sunt necessaria, ordo, junctura, numerus. *Ciceroni* est *collocatio*, cujus est, componere et struere verba, sic ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis (*De Or. III.* 43) et quae ipsa cernitur compositione, concinnitate, numero (*Orat.* 44 *sqq.*) Quae quum ita sint, facile qnidem tertia quoque elocutionis pars, quae posita est tum in verborum tum vero etiam in sententiarum ornatu et dignitate (σχήμασι λέξεως καὶ διανοίας), spectari per διανοίαν a Nostro videri possit; quam tamen siquis potius, ut in loco *Zeux.* 2. νοῦν ὀξὺν καὶ περινοίαν τινὰ, i. e. ut cum Rudolpho loquar, sententias et judicia, quibus scripta sua distinguere solent historici, esse statuat, ne me quidem dissentientem habebit. — Mox ἀτεχνία dic-

tum est per prolepsin; etenim peccata cernuntur in iis, quae cum arte fieri debent, ut elocutio, compositio etc. non in iis, quae jam absque arte facta sunt; quae ipsa tum demum existunt, si quid in illis peccatum est. Quae tamen quum nemo ignorare possit quam late pateat apud Graecos, causam cur amplecterer Pelleti lectionem *τὴν ἄλλην ἀτεχνίαν*, omnino non vidi. Hac *ἄλλῃ ἀτεχνίᾳ* autem ne anxie exquiras, quid praeterea intellexerit Luc., audias *Jac. ad Tox. p.* 48, saepissime *ὁ ἄλλος* esse *omnino*, exemplis adhibitis docentem. Contra quod in extremis verbis, *κοινὰ γὰρ* etc., mediam inter Schmiederum et Lehmannum viam cum Fritzschio institi, ut *κοινὰ γὰρ* — *ἁμαρτήματα* Luciano restituerem, reliqua ut subdititia cancellis includerem, ejus facti ne nunc quidem me poenitet. Nam uti illa, id quod bene intellexit Lehmannus, omnino necessaria sunt, tum ob sequens *δὲ*, tum ut rationem reddat Lucianus cur *propria* illa huic argumento negaverit, scilicet quia omni dictionis generi sint *communia;* ita extrema ista revera, et fluxum orationis impediunt, ut eleganter sensit Rudolphus, nec sententiae congruunt. Nam cur tacuerit de *διανοίᾳ*? Nisi quis propria quaedam eo ex genere historici esse peccata arbitretur, quo spectent sequentia; at id contrarium fuerit illis quae antecedunt; et historicorum peccata, quae statim carpit, *γνώμης* sunt potius quam *διανοίας*. Nec ea dicunt vocabula, quae dicere debere recte perspexerat Rudolphus: *vitia enim in lingua et compositione omnium orationum sunt communia,* sed quae reddidit Gesnerus: *communia enim omnis orationis vitia sunt in lingua et compositione: denn es gibt Fehler, die — gemeinschaftlich sind*, non: *denn jene Fehler sind gemeinschaftlich.* Hoc fuisset: *ἁμαρτήματα τὰ ἔν τε φωνῇ κ. τ. λ.* Quod etsi haud difficulter corrigere liceat, tamen et levius et omni sententiae tenori consultius fore videtur, sic statuere, librarium per Homoeoteleuton deceptum, haec alieno loco intrusisse, deinde, quum usque ad *ἁρ-*

μονίᾳ pervenisset, errore intellecto, rursum delere illa oblitum esse.

Cap. VII.

Ἃ δὲ — συγγεγραμμένων.] In historia autem conscribenda quae peccant, qualia mihi, inquit, qui saepissime recitantes audivi, visa sunt, tu quoque, si animum accurate adverteris, reperies, praesertim si nullo discrimine omnibus patulas aures praebueris. — Haud tamen intempestivum fuerit, immiscuisse, exempli gratia, nonnullorum, quae jam hunc in modum composita audire me memini, specimina. Ne necessarium quidem fore ait, exempla apponere, quum Philoni, si operam det ei rei, documenta quotidie praesto esse possint; tamen nonnulla se delibata, nec ficta illa, sed quorum exstent exempla, hinc inde oblectationis gratia adspersisse; quo facto Lucianus, quod historicum facere vult, et ipse posteritati quam maxime consuluit. — Ἐπιτηρῶν εὕροις dictum est ut *Luct.* 24. *Necyom.* 5, solemni post εὑρίσκειν participii abundantia. Sic ibid. 4. εὕρισκον ἐπισκοπῶν, *Plat. Alc.* 2. *p.* 140. *D.* εὑρήσεις ἀναζητῶν, tum ipsa σκοπῶν, ζητῶν etc. sexcenties. Cf. *Lobeck. ad Soph. Ajac. p.* 306. — *Plut. S. N. V.* 11. leg. est σκοπῶν ἂν εὕροις. — Ἀναπετάσῃς τὰ ὦτα, egregie Gesnerus, *patulas aures praebeas*, ut *Hor. Epist. I.* 18. 70: Nec retinent patulae commissa fideliter aures. Poterat et *patientes*, ut *ibid. I.* 1. 40. Dummodo culturae patientem commodet aurem. — Nostrum invenies *Cal. non tem. cred.* 30 ἀποφράττειν τὰ ὦτα καὶ μὴ ἀνέδην αὐτὰ ἀναπεταννύειν τοῖς πάθει προειλημμένοις. *Salt.* 85. Ἀναπεπτάμενα ἔχω καὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα. Omnino ἀναπεπταμένος signif. id, quod qualiacunque non gravate recipiat, apertum, nullo vinculo frenove cohibitum. Sic *Bis Abd.* 27. πρὸς τὴν θεράπειαν ἀναπεπταμένα. *Nigr.* 4. ἀτενεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος. Cf. *Wytt. ad Plut.*

p. 882. *Dorv. ad Char. p.* 493. — Οὐκ ἄκαιρον. *Pro Merc. Cond.* 10. *Adv. Ind.* 11 etc. — Schol. Vofs. qui ad ea quae sunt ἀπομνημονεῦσαι ἔνια, adscripsit: αἰτιατικὴ ἀντὶ γενικῆς, ignorasse videtur, legitimam esse constr. c. Acc. Cf. *Plat. Lys. p.* 211. *A. Clitoph. p.* 406. *A. Demosth. de fals. leg. p.* 345. 10, et ἀπομνημονεύειν τινί τι, par pari referre alicui, *Demosth. Epist III. p.* 1479. 9. *Luc. Tox.* 16. *Jove Trag.* 40. *Sacr.* 2 etc.

Καὶ πρῶτον — ἄλληλα.] Et primum quidem, illa, inquit, re quantopere peccent, consideremus; neglecta enim plurimi eorum rerum gestarum narratione, imperatorum ducumque laudibus immorantur, domesticis quidem ad coelum usque sublatis, hostibus autem ultra quam aequum est dejectis; ignari illi, haud sane angusto limite laudationem ab historia dirimi atque disterminari, sed sat magnum medium inter illas constructum esse munimentum et, id ipsum, quod ajunt musici, maximo illas intervallo a se invicem distare. Quam in sententiam dignissimus est, quem adhibeam, locus *Polyb. VIII.* 10. 6. Ἐξ ὧν ἱστορίας μὲν οὐδαμῶς ἔχειν αὐτοῖς συμβαίνει διάθεσιν τὰς συντάξεις, ἐγκωμίου δὲ μᾶλλον. Ἐγὼ δ᾽ οὔτε λοιδορεῖν ψευδῶς φημὶ δεῖν τοὺς μονάρχους, οὔτ᾽ ἐγκωμιάζειν, ὃ πολλοῖς ἤδη συμβέβηκεν· τὸν ἀκόλουθον δὲ τοῖς προειρημένοις ἀεὶ καὶ τὸν παρέποντα ταῖς ἑκάστων προαιρέσεσι λόγον ἐφαρμόζειν. — Scribendum fuisse cum Reitzio ἐνδιατρίβουσι, dubium esse nequit; olim διατρίβουσι, *tempus terunt,* quod ab h. l. alienum est. Approbat illud et *Schaefer. ad Dionys. p.* 143. Ἐνδιατρίβειν occurrit C. V. XI et ubi non? *Saltat.* 6. *Nigr.* 7. *De Domo.* 2. *Deor. Dial. XX.* 6. *Alex.* 33. *Themist. Or. I. p.* 9. *C* ὁ μὲν λόγος εἰκόνα παγκάλην παραδείγματος ὑπερφυοῦς ἐξευρὼν, ἐνδιατρίβειν σπουδάζει τῇ θέᾳ. — Ἐς ὕψος ἐπαίροντες dictum est

fere ut *σχεδὸν ὑπὲρ κεφαλῆς αἴροντες* ap. *Aristid. Decl. adv. Lept.* §. 54, quem ad l. *Grauertus* laudat *Liban. Ep.* 689: *πρὸς ὕψος αἴρειν.* — Mox *πέρα τοῦ μετρίου*, formula Nostro quam maxime frequentata. V. *Jens. lectt. Lucc. p.* 226. *Deor. Dial. VI.* 3. *Salt.* 21. 75. *Rhet. Praec.* 10. Itidem *πέρα τοῦ μέτρου*, *Deor. Dial. XVI* 1. *Catapl.* 2. *Pro Imm.* 17 etc. — Ἰσθμὸς in proverbii loco est de quovis *limite* sive *termino*; vel quia mare a mari, vel quia peninsulam disjungit abs continente. Sic *Ocell. Luc. de Rer. Nat. II.* 2. *ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος*, quem ad l. Rudolphus laudat *Plat. Tim. p.* 69. *C. ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους καὶ αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς.* Haud absimilis nostro est locus *Charid.* 19. modo scribas cum *Fritzschio ad Pseudom. p.* 227. *οὐκ ὀλίγῳ τῷ μέσῳ παρενεγκοῦσαν.* Mox autem quod usus est vocabulo quod est *διατετείχισται*, haud obscure spectavit consuetudinem isthmos objecto muro vel tuendi vel obstruendi. *Herod. VI.* 36. *ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς χερσονήσου κ. τ. λ. VII.* 139. *εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων κιθῶνες ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τοῖς Πελοποννησίοισι. Thucyd. I.* 64. *τὸ δ' ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ τεῖχος εὐθὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἀποτειχίσαντες ἐφρούρουν.* Quamquam praeterea quoque haud raro tralato significatu usurpatur. *Max. Tyr. Diss. XXVI. ἐπισκιάζεται καὶ διατειχίζεται. XXVII. μήτε ὑπὸ ἀέρος θολεροῦ διατειχιζομένη, ἀλλὰ αὐτὸ κάλλος αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶσα. Luc. Dial. Meretr. XI. καὶ τέλος διετείχιζες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς μὴ ψαύοιμί σου. Conviv.* 33. *ὡς διασταῖεν, ὑπὸ διατειχίσματι αὐτῷ εἰρήνην ἄγοντες.* — Δὶς διὰ πασῶν, proverbio a re musica desumto, signif. ea, quae toto coelo differunt, sive, ut ait Noster *Catapl.* 14, *ἐκ διαμέτρου, φασίν, ἐστί.* Cf. *Prom. in Verb.* 6. *ὥστε τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν, ἀπὸ τοῦ ὀξυτάτου ἐς τὸ βαρύτατον,*

quem ad l. Intpp. laudant *Pro Merc. Cond.* 11. *Adv. Ind.* 21. *Erasm. Adag. Chil. p.* 68—70. Adde inprimis *Dionys. Hal. de adm. vi dic. in Demosth.* 2. *ἀρκέσει δὲ τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, ὅτι τὴν διὰ πασῶν ἁρμονίαν οὗτοι πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἡρμόσαντο, τὰς ἀκρότητας ἀμφοτέρας τῆς λέξεως, αἳ πλεῖστον ἀλλήλων ἀπέχουσι, δαιμονίᾳ σπουδῇ προελόμενοί τε καὶ τελειώσαντες, καὶ ὅνπερ ἡ νήτη πρὸς ὑπάτην ἐν μουσικῇ λόγον ἔχει, τοῦτον ἡ Λυσίου λέξις ἐν πολιτικῇ διαλέκτῳ πρὸς τὴν Θουκυδίδου.* Ubi vix dubito, quin itidem leg. sit *δὶς διὰ πασῶν.* Spectat autem hoc proverbium ad systema veterum musicorum absolutum, de quo sufficiet contulisse *Boeckhium in Creuz. Stud. T. III. p.* 62, quemque is laudat, *Bulliald. ad Theon. Smyrn. p.* 254.

Εἴ γε — *καταποθέν.*] Si quidem ei, qui laudationem componit, id unum cordi est, ut, quocunque id fieri possit modo laudet eique quem laudat gratus sit; quo si vel mentienti pervenire licet, haud sane multum curaverit; historia autem mendacium, quod forte inciderit, nullum, ne minimi quidem momenti, sustinere potest, non magis quam arteriam asperam narrant medici quidquam, quod glutiendo in illam delapsum sit, recipere. — Eandem laudationi licentiam vindicare studet Noster *pro Imm.* 18. *ἐλεύθερον γάρ τι ὁ ἔπαινος οὐδ' ἔστιν αὐτοῦ μέτρον εἰς μέγεθος ἢ βραχύτητα νενομοθετημένον, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον.* Nec pigeat contulisse duos *Polybii* locos praestantissimos *X.* 24. 8. *ὥςπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τόπος, ὑπάρχων ἐγκωμιαστικὸς, ἀπῄτει τὸν κεφαλαιώδη καὶ μετ' αὐξήσεως τῶν πράξεων ἀπολογισμὸν, οὕτως ὁ τῆς ἱστορίας, κοινὸς ὢν ἐπαίνου καὶ ψόγου, ζητεῖ τὸν ἀληθῆ καὶ τὸν μετ' ἀποδείξεως καὶ τῶν ἑαυτοῖς παρεπομένων συλλογισμῶν:* et *II.* 56. 11: *τὸ γὰρ τέ-*

λος ἱστορίας καὶ τραγῳδίας οὐ ταὐτὸν ἀλλὰ τοὐναντίον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ δεῖ διὰ τῶν πιθανωτάτων λόγων ἐκπλῆξαι καὶ ψυχαγωγῆσαι κατὰ τὸ παρὸν τοὺς ἀκούοντας· ἐνθάδε δὲ διὰ τῶν ἀληθινῶν ἔργων καὶ λόγων εἰς πάντα τὸν χρόνον διδάξαι καὶ πεῖσαι τοὺς φιλομαθοῦντας. Ἐπειδήπερ ἐν ἐκείνοις ἡγεῖται τὸ πιθανὸν, κἂν ᾖ ψεῦδος, διὰ τὴν ἀπάτην τῶν θεωμένων· ἐν δὲ τούτοις τἀληθὲς, διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν φιλομαθούντων. — Ἔπαινος et ἐγκώμιον quid differant, disputant rhetores, statuuntque illum esse singularis cujusdam laudis commemorationem, hoc congeriem omnium bonorum, quae laudari in aliquo possunt. Cf. *Ern. Lex. Techn. Rhet. Gr. p.* 92. H. l. nullo fere discrimine usurpari apparet. — Quod pro eo quod est ὁπωςοῦν, Reitzii editio exhibet ὁποσοῦν, ex errore typothetae factum non esse nequit, nam ipse Reitzius nostram formam ab intempestivo. Thomae Mag. Atticismo, qui eam communi dialecto tribuit, tuetur, adhibitis cum Duckero *Thuc. VII.* 49. *VIII.* 90. Quibus quod Lehmannus addit Nostri *Diall. Meretr. IV.* 2. ὁπωςτιοῦν, incredibili quadam cuique ignoscere vix possis socordia, ne inspexisse quidem Atticistae librum censendus est. Sic enim ille p. 655: ὁπωςοῦν Ἕλληνες ἁπλῶς· ὁπηοῦν δὲ καὶ ὁπωςτιοῦν καὶ ὁπητιοῦν Ἀττικοί. Cf. *Stallb. ad Plat. Apol. Socr. p.* 8. Nec quem adhibuit Rudolphus, *Plat. Symp. p.* 219. *D.* ὥςτε οὐδ' ὁπωςοῦν ὀργιζοίμην εἶχον, omnino huc facere videtur. Illic enim usurpatur *relative*, ut v. c. *Menon. p.* 86. *E.* qui usus dubius esse vix possit; *infinite* tantum poni negasse videtur Atticista; quamquam id quoque injuria. Cf. *Plat. Phileb. p.* 62. *B.* εἴπερ γε ἡμῖν ὁ βίος ἔσται καὶ ὁπωςοῦν ποτὲ βίος. *Alc. II. p.* 143. *C.* ἔστι γὰρ ὅτιοῦν πρᾶγμα ὅτῳδὴ ὁπωςοῦν ἔχοντι ἄμεινον ἀγνοεῖν; *Luc. Pseudol.* 26. ἀγαπητὸν δὲ ὁπωςοῦν κλεινὸν καὶ ὀνομαστὸν εἶναι. V. *Reusmann. ad Devar. de part. p.* 258. — In sequ. ἡ δὲ — ἡ ἱστορία, non inesse geminationem articuli, quod censet Rudolphus, sed priorem pronominis vice fungi, Substantivum

cum Articulo veluti appositione quadam adjici, nemo quisquam hodie ignorat. *Pseudom.* 35. ὁ δὲ οὐδὲν μελλήσας ὁ συνετώτατος Ῥουτιλλιανὸς εὐθὺς ἔπεμπεν ἐπὶ τὴν κόρην. *Max. Tyr. Diss. XXIX.* οἱ δ' εἰσὶν οὐδὲν ἀλλοιότεροι τῶν προτέρων οἱ ἔπειτα. — Mox ad id quod est ἀκαριαῖον, jam Rud. adhibuit Hesychii glossam: ἀκαριαῖον τὸ πρόσφατον ἢ ἄναρχον, ἢ ἀκέφαλον, τὸ βραχὺ, τὸ ὀλίγον, Suidaeque: τὸ μὴ δυνάμενον καρῆναι, ἢ τὸ οἷον ἀκέφαλον διὰ σμικρότητα ἢ ἀδιάστατον κατὰ μέγεθος καὶ οὐδ' ἀρχὴν ἔχον. Ὅτι καρία ἡ κεφαλὴ κατὰ γλῶσσάν τινα. Jam ex ipsa terminatione apparet magnitudinis modum indicari, a quantitatis nomine quodam derivatum. *Lob. ad Phryn.* p. 542 *sqq.* Hoc autem est ἀκαρὶ, tineae species minima. Nam, ut ait *Aristot. H. A. V.* 32, ἐν κηρῷ γίνεται παλαιουμένῳ, ὥςπερ ἐν ξύλῳ ζῶον, ὃ δὴ δοκεῖ ἐλάχιστον εἶναι τῶν ζώων πάντων καὶ καλεῖται ἀκαρὶ, λευκὸν καὶ μικρόν. Affinia sunt illa: ἀκαρὴς, ἀκαρῆ, ἐν ἀκαρεῖ, de quibus ne multus sim, laudasse sufficiat *Spanh. ad Aristoph. Plut.* 244. *Piers. ad Moer.* p. 43. *Wytt. ad Plut.* p. 554. *Bekker. Anecd. Gr.* p. 363. 23. Nostrum haud scio an primo occurrit ap. *Demosth. adv. Dionys.* p. 1292. 2. ἐκεῖσε μέν γε ἀκαριαῖος ὁ πλοῦς. Deinde invenies ap. *Marc. Anton.*, quem omnino nimium esse in deminutivis formis constat, *II.* 14. *III.* 10. et quem l. laudat Rud, *V.* 24. *Dionys. Hal. Arch. Rom. VIII.* 70. *Diod. Sic. I.* 2. *Luc. Herm.* 6. 62 etc. eodem semper signif., ut sit minimum, quod cogitatione effingi possit. *Zonar. Lex.* p. 98 leg. est: Ἀκαριαῖος, βραχύτατος. Ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπινος βίος καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξετάθημεν. — De ἀρτηρίᾳ τῇ τραχείᾳ laudare occupavit Solanus locum primarium *Plut. Quaestt. Symposs. VII. qu.* 1. quem vel respexerunt, vel expresserunt *Gell. N. A. XVII.* 11. et *Macr. Saturn. VII.* 15. Adde *Cic. N. D. II.* 54: « Sed quum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat — — tegitur quodam quasi operculo, quod ob eam causam datum est, ne si quid in eam

cibi forte incidisset, spiritus impediretur.» *Plin. H. N. XI.* 66. «Interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando (epiglossis), ne, spiritu et voce illac meante, si potus cibusve in alienum deerravit tramitem, torqueat,» et quos laudat *Dav. ad Cic. l. l.* — Denique ἰατρῶν παῖδες dictum est nota periphrasi, quae, quum apud priscos auctores ad gentes tantum pertineat; quo de genere vid. *Fisch. ad Well. III. a. p.* 281; citeriori aevo ad artium quoque et disciplinarum professiones transfertur. Egregie *Boettiger*, *Ideen zur Archaeologie der Mahlerey, p.* 136: *Alle diese Periphrasen*, inquit, *mit* παῖς — *drücken stets eine Schule u. s. w. aus, worin diese Lehre, diese Kunst fortgesetzt wurde.* Cf. *Schaef. ad Dionys. de Compos. p.* 313. *Jac. quaestt. Lucc. p.* 13 et *Rudolph. Ind. Graec. s. v.* Adde *Ael. V. H. IV.* 28. Λέγουσι δὲ Δηλίων παῖδες. *Achill. Tat. I.* 17. περὶ δὲ τῶν φυτῶν λέγουσι παῖδες σόφων. *Diog. Laert VI.* 8. ἐχθρῶν παῖδες τρυφήσειαν. *Max. Tyr. diss. XXXIV.* εὖγε ὦ ποιηταὶ καὶ ποιητῶν παῖδες.

Cap. VIII.

Ἔτι — τὸ κάλλος αὐτοῦ.] Porro, inquit, ignorare videntur ejusmodi homines, poëtices carminumque aliam professionem et proprias quasdam regulas, aliam historiae esse. Quippe illic incontinens sui est licentia et sola lex, quidquid poëtae placuerit. Est enim divino spiritu afflatus et Musarum numine plenus; nec si equos alatos currui jungere velit aliosque, per aquas summasve aristas qui discurrant, constituat, invidia ulla; nec quando illorum Juppiter una catena ipso cum mari sublatam terram suspensam tenet, metuunt, ne abrupta illa, delapsa confringantur universa; neque vero si Agamemnona laudare volunt,

quisquam intercessurus est, ne Jovi similis ille sit oculosque caputque; pectus Neptuno illius fratri; cincturam Marti; quid multa? ex omnibus Diis compositum existere oportet eum, quem Atreo et Aërope natum esse scimus. Scilicet non suffecit unus, vel Juppiter, vel Neptunus, vel Mars, qui singuli illius formam absolverent. — Pro eo quod est *ἀκρατὴς*, Sol. conj. *ἄκρατος ἐλευθερία* i. e. *mera* sive *intemperata licentia*; in testimonium adhibito *Plat. Republ. VIII. p.* 562. *E.* *ὅταν πόλις ἐλευθερίας διψήσασα ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ.* At verissime *Lobeck. ad Phryn. p.* 524: „*intemperiae*, inquit, et *intemperantiae* notiones tam sibi similes et propinquae sunt, ut inter *ἀκρασία* (ab *ἄκρατος*) *ἀκρατία* et *ἀκράτεια* (ab eo quod est *ἀκρατὴς*, cf. *Wytt. ad Plut. p.* 209) haud secus quam in tenebris erremus, ne de Adjectivis quidem satis securi.» Sic v. c. *Aesch. Prom.* 678. *ἄκρατος ὀργὴν* a Schol. explicatur *μὴ κρατούμενος, ἀκαταπόνητος, ἀκράτητος*, quum sit *intemperatus, μὴ κραθεὶς* Nec causam quidem mutandi video in Nostro. Nam ut Reitzio Rudolphoque accedendum non est, qui passive dici *ἀκρατὲς* arbitrantur, *quod cohiberi nequit*, ita nil obstat, quo minus reflexive dici accipias: licentia *incontinens sui, modi nescia*, denique *nulla se lege adstringi passa;* nam, ut ait Horatius:

Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas;

et ipse Noster *pro Imm.* 18. *παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος ἀνυπευθύνους εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. Demosth. Encom.* 10. *τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον· σοὶ δ' ἴσως εὐλάβεια κ. τ. λ. Philops.* 4. *Ἀλλ' οἱ μὲν ποιηταὶ καὶ αἱ πόλεις δὲ συγγνώμης τυγχάνοιεν ἂν, οἱ μὲν τὸ ἐκ τοῦ μύθου τερπνὸν, ἐπαγωγότατον ὂν, ἐγκαταμιγνύντες τῇ γραφῇ, οὗπερ μάλιστα δέονται πρὸς τοὺς ἀκροατάς. Diss. cum Hesiod.* 5 etc. — Mox ad *ἔνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ἐκ Μουσῶν* suppl. esse

ἔστι, vix est quod moneam. Solemnia haec de quocunque divini furoris genere. *Per. ad Ael. XII.* 64. Jungit utrumque etiam *Adv. Ind.* 15: ᾤετο ἔνθεος ἔσεσθαι καὶ κάτοχος ἐκ τοῦ πυξίου, ἀλλ' ὅμως ἐν αὐτῷ τούτῳ πολὺ γελοιότερα ἔγραφεν, οἷον ἐκεῖνο τὸ· Δωρὶς τέθνηκεν *), ἡ Διονυσίου γυνή. *Sacrif.* 5. καὶ ταῦτα παρακαλέσαντες τὰς Μούσας συνῳδούς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν, ὑφ' ὧν δὴ ἔνθεοι γενόμενοι, ὡς τὸ εἰκὸς, ᾄδουσι κ. τ. λ. *Plat. Phaedr. p.* 245. *A.* τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία — — ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς, ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. In qua sententia Democritus quoque fuisse fertur. Quamquam si quis haec ipsa vel a Luciano vel adeo a Platone sine sale quodam et occulta calliditate dici existimat, fallitur. Cf. omnino *Morgenstern. de Plat. Republ. p.* 296 *sqq. Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 281. *Nitzsch. Prolegg. ad Plat. Jon. p.* 13 *sqq. Groen van Prinsterer Prosopographia Platon. p.* 41. *Van Heusde Initia Philos. Platon. p.* 124 *sq. Jacobs. ad Philostr. p.* 684. — Ἵππους ὑποπτέρους invenies etiam in Platonico loco illo decantato *Phaedr. p.* 246. *A.* ἐοικέτω δὴ (ἡ ψυχὴ) ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου. *Critia p.* 116. *D.* τὸν μὲν θεὸν ἐφ' ἅρματος ἑστῶτα ἓξ ὑποπτέρων ἵππων ἡνίοχον. Nostrum *Somn.* 15. jam Rud. adhibuit. Apud Homerum nequidquam quaesiveris, nisi scilicet cum *Astio de Plat. V. et Scr. p.* 103 ἵππω ὠκυπέτα *Homeri Iliad.* Θ. 42. *N.* 27 Platonis animo obversatos esse existimes. At conf. *J. H. Vossii Epistt. Mytholl. Tom. II. p.* 58 *sqq.;* eundem *Tom. I. p.* 147 de equis per mare decurrentibus, de quibus mox noster: κἂν ἐφ'

---

*) Sic legendum est. Vulg. τὸ Δωρικὸν· ἧκεν κ. τ. λ. Statim sequitur: καὶ πάλιν· οἴμοι γυναῖκα χρησίμην (i. e. χρηστήν. *Wolf. ad Lept.* 222.) ἀπώλεσα. De Doride monuit jam Solanus, quem videas. Adde *Diod. Sic. XIV.* 44.

ὕδατος ἄλλους κ. τ. λ. Hi enim, ut cetera, Homeri sunt. Spectat locum de Erichthonii equis, *Iliad.* Υ. 226:

Αἳ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.
Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον οὐδὲ κατέκλων·
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

Quem l. qui vel respexerunt vel adeo expresserunt, poëtarum sat magnum numerum, laudant, quos Gesn. adeundos esse monuit, *Eschenbach. ad Orph. Arg.* 140 inque primis *Lacerda ad Virg. Aen. VII.* 808, ubi de Camilla:

Illa vel intactae segetis per summa volaret,
Gramina nec teneras cursu laesisset aristas;
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter celeris nec tingueret aequore plantas.

Sunt autem illi praeter Fragm. *Hesiodi* ap. *Eustath.*, de quo jam Graevius monuit, *Ovid. Metam. X.* 654. *Claudian. de III. Cons. Hon.* 198. *Apollon. Rhod.* I. 182. *Q. Smyrn. VIII.* 156. *Oppian. Cyneg. I.* 231. *Nonn. Dionys XXVIII.* 286. *Orph. ap. Tzetz. Chiliad. II* 610. *Dio Chrys. Or. XXXIII. p.* 400. *C.* Alia vide ap. *Jacobs. ad Philostr. p.* 312. — Eundem locum respexit Noster *pro Imagg.* 20, et sic quidem, ut collaudet potius Homerum, sicuti omnino in illo libello pro consilii cum nostro discrepantia in contrariam disputare consuevit sententiam: ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι ἢ προςθείη τῶν μηδὲ ὅλως προςόντων, τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ῇ, παραλαβὼν ἐπηύξησε καὶ μείζω ἀπέφηνε καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν ἵππον ἐπαινέσαι θέλων φύσει κοῦφον ὧν ἴσμεν ζῶον καὶ δρομικὸν, ὅτι ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων κ. τ. λ. In illis quoque *Ver. Hist. II.* 4. ἐθαυμάζομεν οὖν ἰδόντες οὐ βαπτιζομένους, ἀλλ' ὑπερέχοντας τῶν κυμάτων, *Fritzschius l. l. p.* 170 loci Homerici imitationem deprehendisse sibi videtur. — Uno vocabulo ἐπικυματίζειν appellavit *Philostr. Heroic. p.*

677. — Οὐδεὶς φθόνος, i. e. nemo est qui hanc licentiam illis invideat; omnino i. q. οὐδὲν κωλύει, nil obstat, nil causae est, quin ingeniis suis indulgeant. Sic *Deor. Dial. XVIII.* 1. εἰ δὲ παιδιὰ καὶ τρυφὴ πρόςεστιν αὐτοῖς, οὐδεὶς φθόνος. *Pseudol.* 30. φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἐξ ἅπαντος ἀπαμύνασθαι τὴν ἀπορίαν. *Rhet. Praec.* 1 etc. Cf. *Vig. p.* 154. *Baehr. ad. Plut. V. Artax. in Creuz. Melett. T. III. p.* 65. — Statim catena Homerica quid celebratius? *Iliad.* Θ. 18:

Εἰ δ' ἄγε πειρήσασθε θεοὶ ἵνα εἴδετε πάντες
Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι·
'Αλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε
Ζῆν' ὕπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.
'Αλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ·
Σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο
Δησαίμην, τὰ δέ κ' αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο.
Τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν, περί τ' εἴμ' ἀνθρώπων.

Nec tantum hoc loco Lucianus ridet patrem Deorum hominumque putide jactabundum. Cf. *Jove Confut.* 4. *Jove Trag.* 44. *Deor. Dial. XXI.* 1. *Charid.* 8. Cui rei multum ridiculi ita quoque accesserit, si memineris, jam inde ab antiquissimo aevo illo ipso in loco absconditum nescio quem doctrinae physicae fontem contineri philosophos quosdam arbitratos esse, quos quidem perstrinxit jam *Plato Theaet. p.* 153. *C. D.* ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω προςβιβάζων τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει κ. τ. λ. quo facto tamen ipse invitus auctor extitisse videtur perversitatis illius, cui occurrere voluit, ad extremos usque Platonicos propagandae. Cf. omnino *Luc.* (qui fertur) *de Astrol.* 22. *Themist. Orat. II. p.* 32. *D. Stob. Ecl. Phys. XXII.* 4; *Tom. I. p.* 444 *Heer. Aristid. Or. in Jov. T. I. p.* 5. *Jebb. Anonym. de Incredib. in Gal. Opusc. Mythol. etc. p.* 93. *Eustath. ad l. l. p.* 695. 9. et quos laudat *Creuz. ad Procli Instit. Theol. XCVII, p.* 142. — Quod autem dicit: ὁ Ζεὺς αὐτῶν, simile est illi loco *Dial. Mort. XVI.* 3.

πρὸς τοῦ σοῦ Ἡρακλέους, i. e. *per illum, quem tu narras, Herculem*, quod ideo potissimum monui, quia is locus a Lehmanno male intellectus est. — Tertius quem respicit Noster, Homeri locus de Agamemnone est *Iliad. B.* 477.

Μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων,
Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Eundem carpit *pro Imm.* 25. Ἐπὶ μέντοι τοῦ Ἀγαμέμνονος ὅρα ὅσην αὐτὸς φείδω ἐποιήσατο τῶν θεῶν καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας εἰς τὸ ξύμμετρον — διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον κατὰ μέλη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας. Quid quod ne *Plutarchus* quidem hac de re probat Homerum? Cf. *De Virt. Alex. Orat. II.* 12. οὐ πρεπόντως οὐδὲ πιθανῶς τὸ Ἀγαμέμνονος κάλλος ἐκ τριῶν συνήρμοσεν εἰκόνων. *Eustath. ad l. l. p.* 258, 17. Σημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοὶ, ὡς ἐκ τριῶν δαιμόνων τὸ διαπρεπὲς ἐκλεξάμενος προςήρμοσε τῷ βασιλεῖ· Διὸς μὲν τὸ ἡγεμονικὸν — — Ἄρεος δὲ τὸ τῆς παντευχίας κόσμιον κ. τ. λ. Sic *Paus.* quoque *IX.* 17. 2. h. l. accepit ζώνην, i. q. τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν, quem reprehendere Solanus non debebat. V. et *Creuz. Melett. T. I. p.* 36. — In sequ. id quod est δεῖ Rud. delendum censuit, *Creuzerus*, in *Diss. de Xenophonte Historico p.* 126, leg. esse conj. δή. In idem quindecim annis post incidit *Jacobs. in Append. ad Pors. Advers. p.* 293. Quod Lehmannus ita tantum probare se posse ait, si collocatum esset post Ἀτρέως. Et is quidem pessime. Hoc enim significaret, Agamemnonem Atrei et Aëropes filium esse simulari. *Thuc. VI.* 54. ὡς οὐ διὰ τοῦτο δή. 80. τοὺς Ἀθηναίους, φίλους δὴ ὄντας. *Plat. Apol. Socr. p.* 27. *A.* Ἆρα γνώσεται Σωκράτης ὁ σοφὸς δὴ ἐμοῦ χαριεντιζομένου; *Epist. VII. p.* 324. *D.* ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν. *Luc. Deor. Dial. V,* 2. οἰνοχοοῦν δὴ τῷ λόγῳ. *Adv. Ind.* 6. τὰ ξύλα, οἱ πόδες δή. Idem

est δῆθεν. *Thuc. I.* 92. 127. *III.* 68. *IV.* 46. *Luc. Tox.* 50. *Hermot.* 33. *Prom. in Verb.* 1. *Herod.* 5. *Alex.* 5. 39. *Icarom.* 6. *Gall.* 26. *Achill. Tat. II.* 7. *VII.* 1 et ubi non? Cf. *Baehr. ad Plut. V. Pyrrh. p.* 203. An fuerit *quippe*, ut v. c. *Her. V.* 82. ἱροτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι? At tum sine ironia usurpatur. Contra post id quod est γενέσθαι, probam fundat sententiam: *et omnino compositum fuisse ex omnibus Diis simulari scilicet ab Homero eum, quem Atreo et Aërope natum esse constet.* Quod tamen nescio quid languidi habere mihi videtur, utpote justo remotius a vocabulo regente; immo suum sibi verbum dedisse huic sententiae Lucianum crediderim, ut cum propria quadam vi et vehementia desineret. — De Aërope Cressa, Agamemnonis matre, Nostrum *de Salt.* 43. adhibuit Solanus. Adde *Achill. Tat. I.* 8. et quos laudant *Valck. Diatr. p.* 182. *Herm. ad Soph. Ajac.* 1275. *Lang. Vind. Trag. Rom. p.* 47. — Mox quod ante id quod est Ἄρης, plur. Codd. auct. secutus, non addidi cum Bipp. et Schmiedero Articulum, defendat me *Krüger. ad Dionys. p.* 140.

Ἡ ἱστορία δὲ — ἐκείνῳ.] In poëtis igitur ait talia offendere neminem; historia autem, inquit, si quam ejusmodi adulationem adsciverit, quid aliud, quam pedestre, ut ita dicam, carmen erit; magnifico quidem illo dicendi genere orba, sed reliquas praestigias metris nudatas ideoque insigniores prae se ferens? Magnum igitur, immo potius plus quam magnum vitium est, si quis historiae poëticesque finium ignarus historiae adhibeat malas alterius illius artes, fabulas et laudationes, et quae in his exaggerationes cernuntur; veluti si quis athletam aliquem ex validorum robustorumque illo numero purpurea veste reliquoque cultu meretricio induat faciemque ejus fuco et cerussa illinat, dici non potest quam eum

ridiculum effecerit; cui ea ipsa, quibus ornare eum instituisset, turpitudinem potius attulisse viderentur. — Τὰ πεζὰ opponi τοῖς μέτροις, quis nesciat? *Lexiph.* 25. ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν. *Max. Tyr. Diss. XXXVI.* διηγήσωμαι ὡς πεζῷ τῷ λόγῳ· οὐ γάρ εἰμι ποιητικός. Latini *prosam* orationem appellant; *pedestrem* dicere ad Graecorum exemplum vix audere videtur *Quinctil. X.* 1. Traxerunt autem signif. illum a similitudine quadam, qua numeri comparantur vehiculo, pervulgata illa quidem et in communem sermonis usum recepta. Qua de re quae attulerunt *Hemst. ad Prom. in Verb.* 6. et *Wytt. ad Plut. p.* 184, iis adde Nostri *Bis Acc.* 33. οὔτε πεζός εἰμι οὔτε ἐπὶ μέτρων βέβηκα. *Pro Imm.* 18. εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥςπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο. *Strab. I.* 2. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πεζὸν λεχθῆναι τὸν ἄνευ τοῦ μέτρου λόγον ἐμφαίνει τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος. Hinc *Plat. Jon. p.* 534. *A.* ἐπειδὰν ἐμβῶσιν εἰς τὴν ἁρμονίαν καὶ εἰς τὸν ῥυθμόν. Contra *Luc. Necyom.* 1. λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. Nostro autem in loco in aliam Lucianus similitudinem transit, scilicet ut oratio quasi vestimentis utatur metris, quibus detractis, si quae infirma sint, fiat ut nuda appareant et conspicue ante oculos proponantur. Hoc enim est ἐκφαίνειν, *exserere*, *nudum ostendere* quidcunque, ut in illo *Homeri* loco *Odyss.* Σ. 73.

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει!

Ver. Hist. I. 30. τοὺς ὀδόντας ἐκφαῖνον, quod *Necyom.* 15 appellat γυμνοὺς τοὺς ὀδόντας προφαίνειν. Omnium autem maxime appositus est ad nostrum *Platonis* locus *de Republ. X. p.* 601. *A.* ἐπεὶ γυμνωθέντα γε τῶν τῆς μουσικῆς χρωμάτων τὰ τῶν ποιητῶν αὐτὰ ἐφ' αὑτῶν λεγόμενα οἶμαί σε εἰδέναι οἷα φαίνεται. Adde ejusd. *Gorg. p.* 502. *C.* εἴ τις περιέλοιτο τῆς ποιήσεως πάσης τό τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν καὶ τὸ μέτρον, ἄλλο τι ἢ λόγοι γίγνονται

τὸ λειπόμενον; et *Max. Tyr. Diss. XXIX. ἡ ψυχὴ πρότερον μὲν — ἐδεῖτο φιλοσοφίας μουσικῆς τινός. — προϊοῦσα δὲ — ἐξεκάλυψέ τε καὶ ἀπέδυσε φιλοσοφίαν τοῦ αὐτῆς κόσμου καὶ ἐχρήσατο γυμνοῖς τοῖς λόγοις.* Λόγος autem et λόγοι ipsi sign. orationem prosam. V. *Schaef. ad Dionys. p.* 212. — Μεγαλοφωνίαν poëtis tribuit etiam *Jove Trag.* 4, *Icaromen.* 23, non sine acerbitate quadam notans inane illud tumidumque dicendi genus fastumque sive *ὄγκον* rei poëticae proprium, de quo bene annotavit *Wytt. ad Plut. p.* 185. Et hac quidem, ait, carere historiam; eam autem differentiam externo tantum habitu contineri; re ipsa nil differre, nisi veritati soli studeat, missis iis, quaecunque delectando tantum auditori inserviant. Eam vero appellat *τεράτειαν*, *praestigias*, quibus veluti circulatoria quadam magicave arte animus auditoris deliniatur atque demulceatur. *Polyb. II.* 56. 10. *Δεῖ τοίνυν οὐκ ἐκπλήττειν τὸν συγγραφέα τερατευόμενον διὰ τῆς ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὥσπερ οἱ τραγῳδιογράφοι.* Omnino sign. ea, quae quis putida cum affectatione eo consilio fingit jactatque et omnino prae se fert, ut hominum in se oculos convertat eorumque sibi vel studia vel admirationem conciliet. Cf. *Aristoph. Ran.* 859. Alterum ejusdem locum *Nub.* 317 jam Rud. adhibuit, item Nostri *Ver. Hist. I.* 3. Adde *Pro Imm.* 9. *Deor. Dial. XVI.* 1. *Diog. Laërt. VI.* 102. *Achill. Tat. III.* 18. *Alciphr. III.* 55 *etc.* — Mox pro eo quod est *δι' αὐτὸ*, *Jacobs. l. l.* leg. esse conj. *δι' αὐτὸ τοῦτο*. Male. Dictum est pro *διὰ τοῦτο* Thucydideo more, ut multa apud Nostrum. Cf. *Thuc. I.* 18. 32. *IV.* 55. *VI.* 17. *Luc. Jove Trag.* 25. *De Domo* 21. *Merc. Cond* 23. *Reisig. Conject. p.* 98. Paullo aliud est in *Philops.* 15. *Ἐκεῖνα μὲν γάρ, ἣν ψόφον ἀκούσῃ χάλκου ἢ σιδήρου, πέφευγε — αὐτὴ δὲ ἂν ἀργύριόν που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον*, quo in l. non erat quod Fritzschius fortasse praestare arbitraretur *αὕτη*. Vernacule etiam dicere liceat: *sie aber.* etc. Sic *Achill. Tat. VIII.* 1. *Σὺ μὲν οὖν, ἔφην, τρίδουλος*

καὶ ἐπιμανὴς καὶ μάχλος· αὐτὴ δὲ καὶ ἐλευθέρα καὶ παρθένος. Et Nostri *Asin.* 26. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ τὸ καταγώγιον τῶν λῃστῶν μηνύσας. *Bis Acc.* 17. ὡς αὐτή φησιν. *Dial. Mort. XXIX.* 1. αὐτὸς γάρ μοι τῆς μανίας αἴτιος κατέστη. *Thucyd. III.* 61. εἰ καὶ αὐτοὶ βραχέως τὸ ἐρωτηθὲν ἀπεκρίναντο. Cf. quos laudat Jacobs. *ad Philostr. p.* 201. 531. Μᾶλλον δὲ, quod semel monuisse sufficiat, est formula omnium maxime frequentata, quae ex apparatu rhetorico mox etiam in scriptorum commentarios transiit, praeparandae amplificationi cuidam destinata, quam dum lenire et excusare videtur auctor, etiam violentiorem amplioremque reddit: voluisse se quidem eo vocabulo uti, quod vulgaris sermonis consuetudo tali de re suppeditet, sed id non sufficere ad magnitudinem rei exprimendam, altius sibi aliquid repetendum fuisse. Sic *Demosth. adv. Mid.* 33. πῶς οὐ δεκάκις, μᾶλλον δὲ μυριάκις, ἔστ' ἀπολωλέναι δίκαιος; *Plutarch. Prof. virt. sent. p.* 82. *B.* ὀλίγον αὐτῷ προκοπῆς μέτεστι, μᾶλλον δ' οὐδέν. *Cons. ad Apoll. p.* 111. *B.* στιγμή τίς ἐστιν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριον βραχύτατον στιγμῆς, quem ad l. vide quae annotavi in *Spec. Plut. p.* 15. *Luc. Phal. I.* 3. τῶν πολλῶν κλεπτόντων, μᾶλλον δὲ ἁρπαζόντων τὰ κοινά. *Alex.* 21. κέρατος, μᾶλλον δὲ σιδήρου παγιώτερον etc. Cf. *Stallb. ad Plat. Phileb. p.* 58. — In sequ. noli Codd. multitudine induci te sinere, ut pro vulg. ἑτέρας substituas ἑταίρας. Quaecunque enim tantummodo e mala recentioris aevi pronuntiatione orta est lectionis varietas, ea auctoritatem habere vix potest, utpote quam omnium minime constet librarium in codice suo sic legisse. Quid quod haec ipsa, quae h. l. obtinuit, creberrima est? V. *Krüger ad Dionys. p.* 385. Potest tamen h. l. ignosci librarii errori, quia revera τὰ κομμώματα inprimis ad cultum meretricium pertinere videntur. De quibus luculentum est testimonium *Galeni* ap. *Solan. ad Merc. Cond.* 32: λευκότερον τὸ χρῶμα τοῦ προςώπου ποιεῖν ἐκ φαρμάκων ἢ ἐρυθρότερον ἢ τὰς τρίχας κεφαλῆς οὔλας ἢ πυῤῥὰς ἢ μελαίνας· ἢ καθάπερ αἱ

γυναῖκες ἐπὶ μήκιστον αὐξανομένας. Ταῦτα *καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς κομμωτικῆς κακίας ἐστὶν, οὐ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἔργα.* Adde *Ast. ad Plat. Remp. p.* 422 et *Heind. ad Gorg. p.* 55, qui laudat insignem locum *Quinctil. Institt. II.* 15. 25. *mangonum artificium, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiuntur.* Et poeticae quidem *κομμώματα* tralatitio significatu dicit ea, quibus illa auditores vel omnes vel unum delectare sibique conciliare studet, fabulas laudationesque nimias; quae cum illi optime conveniant, historiae non item; prouti vera illa *κομμώματα, φύκιον καὶ ψιμύθιον*, meretrici quidem omnino sunt consentanea, ingenuam autem mulierem dedecorant, nedum, qui aeque maximo ab ista atque a poësi historia distet intervallo, athletam quendam, plane, ut lepide reddit Gesn., *ilicis instar durum.* « *Πρίνινοι*, inquit Graevius, sunt ex robore quasi concreti, quos Belgae vocant *boomstercke Mannen.* » Acceptos refert *Luc. Aristophani, Ach.* 180 et *Vesp.* 909. Quod autem dicit *ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν* pro eo quod esset *ἀθλητήν τινα καρτερὸν*, nota est Gen. constr. Cf. *Plat. Hipp. min. p.* 368. *C. οἷαι αἱ Περσικαὶ τῶν πολυτελῶν. Aristoph. Eccl.* 427. *τιθύμαλλον ἐμβαλόντα τοῦ Λακωνικοῦ. Luc. Jove Trag.* 16. *νεφέλην τῶν παχειῶν περιβεβλημένος. Icaromen.* 3. *γῦπα τῶν καρτερῶν.* V. *Hemst. ad Dial. Mort. X.* 9. — Statim bene factum, quod Reitzius scr. *ἁλουργίσι* pro vulg. *ἁλουργέσι*, quod nisi addito *ἐσθῆσι* tolerari nequit. Cf. *Boisson. ad Philostr. p.* 382. Nam quem l. Rud. laudat, *Ael. V. H. XII.* 32. *Ἐμπεδοκλῆς ἁλουργεῖ ἐχρήσατο*, ibi proxime antecessit *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο.* Sunt autem *ἁλουργίδες* i. q. *πορφυρίδες* sive *πορφυραῖ ἐσθῆτες*, nisi quod illud, nescio quo jure, a Moeride et Thoma Mag. *ἀττικώτερον* esse perhibetur. Quae quum primum ad muliebrem tantum inprimis delicatiorem, et meretricium cultum pertinerent — cf. v. c. *Luc. Imm.* 11. *λέγω δὲ οὐκ ἐσθῆτι ἁλουργεῖ καὶ ὅρμοις, ἀλλ' οἷς προεῖπον ἐκείνοις, ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ κ. τ. λ. Dial. Meretr. VI. πλου-*

τήσεις καὶ ἐσθῆτας ἕξεις ἁλουργεῖς. *De Domo* 7. αἱ δέ γε ἑταῖραι καὶ μάλιστα αἱ ἀμορφότεραι αὐτῶν καὶ τὴν ἐσθῆτα ὅλην πορφυρᾶν καὶ τὴν δειρὴν χρυσῆν πεποίηνται — tum hominibus quoque elegantiori habitu insignibus interdum tribuuntur. Inprimis mos fuisse videtur, ut in commissationibus viri muliebri se veste atque ornatu induerent. Cf. omnino *Cic. Verr. V.* 13: « Quum iste cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in conviviis muliebribus. *Diog. Laërt. II.* 78. ποτὲ παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προςέσθαι κ. τ. λ. *Luc. Cal. non tem. cred.* 16. ὃς διέβαλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὡς ὕδωρ τε πίνει καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. *Hermot.* 86. τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιέσομαι, ὡς εἴδειεν πάντες, ὡς οὐκέτι μοι πρόςεστι τῶν λήρων ἐκείνων. *Nav.* 22. ἐσθὴς ἐπὶ τούτοις ἁλουργὶς καὶ ὁ βίος οἷος ἁβρότατος. *Bis Acc.* 17. 23. οὔμενουν ἀλλ' ἐμὲ τὴν Τρυφήν· ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ (Ἀρίστιππος), ὡς ἔστιν ὁρᾷν ἀπὸ τῶν στεφάνων καὶ τῆς πορφυρίδος καὶ τῶν μύρων. *Max. Tyr. Diss. XXXVII.* Ἀρίστιππος ἐκεῖνος πορφυρίδα ἀμπισχόμενος καὶ μύροις χριόμενος. Inde *Philostr. Iconn. I.* 2. Ξυγχωρεῖ δὲ ὁ κῶμος καὶ γυναικὶ ἀνδρίζεσθαι καὶ ἀνδρὶ θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν καὶ θῆλυ βαίνειν, quod tamen non semper promiscuae libidinis gratia institutum esse credam *Welckero ad h. l. p.* 211. — Aliud est πορφύρα, de qua vid. ad Cap. XV; quapropter in *Bekk. Anecdd. p.* 379. 22, ubi ἁλουργίς expl. πορφύρα, haud scio an leg. sit πορφυρᾶ vel πορφυρᾶ χλανὶς, ut est ap. *Suidam.* Et haec igitur vestis ad cultum meretricium pertinet et permulta alia, qualia sunt monilia, armillae, capilli calamistrati et ea ipsa, de quibus statim noster, fucus atque cerussa. Ad quae priusquam transgrediamur, verbo monendum est de constr. Articuli in sequ. τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ, ubi extrema per Appositionem quandam explicanda sunt. *Plat. Meno p.* 95. *D.* σοί τε καὶ τοῖς

ἄλλοις τοῖς πολιτικοῖς. *Rep. II. p.* 368. *B.* τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου τρόπου. *Theag. p.* 126. *A.* ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν τῇ πόλει ἐλλόγιμοι ἄνδρες. *Demodoc. p.* 384. *A.* οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἔφασαν οἱ παρόντες. *Epist. XIII. p.* 363. *D.* τοὺς ἄλλους προτρέπου τοὺς νεωτέρους. *Demosth. adv. Mid.* 4. καθὰ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀδικούντων γέγραπται. *Isocr. Panegyr.* 47. ἔπειτα καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετέχουσι τῆς εἰρήνης. *Luc. Dial. Mort. IX.* 3. ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἔχων. *Max. Tyr. Diss. I.* ἄλλοτε ἄλλα τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐπιπορευομένου. — Jam quod ait φυκίῳ καὶ ψιμυθίῳ ἐντρίβειν, id est *fuculo* et *cerussula* illinere, modo ne repugnet latini oris gravitati muliercularum Graecularum ὑποκορισμός. Φύκιον appellat etiam *Bis Accus.* 31, quem l. Rud. jam adhibuit, κοσμουμένην τε καὶ τὰς τρίχας εὐθετίζουσαν ἐς τὸ ἑταιρικὸν καὶ φύκιον ἐντριβομένην καὶ τὼ ὀφθάλμω ὑπογραφομένην κ. τ. λ. Pertinet autem utrumque ad *malam rem muliebrem*, quam dicit *Terent. Heaut. II.* 3. 48, ubi vid. *Bentl.* et conf. *Valcken. ad Theocr. p.* 307, quae meretricibus potissimum et cinaedis propria erat. *Adv. Ind.* 23. *Merc. Cond.* 33. *Pisc.* 12. *Alciphr. III.* 11 et *Fgm. IV.* ὅσον δὲ κατεπέπλαστο ψιμύθιον! καὶ ἡμᾶς τὰς ἑταίρας λοιδοροῦσιν, ὅτι καλλωπιζόμεθα. Conf. omnino quos laudat *Baehr. ad Plut. V. Alcib. p.* 263. 264. — Mox Ἡρακλεῖς ὡς quasi uno vocabulo dictum est Adverbii instar, ut v. c. *Demosth. Phil. III. p.* 119. 3. *Luc. Cal. non tem. cred.* 31, quo fit ut ἀπεργάσαντο cohaereat cum ὥσπερ ἂν nec opus sit addito ἂν cum Lehm. — Ad extrema conf. praeclarum locum *Quinctil. Institt. VIII. Praef.*: «Corpora sana et integri sanguinis et exercitatione firmata ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires; namque et colorata et adstricta et lacertis expressa sunt; sed eadem si quis vulsa et fucata muliebriter comat, foedissima sunt ipso formae labore.»

Cap. IX.

Καὶ — ἐπιδείξομεν.] Neque illud, inquit, dico, non etiam laudandum esse interdum in historia, sed apto illud tempore fieri oportet modumque illi rei adhiberi eum, ut ne ulterius progrediamur, quam illis, qui sequenti aevo haec lecturi sint, non injucundum fore arbitramur; atque omnino ad posteritatis judicia quasi ad regulam dirigi haec oportet, ut paulo post demonstrabimus. — Egregie *G. J. Vossius de arte hist. XVIII.* cum h. l. composuit *Agathiae* locum ex ejus prooemio: *καίτοι ἐγκωμίῳ μόνῳ προςήκειν οἱ ταῦτα δεινοί φασι, τὰ προςόντα ὁτῳοῦν ἀγαθὰ κατὰ τὸ μᾶλλον ἐξαίρειν, ἱστορία δὲ ἐπαινεῖν μὲν καὶ ἥδε τοὺς εὖ τι δράσαντας οὐ πάμπαν ἀναίνεται, οὐ μὴν τοῦτό γε σκοπὸν καὶ γνώρισμα ἔχειν ἐθέλει. Ἀλλ' εἴπου ἡ τῶν πράξεων ἀπεργασία ἔπαινον ἢ ψόγον ἐπάγει, οὐ βιάζεσθαι αὐτῇ θέμις οὐδὲ μεταποικίλλειν τὰ γεγενημένα.* — Κανονίζειν invenies etiam v. c. *Aristot. Eth. Nic. II.* 3. 8. *κανονίζομεν δὲ τὰς πράξεις οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον ἡδονῇ καὶ λύπῃ.* — *Τὰ ἔπειτα* non esse posteros, sed posterorum judicia, bene monuit Lehmannus; statim *ἅπερ* non ad *τὰ τοιαῦτα*, sed ad *κανονιστέον* totamque sententiam referri, vix est quod moneam; quo ipso tamen ne offendare censeasque vel *ὅπερ* vel *ὥςπερ* leg. esse, adeas *Schaef. ad Dionys. p.* 80 et *Stallb. ad Plat. Apol. Socr. p.* 19, ubi exstant exempla Pronom. Plur. pro Sing. positi.

Ὅσοι δὲ — ἡμαρτήκασι.] Quotquot autem in duas partes recte dividere se posse historiam arbitrantur, quarum altera jucunditatem, altera lectorum utilitatem spectet, ob eamque causam laudationem quoque inseri illi volunt, quippe jucundam lectoribusque gratam, viden', inquit, quam longe a vero aberraverint? — Ad-

scripsit his Rud. egregium *Josephi* locum e Prooemio *Archaeol. I* de diversis historicorum consiliis, quem, quum minus huc faciat, describere nolui. Satius erat adhibuisse Horatianum illud:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando pariterque monendo;

quod (εἴπερ) respexisse potius existimem Nostrum, quam Dionysium Halicarnassensem notare voluisse, quae opinio est *Krügeri ad Dionys. p. XV*, cujus omnino menti clarius saepe Lucianus quam Dionysius obversatus esse videtur. Dionysius enim, etsi, quod facile concedo, in conscribenda historia nimium fortasse oblectationi studuerit, tamen contraria fere praecepta in ipsa operis fronte proposuit: *πρῶτον μὲν ὑποθέσεις αἱρεῖσθαι καλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ πολλὴν ὠφέλειαν τοῖς ἀναγνωσομένοις φέρουσας*. Quas non esse jucundas atque ostentationi idoneas, sed potius honestas et quae tum scriptorem tum lectorem deceant ingenuum atque eruditum, demonstrant sequentia: *οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἀδόξων πραγμάτων ἢ πονηρῶν ἢ μηδεμιᾶς σπουδῆς ἀξίων ἱστορικὰς καταβαλλόμενοι πραγματείας, εἴτε τοῦ προελθεῖν εἰς γνῶσιν ὀρεγόμενοι καὶ τυχεῖν ὁποιουδήποτε ὀνόματος, εἴτε περιουσίαν ἀποδείξασθαι τῆς περὶ λόγους δυνάμεως βουλόμενοι, οὔτε ζηλοῦνται οὔτ' ἐπαινοῦνται.* Nec pertinere huc potest *Epist. ad Cn. Pomp.* 3, *σχέδον ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις. Τοῦτο Ἡρόδοτος κρεῖττόν μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδου.* Neque enim omnino de argumenti delectu loquitur Lucianus, sed de rei ipsius tractatione; quem etsi in Thucydidis argumento dijudicando repugnaturum esse Dionysio existimem, in universum tamen illud dicturum non fuisse contendam, ejusmodi argumentum sibi sumere debere historicum, quod taedium fastidiumve afferre lectori possit, uti egregie *Diod. Sic. I.* 3. *ἐκρίναμεν ὑπόθεσιν ἱστορικὴν πραγματεύσασθαι τὴν πλεῖστα μὲν*

ὠφελῆσαι δυναμένην, ἐλάχιστα δὲ τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐνοχλήσουσαν. — Quid quod plus quam centum ante Dionysium annis duplicem hunc historiae finem ipsis verbis tribuit *Polybius I. 4?* — Neque opus erat excitare certum auctorem sententiae, quae latissime pateat. *Luc. de Salt.* 71. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τῶν μὲν τὸ τερπνὸν, τῶν δὲ τὸ χρήσιμον ὑπισχνουμένων, μόνη ἡ ὄρχησις ἄμφω ἔχει. *Plat. Legg. II. p.* 667. *B.* ὅσοις ξυμπαρέπεταί τις χάρις, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον αὐτοῦ τὸ σπουδαιότατον εἶναι, ἤ τινα ὀρθότητα, ἢ τὸ τρίτον ὠφέλειαν. Inprimis autem cf. *Diod. Sic. I.* 2. εἰς πλείω δὲ μέρη τούτου διῃρημένου, συμβαίνει τὴν μὲν ποιητικὴν τέρπειν μᾶλλον ἤπερ ὠφελεῖν, τὴν δὲ νομοθεσίαν κολάζειν, οὐ διδάσκειν, παραπλησίως δὲ καὶ τἄλλα μέρη, τὰ μὲν μηδὲν συμβάλλεσθαι πρὸς εὐδαιμονίαν, τὰ δὲ μεμιγμένην ἔχειν τῷ συμφέροντι τὴν βλάβην, ἔνια δὲ κατεψεῦσθαι τῆς ἀληθείας. μόνην δὲ τὴν ἱστορίαν, συμφωνούντων ἐν αὐτῇ τῶν λόγων τοῖς ἔργοις, ἅπαντα τἄλλα χρήσιμα τῇ γραφῇ περιειληφέναι. — Εἰςποιεῖν est alieno loco inserere, inculcare, intrudere. *Scyth.* 9. *Conc. Deor.* 4 etc. — Ἐντυγχάνειν sexcenties esse *legere*, quis nesciat? V. *Gataker. ad Antonin. l.* 7. *Heind. ad Plat. Lys. p.* 29. *Boeckh. in Ejusd. Min. p.* 17. — Nec raro invenies illud ὁρᾷς. *Aristoph. Plut.* 933. ὁρᾷς ἃ ποιεῖς; ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. *Plat. Meno p.* 83. *E.* ὁρᾷς τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις; quem expressit Noster *Tox.* 38. Adde *Herm.* 25. 29. *Imagg.* 3. *Alex* 5. *Philops.* 6 *Gall.* 19 etc. Alia vide ad C. XVIII.

Πρῶτον — Νικοστράτου ὤν.] Et primum quidem in eo errare illos ait, quod distributione utantur minime genuina. Unum enim historiae negotium esse, unum finem, utilitatem, quae e veritate sola percipiatur; jucunditas autem melius quidem fore si et ipsa accedat, ut athletae forma, sin minus, nil obstare quo minus ab Hercule numere-

tur Nicostratus Isidoti filius, vir generosus et adversariorum utrisque superior, etiam si ipse facie sit turpissima adspectu inque certamen cum ipso descendat Alcaeus pulcher ille Milesius, quem adeo amasium Nicostrati esse ferunt. Κίβδηλον dicit distributionem eam, quae partem contineat rei ipsius indoli contrariam. Omnino enim κίβδηλος signif. illud, quod alieni aliquid idque deterius dolo malo admixtum habeat, similitudine repetita a nummis, plumbo vel aliquo metallo adulteratis. V. *Spanh. ad Aristoph. Ran.* 733. *Zell. ad Aristot. Eth. Nic. p.* 388. Sic, quae exempla attulit Rudolphus, *Herodoto I.* 66. χρησμὸς κίβδηλος est anceps, i. e. qui praeter eam quam prae se fert, sententiam, alteram quoque contineat. *Plutarcho de Educ. Liber.* 2 genere ὑποχάλκῳ καὶ κιβδήλῳ orti dicuntur spurii, quorum generi ab altera parte aliquid peregrini accessit. Quocum loco Wytt. componere neglexit *Galeni Protrept. VII.* ἡ ἄρα εὐγένεια αὕτη, ἐφ' ᾗ σεμνύνονται, τοῖς κατὰ πόλιν νομίσμασιν ἔοικεν, ἃ παρὰ τοῖς θεμένοις ἰσχύονται, παρ' ἄλλοις ἐστὶ κίβδηλα. Alia v. ad C. X. et ap. *Ruhnk. ad Tim. p.* 158. — Reliqua expedita; unus difficillimus locus de Nicostrato Isidoti filio. Qui quum expressis verbis Athleta appelletur, mirari sane possis, Gesnero in mentem venisse Nicostratum Argivum, civitatis suae principem, de quo *Diod. Sic. XVI.* 44. *Plutarch. Apophth. Imp. p.* 192. *A. Amator.* 16. *Vit. Pud.* 16. *Athen. VI. p.* 252. *A.* Quid quod is fere quadringentis annis antiquior est Nostro, quem Luciano fere aequalem fuisse jam ex toto loci tenore cum Scholiaste colligere possis? At ut ipso Scholiaste accuratius dirimere hanc quaestionem possemus, effecit *Palmerii* diligentia, qui in *Exercc. p.* 556 praeclare vidit intelligendum esse Nicostratum Cilicem, quem quartum a Stratone Alexandrino pancratii et luctae palmam in certamine Olympico tulisse refert *Paus. V.* 21. 5, quam victoriam Olymp. CCIV collocat *Julius Africanus.* Eandem omnium *primus* retulisse

narrabatur *Hercules*, quum ludos Olympicos instauraret, teste *Pausania V.* 8. 1.

A quo *secundus* est *Caprus*, ut appellat *Paus. VI.* 15. 3. *Suid. s. v.* Κλειτόμαχος, *T. II. p.* 327. sive *Carus*, ut *Luc. Ver. Hist. II.* 22, *Juliusque Afr.*, *Eleus*, qui restituendus est etiam *Pausaniae V.* 21. 5 cuique idem *VI.* 15. 6 primo omnium hominum geminam illam victoriam contigisse narrat. Ol. CXLII.

Tertius est *Aristomenes Rhodius* Ol. CLVI, cf. *Cors. diss. agon. p.* 166.

Quartus Protophanes Magnesia ad *Lethaeum* fl. ortus. Cf. et *Paus. I.* 35. 4. Ol. CLXXII.

Quintus Straton Alexandrinus, *Corrhagi* filius. Cf. *Aelian. V. H. IV.* 15. *Paus. VII.* 23. 5. Ol. CLXXVIII.

Sextus Mario, Alexandrinus et ipse. Ol. CLXXXII.

Septimus Aristeas Stratonicensis. Ol. CXCVIII.

Octavus inde ab Hercule *Nicostratus* noster. Unde factum est, ut Palmerius leg. esse conjiceret η̄ ἀφ' Ἡρακλέους, i. e. ὄγδοον, quod tamen necessarium non esse bene intellexit Gesnerus, quum etiam *Ver. Hist. II.* 22 appelletur Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους. Singularis sane locutio, sed quae huic generi, omnino illi rarissimo, propria fuisse videri possit, ut signif. eum, qui post Herculem geminam luctae et pancratii palmam retulisset. Cui gloriae posteriori aevo multos studuisse videas etiam e *Philostr. Heroicc. p.* 679. — Quod si illic Lehmannus a Palmerio potius et Solano de Caro illo sive Capro doceri se passus esset, quam a Wielandio induci, ut fictum id nomen esse a Nostro scilicet ad crucem philologis parandam existimaret, nostro quoque loco non mehercle de nescio quo Herculeo robore somniasset. Quod autem aequalem esse Luciano hunc athletam postulat Lehmannus, etsi non in conspectu, tamen in memoria posteri quoque aevi viguisse Nicostratum apparet e *Quinctiliani* loco, jam a Solano adhibito, *II.* 8: « At si fuerit qui docebitur, ille quem adolescentes senem vidimus, Nicostratus, omnibus in eo docendi partibus similiter utetur, ef-

ficietque illum, qualis hic fuit, luctando pugnandoque, quorum utroque certamine iisdem diebus coronabatur, invictum.» Praesenti autem tempore ne offendare, cf. C. XXXV. καὶ Ἴκκος καὶ Ἡρόδικος καὶ εἴ τις ἄλλος γυμναστὴς οὐχ ὑπόσχοιντο ἄν σοι, de quorum aetate nisi constaret, et ipsos Luciani aevo vixisse credas. Rem conficiunt haec, τῶν ἀνταγωνιστῶν ἑκατέρων ἀλκιμώτερον, i. e. *in utroque certaminis genere, pancratio et luctatione, quorum in utroque complures adversarios fuisse consentaneum est, victorem.* — Alcaeus Milesius ὁ καλὸς γενόμενος obscurus. — Ad illa quae sunt αἴσχιστος ὀφθῆναι τὴν ὄψιν, adhibeas *Hemst. ad Iud. Voc.* 6. Ὄψις est *facies*, ut c. XIII.

Καὶ τοίνυν — φροντιεῖ.] Eodem fere, inquit, modo, historia quoque si non dedita opera jucunditatem corollarii instar secum attulerit, multos sibi amicos alliciet; quae tamen dum proprium sibi negotium, veri dico expositionem, omnibus numeris absolvat, formam haud sane multum curabit. — Καὶ significare *etiam*, fere eodem constr. genere quo in eo quod est καὶ γὰρ (*Fritzsch. l. l. p.* 143) vix est quod moneam. — Τοίνυν ut h. l. invenies *Plat. Apol. Socr. p.* 33. *E.* ἄλλοι τοίνυν οὗτοι, *en alii quoque. Xenoph. Oecon. X.* 1. καὶ ἄλλα τοίνυν, ἔφη, θέλω σοι — διηγήσασθαι. — Ἄλλως i. q. ἀνεπιτηδεύτως, de eo quod contingit nobis, dum illud non agimus, dum in aliud quid intenti sumus. *Luc. Hermot.* 49. εἰ δὲ καὶ εὕροιμεν ἄλλως κατά τινα ἀγαθὴν τυχην περιπεσόντες. *Plut. de disc. adul. ab am. p.* 54. *E.* Ἔνεστι μέν που τῷ μύρῳ τὸ εὐῶδες, ἔνεστι δ' ἐν τῷ ἀντιδότῳ, διαφέρει δὲ, ὅτι τοῦτο μὲν πρὸς ἡδονην καὶ πρὸς οὐδὲν ἕτερον γέγονεν, ἐκεῖνο δὲ τὸ καθαῖρον ἢ τὸ θερμαῖνον ἢ τὸ σαρκοῦν τῆς δυνάμεως ἄλλως εὐῶδές ἐστι. — Eandem τοῦ ἀνεπιτηδεύτου vim continet verbum παρεμπορεύεσθαι, similitudine ducta a mercatore, qui praeter eas merces, quibus quaerendis profectus est, aliud quid occasione

oblata nactus navi imposuit. Hinc est παρεμπόρευμα in *Dem. Enc.* 10, loco jam a Rud. adhibito, fere i. q. παρενθήκη ap. *Plut. Sept. Sap. Conv. p.* 151. *E:* πλέονος ἀξία τῆς ἐμπορίας ἡ παρενθήκη, ubi vide *Wytt. p.* 946. — Ad sententiam cf. *Quinctil. VIII. l. l.:* « Idque faciunt gratia decoris, quod est in dicendo mea quidem opinione pulcherrimum, sed quum sequitur, non quum affectatur. » — In sequ. Rud. verissime intellexit respici praeclarum locum *Plat. Phaedr. p.* 250. *D:* ἡ (ὄψει) φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰὸν, καὶ τἄλλα ὅσα ἐραστά. Quem expresserunt *Cic. de Off. I.* 5. *de Fin. II.* 16. *Seneca Epist. LXXXIX.* — Ἐπισπᾶσθαι verbum huic rei aptissimum. *Tox.* 13. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνῖτις ἐπισπάσασθαι ἐραστήν. *Gall.* 18. ἐπισπάσομαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ θαῦμα. — Mox τὸ ἴδιον non esse Adjectivum, sed Substantivi vice poni, quod eo, quod est ἐντελές, ut praedicato utatur, vix est quod moneam. Ἐντελές est, quod finem summumque fastigium in sese contineat, nos *in sich abgeschlossen*, i. e. omnibus numeris absolutum, in quo nil amplius desiderari potest. *Aristot. Politic. VIII.* 2. 2. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐλευθερίων ἐπιστημῶν μέχρι μέν τινος ἐνίων μετέχειν οὐκ ἀνελεύθερον· προσεδρεύειν δὲ λίαν πρὸς τὸ ἐντελὲς, ἔνοχον ταῖς εἰρημέναις βλαβαις. *Aristoph. Equ.* 1378. καταγομένοις τὸν μισθὸν ἀποδώσω 'ντελῆ. *Luc. Sacrif.* 4. *Charon.* 21. *Diss. c. Hes.* 5. — Postremo his: λέγω δὲ etc., fere similia sunt illa *Diss. c. H.* 1. θάτερον δὲ καὶ ὃ χρησιμώτερον ἦν τῷ βίῳ παραπολὺ καὶ θεῶν δωρεαῖς μᾶλλον ἐοικὸς, λέγω δὲ τὴν τῶν μελλόντων προαγόρευσιν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐξαπέφηνας.

Cap. X.

Ἔτι — ἀκούουσιν] Lucianus, ut nimias laudationes ab historia abesse debere ostenderet, duobus usus est

argumentis: altero, ut a tota illas historiae indole alienas esse demonstraret, nam qui delectationem auditorum spectet, eum veri non semper studiosum fore (C. VII), poetisque illa, quorum propria sint, relinquenda esse, quorum ars quam lato intervallo ab historia distet, apparere (C. VIII), altero ut ne eos quidem, qui jucunditatem ad historiae finem addant, ea re quidquam proficere comprobaret; quae distributio quum omnino maximae dubitationi obnoxia sit (C. IX) — quod tantum abest, ut, quod ait Rud., sine probatione dixerit Noster, ut non sit nisi brevis repetitio eorum, quae C. VII et VIII disputata erant — tum ne comprehendat quidem laudationes, quarum maxima pars minime jucundae esse soleant. Nam illud quoque, inquit, praeterea monuisse operae pretium fuerit, ne jucundam quidem esse in ea nimium fabularum studium inque primis laudes in utramque partem molestas esse solere audientibus. Quae verbis: *τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόςαντες εἰς ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσι*, maxime consentanea esset sententia, eam interpretando reddidi, quamquam in loco magnis sane difficultatibus obnoxio varieque ab intpp. tentato. Et pristinorum quidem ipsiusque Hemsterhusii ap. *Geel. l. l. p.* 59 tentamina referre nil attinet, quorum rationes conturbatae sunt pravissima distinctione *τοῖς ἀκούουσιν ἦν· μὴ κ. τ. λ.* Quam qui princeps sustulit, *Gesnerus:* « *Utrinque*, explicat, *praeruptum est* et *audientibus* adversum atque molestum, non minus quam asperum et praeruptum iter viatoribus, laudare alios; difficile ergo scribenti et in utramque partem difficile, quum vel nimis videaris prodigus vel parcus nimis. » *Solanus* de utraque auditorum parte intelligit, *laudatis* scilicet et *laudes audientibus*. At laudationis auditores ii tantum, qui ipsi laudantur, numerandi sunt, reliquorum nil interest. *Lehmannus*, quid sit, *in utramque partem*, ex eo patere existimat, quod manifesto oppositum sit *τῷ κομιδῇ μυθώδει*: sive *fictae sint laudes et fabulosae* sive etiam *verae et genuinae*, semper laudare esse rem

lubricam et molestam audientibus, qui quidem nunc non laudationem sed narrationem audire velint. — Rem ut ordine expediamus, primum de vocc. significatu quaerendum est. Et *πρόςαντες* quidem est *arduum, acclive*, v. c. *Ael. Aristid. Tom. I. p.* 105 ed. Jebb. *πρόςαντες οὐδὲν οὐδ' ἄβατον ἦν αὐτῷ*, deinde *difficile, molestum, injucundum, invidiosum.* Cf. *Isocr. de Pace: ἐγὼ δὲ οἶδα μὲν ὅτι πρόςαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις. Eth. Aristot. Nic. I.* 6. 1. *καίπερ προςάντους τῆς τοιαύτης γενομένης ζητήσεως διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰςαγαγεῖν τὰ εἴδη.* Et quem laudat Rud., *Plutarch. de Educ. Liber. p.* 7. *C. μονῳδία γὰρ ἐν ἅπασίν ἐστι πλήσμιόν τε καὶ πρόςαντες.* Oppositum est *τῷ κατάντει, declivi* sive *proclivi;* quocum si permutari constet — nam quod ascendenti acclive est, idem descendenti est declive, ut in illo, quem Gesn. adhibuit, loco *Caes. B. C. I.* 45. *Praeruptus locus erat, utraque ex parte directus* — parata esset loco nostro explicatio: *nimium fabularum studium laudationesque nimium proclives in utramque partem*, i. e. laudem nostrorum, vituperationem adversariorum, *ne jucundas quidem esse audientibus;* eo, quod est *πρόςαντες*, subjecti loco posito; quod si minus placeat — neque ulla auctoritate suffultum est — pro praedicato habendum erit cum intpp. Tum autem quaeritur, quid sit *παρ' ἑκάτερον*. *Παρά* sign. causam, per quam stat, ut aliquid vel fiat, vel ne fiat; erit igitur: *utraque de causa,* vel potius *ob alteram e duabus causis.* Quas nullas esse arbitror nisi quas attulit Gesn., quia fere semper aut nimium aut parum laudis tribui videatur. Quo ut incumbam, efficit locus *Thucyd. II.* 35: *χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν, ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι· ὅ τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι κ. τ. λ.* — Quod autem affert *τὸ κομιδῇ μυθῶδες καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων*, respicit, quae dixerat

C. VIII *τὰ τῆς ποιητικῆς κομμώματα, τὸν μῦθον καὶ τὸ ἐγκώμιον καὶ τὰς ἐν τούτοις ὑπερβολάς.*

Ἢν μὴ — ἐπαινοῦντες.] Scilicet si non faecem populi plebeculamve spectas, sed eos qui judicum, immo mehercle calumniatorum ad instar animum attendent, quosque nil quidquam fugiet praeterlapsum, Argo illos acrius cernentes totoque corpore oculeos; mensariorum autem in modum dictorum unum quodque examinantès eo consilio, ut statim rejiciant male cusa, accipiant autem proba et legitima et accurate expressa; quos respicere historiae quoque scriptorem oportet, reliquos autem haud sane multum curare, nec si laudando disrumpantur. — Falsus est Rudolphus, qui eosdem, quos in *Vera Hist.* (*II.* 20), irrideri h. l. a Luciano existimavit criticos, quos ille potius, Quinctilii illius Horatiani (*A. P.* 438.) similes, honorificentissimo loco opposuerit illiteratae multitudini. Is enim est *συρφετός*, *τοῖς κομψοῖς καὶ πεπαιδευμένοις* contrarius. *Plat. Theaet. p.* 152. *C. Hipp. Maj. p.* 288. *D. Luc. Herm.* 1. *Jove Trag.* 7. *Herod.* 8. *Salt.* 83. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 104. — *Ὁ πολὺς δῆμος* i. q. *οἱ πολλοί, οἱ ἰδιῶται.* *Somn.* 9. *αὐτὸ μόνον ἐργάτης καὶ τῶν τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς.* — Mox quod *Hemst. ap. Geel. l. l.* *ἀσυκοφαντήτως* leg. esse autumavit, mire a loci sententia aborravit. Tu confer potius *Rhet. Praec.* 22. *ἀμφιλαφεῖς δὲ αἱ ἀφορμαὶ τῶν μέμψεων τοῖς συκοφαντικοῖς τὰ ὦτα.* Eos dicit, qui ne ea quidem, quae homini candido atque benevolo primo adspectu sane et sincera videantur, inexplorata relicturi sint, quin aliquam illis perversitatis notam imprimere studeant; quales homines qui respiciat historiae scriptor, sedulo sane cauturum esse, ne quid admittat, quod vel levissimam vitii suspicionem praebere possit. — *Schaef. Melett. p.* 62: «Quae mox sequitur formula *νὴ Δία*, innumerabilibus locis sic posita, sed passim, quod summopere mire-

ris, minus intellecta viris doctis, cum latina *mehercule* comparari potest. *Cic. de Orat. II.* 2.» Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 506. *Lehm. ad Prom. in Verb.* 6. et *Fritzsch. l. l. p.* 155. 156. — Criticos vel Argo acrius videre totoque corpore vult Lucianus. At ipsum Argum totum oculeum fuisse innuit *Deor. Dial. XX.* 8. ἄχθομαι ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ὥςπερ ὁ Ἄργος ὅλῳ βλέπω τῷ σώματι. Quanquam de oculorum et situ et numero discrepant auctores. Et *Pherecydes* quidem unum tantum Argo oculum tribuit in occipitio collocatum atque insomnem, scilicet praeter reliquos duos, quibus ut homo utebatur. *Sturz. p.* 161. 162. *Hesiodus* vel quisquis *Aegimium* conscripsit, qui illi tribuitur, quatuor:

Καί οἱ ἐπίσκοπον Ἄργον ἵει κρατερόν τε μέγαν τε,
Τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Cf. *Schol. ad Eur. Phoen.* 1122. Indistincte *Aesch. Prom.* 569: φοβοῦμαι τὸν μυριωπὸν εἰςορῶσα βούταν, et 679: Ἄργος — πυκνοῖς ὄσσοις δεδορκώς. Distinctius *Eur. Phoen.* 1122:

Στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα,

ubi *Valck. p.* 392. *Nemesiani* « stellatum oculis custodem » adhibuit. *Plaut. Aulul. III.* 6. 19: Argus, qui oculeus totus fuit. Contra *Ovid. Met. I.* 625:

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Quocum stat *Macrob. Saturn. I.* 19: « Argum, quem ferunt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus ornatum. — Sed sub hujuscemodi fabula Argus est coelum stellarum luce distinctum, quibus inesse quaedam species coelestium videatur oculorum.» Longe tamen plurimi toto corpore oculatum narrant. Quorum agmen ducit *Dionysius Samius* ap. *Schol. Eur. l. l.*: κύκλῳ τὸ σῶμα ὅλον ὠμματῶσθαι. Sequuntur *Apollod. II.* 1. 2. *Schol. Aesch. Prom. p.* 78. *Schütz. Eustath. ad Iliad. B. p.* 138. 23. *Festus s. v.*: *Argus* est nomen hominis, qui fuisse fingitur oculis plenus etc. — Examinare autem vult oculeos illos homines *mensariorum* in

modum, fere ut *Herm.* 68: τὸ κρίνειν δύνασθαι καὶ χωρίζειν ἀπὸ τῶν ἀληθῶν τὰ ψευδῆ καὶ ὑπάρχειν σοι κατὰ ἀργυρογνώμονας διαγιγνώσκειν ἅ τε δόκιμα καὶ ἀκίβδηλα καὶ ἃ παρακεκομμένα. Adde *Aristot. Rhetor. I.* 15. 7. *Max. Tyr. Diss. VIII* et *XXXII. Luc. Parasit.* 4. et quos laudat *Dorv. ad Char. p.* 254. At haec de ἀργυρογνώμοσι, h. l. respiciuntur ἀργυραμοιβοί. De quibus jam Rud. admonuit Glossae *Timaei p.* 48, quam *Suidas* quoque exscripsit: Ἀργυραμοιβὸς ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος. Cf. *Bekk. Anecdd. p* 442. 22 et 23. ἀργυραμοιβὸς ὁ τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης. Adde *Thom. Mag. p.* 109: δηλοῖ δὲ τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον καταλλάκτην. Utrumque passim interpretantur vel *argentarium* vel *nummularium*, neutrum vereor ne satis accurate; quamquam minime negem fuisse, qui utrique rei simul operam darent. Hi enim sunt, qui pecuniam dant *foeneri*, quos graece δανειστὰς dixeris; ἀργυρογνώμονες sunt, qui *spectationem* factitant, quam appellat *Cic. Verr. III.* 78; postremo ἀργυραμοιβοὶ, i. q. τραπεζιταὶ, qui *collybo* operam dant, unde in citeriore Graecitate dicuntur κολλυβισταὶ, quamquam consensu Atticistarum vocabulo notato. *Moeris p.* 54. Ἀργυραμοιβοὶ, Ἀττικῶς, κολλυβισταὶ, Ἑλληνικῶς — Ἀργυρογνώμονες Ἀττ. Δοκιμασταὶ Ἑλλ. *Phrynichus,* Atticistarum venustissimus, *p.* 440: κολλυβιστὴς ἐπὶ τοῦ ἀργυραμοιβοῦ — τὸ μὲν νόμισμα κόλλυβος δόκιμον, ὁ δὲ κολλυβιστὴς παρασεσημασμένον. *Thom. Mag. p.* 539—541. *Sturz. de Dial. Maced. p.* 42. Posterioris aevi Latinis est *collectarius: Bekk. Anecdd. II.* 442. 24. ἀργυραμοιβὸν κολλεκτάριον. Καλοῦσι δὲ οὕτω καὶ τὸν τραπεζίτην. Cf. *Suid. T. I. p.* 312. *Du-Fresne T. I. p.* 1055. Ἀργυρογνώμονα et ἀργυραμοιβὸν confundunt *Thom. Mag. p.* 109 aliique, quos laudat *Piers. ad Moer. p.* 54; accurate distinguit *Phryn. Bekk. p.* 18, 30: Ἀργυροσκόπος, καὶ ἀργυρογνώμων καὶ ἀργυραμοιβός. εἴρηται δὲ ἀργυρογνώμων μὲν παρὰ τὸ

γνῶναι δύνασθαι δόκιμόν τε καὶ κίβδηλον ἀργύριον· ἀργυροσκόπος δὲ παρὰ τὸ σκοπεῖν *), ἀργυραμοιβὸς δὲ ὁ ἀμείβων ἀντὶ τοῦ ἀργυρίου κέρμα. Bene vero h. l. a mensariis potius quam a spectatoribus similitudinem repetiit, quia non tantum de examinando, sed etiam de accipiendo reprobandove numismate sermo est. Et rejicere quidem debent τὰ παρακεκομμένα i. e. *male* vel *cusa* vel signata, quae eadem dicuntur παράσημα, opponuntur autem τοῖς ἀκριβέσι τὸν τύπον. Cf. omnino *Bergl. ad Aristoph. Acharn.* 522. *Valck. ad Eur. Hippol. p.* 284. *Wytt. ad Plut. p.* 96. Adde Nostri *Hermot.* 68. *Adv. Ind.* 2. ὅσα τε πρὸς τὸν ὀρθὸν κανόνα τῷ συγγραφεῖ ἀπηκρίβωται καὶ ὅσα κίβδηλα καὶ νόθα καὶ παρακεκομμένα. Videntur autem ita differre τὰ παρακεκομμένα et τὰ κίβδηλα, ut haec ad flandum potius, illa ad feriundum aes argentumve pertineant, illa errore potius, dolo malo haec vitium contraxerint. Τοῖς κιβδήλοις opponuntur τὰ δόκιμα, ἃ δοκεῖ, i. e. quae consensu et auctoritate omnium recepta sunt. *Diog. Laërt. II.* 34. ὅμοιον εἴ τις τετράδραχμον ἓν ἀποδοκιμάζων τὸν ἐκ τῶν τοιούτων σωρὸν ὡς δόκιμον ἀποδέχοιτο. — Τὰ ἔννομα sunt aut ea quibus ex lege publice uti licet, aut quae pondere modove sunt justo et legitimo. — Postremo διαῤῥήγνυσθαι saepissime dici constat de invidia vel indignatione, quo de signif. v. *Gataker. ad Marc. Anton. p.* 296. *Hemst. ad Luc. Timon.* 40. *Grauert. ad Aristid. Leptin. p.* 116. De tumida assentatione usurpat Noster *de Merc. Cond.* 35. τότε καὶ μάλιστα διαῤῥαγῆναι χρὴ ἐπαινοῦντα καὶ κολακεύοντα καὶ τρόπους ἐπαίνων καινοτέρους ἐπινοοῦντα. Conf. et *Charon.* 21 ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαῤῥαγῇς. Praeivit *Demosth. pro Cor. p.* 232, 12. οὐδ' ἂν σὺ διαῤῥαγῇς ψευδόμενος. — Quod *Hemst. ap. Geel. p.* 60 leg. esse conj. πρὸς

---

*) Fort. leg. ἀργυροκόπος — παρὰ τὸ κόπτειν. *Ibid. p.* 443. 10. Ἀργυροκοπεῖον ἐν ᾧ κόπτεται τὸ νόμισμα, ὃ νῦν τινὲς σημαντήριον λέγουσιν.

οὓς ἀποβλέπειν τε χρὴ τὸν συγγραφέα, eam conjecturam, quamquam haud difficilem (nam art. et καὶ saepissime confundi constat, qua de re dixi in *Spec. Plut. p.* 5.) tamen necessariam non esse primo adspectu apparet.

Ἦν — καταθηλυνόμενον.] Sin neglectis illis, historiam ultra modum condiveris fabulis laudibusque et reliquo lenocinio, celerrime similem illam reddideris illi in Lydia Herculi; vidisse enim te arbitror alicubi pictum, Omphalae servientem, admodum alieno ornatu exornatum; et illam quidem pelle ipsius leonina indutam fustemque manu tenentem, ut personatum scilicet Herculem; ipsum autem cum crocota et palla purpurea lanam carpentem et sandalo ab Omphale objurgatum, turpissimum visu, distante a corpore nec admodum applicata veste, et virili dei specie indecore effeminata. — Ἡδύνειν signif. ea, quae primum quidem cibis, deinde omni qualiscunque generis delicatiori apparatui titillandorum sensuum gratia adjiciuntur. *Plat. Theaet. p.* 175. *E.* ὄψον ἡδῦναι ἢ θῶπας λόγους. *Schaef. ad Dionys. p.* 137. Θῶψ et θωπεία descendunt ab eo, quod est θήπω, ut ἐῤῥωγὼς a ῥήγνυμι etc., quod bene expressit *Timaeus* in Glossa: οἱ μετὰ ψεύδους καὶ θαυμασμοῦ προσιόντες τινὶ ἐπὶ κολακείᾳ. Brevius *Bekk. Anecdd. p* 190. 4. 265. 17. θωπεία ἡ περισσὴ πρὸς τινὰς κολακεία. V. *Ruhnk. ad Tim. p.* 146. *Wytt. ad Plut. p.* 829. — Mox ad ἑωρακέναι γάρ πού σε εἰκὸς γεγραμμένον cf. *Plut. Comp. Demetr.* et *Anton.* 3. ἐν ταῖς γραφαῖς ὁρῶμεν τοῦ Ἡρακλέους τὴν Ὀμφάλην ὑφαιροῦσαν τὸ ῥόπαλον καὶ λεοντῆν ἐνδύνουσαν. *Ovid. Heroid. IX.* 115:

Femina tela tulit Lernaeis atra venenis
Ferre gravem lana vix satis apta colum,
Instruxitque manum clava domitrice ferarum,
Vidit et in speculo conjugis arma sui.

et *Fastor. II.* 325 :

> Ipsa capit clavamque gravem spoliumque leonis
> Conditaque in pharetra tela minora sua.

Quid quod etiamnum exstat signum Herculis cum Omphale marmoreum in Museo Antiq. Neapolitano, N°. 71. Cf. *Giambatt. Finati il regal Museo Borbonico Tom. I. P.* 1. *pag.* 55. Exuvies leonina et clava notissimus Herculis cultus, de quo monere vix attinet. Cf. *Aristoph. Ran.* 46. 109. *Luc. Dial. Mort. XVI.* 1. *Adv. Ind.* 23. *Saltat.* 27 etc. *Megaclides* apud *Athen. XII.* 6, *p.* 512. *F* : *τοῦτον οὖν*, inquit, *οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα· καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον τὸν Ἱμεραῖον.* Alii Pisandrum narrant. Cf. *Müller, die Dorier, T. II, p.* 476. — *Λέων* eleganter dictum pro *λεοντῇ*, ut *ἀλώπηξ* pro *ἀλωπεκῇ*, quo de usu vide quos laudat *Ruhnk. ad Tim. p.* 257. *Ξύλον*, *fustem*, pro *clava*, *ῥοπάλῳ*, invenies etiam in *V. L.* in *Mort. Dial. XVI.* 3 ; de fusti omnino *Alex.* 48. *Demon.* 50, inprimis autem de immanibus cynicorum baculis, quibus Herculis isti aemuli ad illius exemplum sese uti jactabant, v. c. *Pisc.* 1. *Catapl.* 4. Conf. potissimum *Vit. Auct.* 8 : *ζηλοῖς δὲ τίνα ; Δ. τὸν Ἡρακλέα. Α. τί οὖν οὐχὶ καὶ λεοντῆν ἀμπέχῃ ; τὸ μὲν γὰρ ξύλον ἔοικας αὐτῷ.* Alia vide apud *Valcken. Diatr. p.* 204. 205. — Recte igitur Hercules, sicubi abjecto solito illo habitu virili et effero, cultum accipiat muliebrem atque delicatum, ornatu uti dicitur *ἀλλοκότῳ*. Egregie *Wytt. ad Plut. p.* 927 : « Nominis, inquit, *ἀλλόκοτος* et notio latius patet nec origo satis patet. Notat quidquid *vehementer ab hominum natura, moribus, sensu, indole, ingenio, ratione, legibus abhorret ; insolens, insolitum, monstrosum, crudele, nefarium, scelestum.* — Ex *ἄλλος* et *κότος* compositum, res ipsa ostendit ; *κότος* non esse terminationis formam, sed singulare vocabulum, nemo dubitet. *Etym. M. p.* 168. vult dictum pro *ἀλλοτόκον* — atqui non opus ad transpositionem confugere, quum notum vocabulum *κότος*, *ira inveterata.* — Ut igitur *ὀργὴ* universe dicitur *animus* et *ingenium* (cf. quos laudat *Baehr. ad Plut. V. Pyrrh.*

p. 162.), — sic κότος et universe notat *animum, ingenium*» etc. Adde *Ruhnk. ad Tim. p.* 24. et *Jacobs.* post *Porson. Advers. p.* 284. — Hercules autem iste cinaedus fere semper κροκωτοφόρος. *Plut. an seni resp. sit ger. p.* 785. *E.* Ἔνιοι τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν ἐν Ὀμφάλης κροκωτοφόρον ἐνδιδόντα Λυδῶν θεραπαινίσι ῥαπίζειν καὶ παραπλέκειν ἑαυτόν. *Dio Chrysost. Orat. XXXII. p.* 391. *B.* τὸν δὲ Ἡρακλέα τοιοῦτον ὁρῶσι γελοῖον δοκεῖ παραφερόμενον καὶ ὥςπερ εἰώθασιν ἐν κροκωτῷ. Est autem κροκωτὸς tunica muliebris crocea, super quam palla purpurea injici solita. V. *Brunck. ad Aristoph. Eccles.* 355. Nam quod ap. *Athen. V. p.* 189. *C* Bacchi signum sub crocota indutum est stola talari purpurea, inde non efficitur, crocotam fuisse semper *pellucidum amiculum, quod super purpuream tunicam injiciatur,* ut ait Reitzius, qui scilicet solam observationem *Spanhemii ad Aristoph. Ran.* 46, non ipsum Athenaeum inspexerit: unde facile colligere quis possit, crocotam fuisse pallam, nisi mox addere videat Athenaeum: περιεβέβλητο δὲ ἱμάτιον πορφυροῦν χρυσοποίκιλον. Cf. Nostri *Bacch.* 2, tum *Jacobs. ad Philostr. p.* 299, et omnino, quos laudat Rud., *Periz. ad Ael. V. H. VII.* 9; *Salmas. Exercc. Plin. p.* 1062. *Spanh. ad Callim. p.* 135. — Lanam carpentem Herculem finxit etiam *Ovidius A. A. II.* 219:

Inter Joniacas calathum tenuisse puellas
Creditur et lanas excoluisse rudes.

Erat autem non muliebre tantum (*Luc. Gall.* 19. *Long. Pastor. III.* 2.) sed potissimum servile negotium, ξαίνειν ἔρια, *carpere* sive *carere* (*Plaut. Menaechm. V.* 2. 46) lanam, quae deinde matri familias, quum texeret, ad usum parata esset. Unde jam *Homerus, Odyss. X.* 421:

Δμῳαί, τὰς μὲν ἔργα διδάσκομεν ἐργάζεσθαι,
Εἴρια τε ξαίνειν καὶ δουλοσύνην ἀνέχεσθαι.

Adde Nostri, quos jam Rud. locos adhibuit, *Fugit.* 12: Ἐδούλευε γὰρ ἢ ἐθήτευεν ἢ ἄλλας τέχνας οἵας

εἰκὸς τοὺς τοιούτους, ἐμάνθανε, σκυτεύειν ἢ τεκταίνειν, ἢ περὶ πλυνοὺς ἔχειν ἢ ἔρια ξαίνειν, ὡς εὔεργα εἴη ταῖς γυναιξὶ καὶ εὐμήρυτα καὶ κατάγοιτο εὐμαρῶς, ὅποτε ἢ κρόκην ἐκεῖναι στρέφοιεν ἢ μίτον κλώθοιεν: et de Hercule ipso *Deor. Dial. XIII.* 2. Οὐκ ἐδούλευσα ὥςπερ σὺ, οὐδὲ ἔξαινον ἔρια ἐν Λυδίᾳ πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς καὶ παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Σάνδαλον vel σανδάλιον est *solea*, qualem gestabant mulieres; qua de re laudasse sufficiet *Turnebi Advers. XXIX.* 8, *p.* 1023. *Balduin. de calceo p.* 111 *sqq. Periz. ad Ael. V. H. I.* 18. Castigationis autem, inprimis puerorum, per soleam, passim mentio fit. *Deor. Dial. XI.* 1. Ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ. *Philops.* 28. ἐπεὶ σανδάλῳ γε χρυσῷ ἐς τὰς πυγὰς ὥςπερ τὰ παιδία παίεσθαι ἄξιοι ἂν εἶεν, quod uno vocabulo βλαυτοῦν dici narrat *Hesychius.* — *Juvenal. VI.* 612. *Pers. V.* 169:

Solea puer objurgabere rubra.

Omnium autem maxime huc facere intellexerunt Intpp. *Ter. Eun. V.* 7. 4:

THR. Qui minus, quam Hercules servivit Omphalae? GN.
Exemplum placet,
Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.

Ad extrema capitis quod attinet, fere contrariam viam ad declarandam vestitus illius cum Herculis habitu incongruentiam instituit *Ovid. Fast. II.* 319 *sqq.*:

Dat tenues tunicas, Gaetulo murice tinctas,
Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.
Ventre minor zona est; tunicarum vincla relaxat,
Ut possit vastas exseruisse manus.

Et haec sunt quae ad ipsum Lucianum potissimum illustrandum pertineant. De ipso Herculis apud Omphalem servitio qui plura legere vult, adeat *Creuz. ad Ant. Hist. Fgm. p.* 187 *sqq.*

Cap. XI.

Καὶ — πράγματος.] Et vulgus quidem, inquit, fieri potest ut talia quoque, quae a te proficiscuntur, laudet; exigui autem illi, quorum tu auctoritatem spernis, suavissime sane et ad satietatem usque ridebunt, cernentes ejus rei indolem ineptam, incongruam combinarique nesciam. — Schmiederi lectionem σοὶ recte Lehmannus reliquit, adhibito *Tim.* 57. ἐπαινῶ σου ταῦτα. Bene Gesn.: « *haec in te laudaverit*; ut Genitivus pendeat ab eo quod est ταῦτα, constructione quam maxime pervulgata. *Aristoph. Equ.* 995. ἀλλὰ καὶ τόδ' ἐγὼ θαυμάζω τῆς ὑομουσίας αὐτοῦ. *Plat. Apol. Socr. p.* 17. *B.* τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχύντατον εἶναι, cui loco ad amussim respondet *Menex. p.* 241. *A.* ὃ δ' ἐμοὶ δοκεῖ καὶ ἐκείνων κάλλιστον εἶναι, quem male intellellexi in *Spec. Plut. p.* 9. *Theaet. p.* 182. *A.* σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν, ubi quae annotavit *Heindorf.*, bene redarguit *Stallb. ad Phileb. p.* 167, quem vide. Adde *Menon. p.* 95. *B. Sophist. p.* 232. *A. Phaed. p.* 89. *A. Epist. II. p.* 314. *A. Luc. Nigr.* 31. *Tox.* 3. *Zeux.* 5. *Pro Imm.* 7. *Pisc.* 24. *Peregr.* 18. *Saltat.* 10. 23 etc. Sic in *Philostr. Heroicc. p.* 666 haud scio an leg. sit: εὐηθὲς τουτί σου, ξένε. Nec, puto, Hemsterhusio obloqui debebat Lehmannus, *Somn.* 10 corrigenti: ὅπερ σου κυριώτατόν ἐστι. Etiam latine *Cic. Fin. IV.* 18: Illud vero minime consectarium, sed inprimis habes *illorum*. — Ἡδὺ γελᾷν invenies etiam *Demosth. Enc.* 44. *Navig.* 46: τὸ γελάσαι μάλα ἡδέως ἐφ' οἷς ὑμεῖς ᾐτήσατε. Praeit *Homerus, Iliad.* Λ. 378:

— ὁ δὲ μάλα ἡδὺ γελάσσας
Ἐκ λόχου ἀμπήδησε —

Aristoph. Eccl. 1201. *Soph. Aj.* 1000. — Similiter Latine *dulce ridere. Hor. Odar. I.* 22. 23. *Catull. LI.* 5. etc. Pari Constructione πλατὺ γελᾷν. Cf. *Lob. ad Phryn. p.* 472. — Εἰς κόρον *Alex.* 16. *Imag.* 16. *Pro Imm.*

27. *Navig.* 44 etc. — Δυςκόλλητα ad verbum sunt ea, quae non facile *conglutinari* possunt, i. e. quae in unum coalescere nequeunt, quaeque vel sicubi conjungantur, diversorum et prorsus repugnantium generum esse statim cuivis appareat, ut h. l. historia et laudationes.

Ἑκάστου — γίγνεται.] Etenim, inquit, sua cuique rei propria quaedam est congruentia, ut h. l. historiae cum veritate, arti poëticae cum fabulis laudationibusque; quam si immutaveris, eandem ipso usu deformem reddideris Omnia enim τὰ καλὰ e Graeci sermonis consuetudine sunt πρός τι καλά. *Xen. Mem. Socr. IV.* 6. 9. καλὸν δὲ πρὸς ἄλλο τι ἐστὶν ἕκαστον, ἢ πρὸς ὃ ἑκάστῳ καλῶς ἔχει χρῆσθαι; — Οὐδὲ πρὸς ἕν, ἔφη. Adde *III.* 8. 6. Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ κόφινος κοπροφόρος καλόν ἐστι; — Νὴ Δί', ἔφη, καὶ χρυσῆ γε ἀσπὶς αἰσχρὸν, ἐὰν πρὸς τὰ ἑαυτῶν ἔργα ὁ μὲν καλῶς πεποιημένος ᾖ, ἡ δὲ κακῶς Cf. *Plat. Hipp. Maj. p.* 288. *D*; 290. *E*. Ideoque τὰ καλὰ ἀγαθὰ, v. *Stallb. ad Symp. p.* 101, scilicet quia τὰ ἀγαθὰ ὠφέλιμα. *Plat. Meno p.* 87. *E*, quem ad l., si quando Menonem commentario illustrare contigerit, plura annotabo. — Παρὰ τὴν χρῆσιν cave vertas *propter abusum*, sive cum Gesnero: *quia extra usum suum.* Immo potius est *propter usum, per ipsum hunc usum*, ut egregie explicuit *Fritzschius l. l. p.* 125. Recte etiam *Grauertus ad Aristid. Leptin. p.* 104: « non equidem, inquit, infitior, recte *F. A. Wolfium ad Lept. p.* 361 negare, particulae παρὰ propriam in Atticis notionem unquam esse *propter*; ac putaverim, id quod ille non elocutus quidem est, sed velle tamen videtur, indicari eo summum rei momentum eamque causam efficacissimam, quam effectus statim sequatur (cf. *Buttm. Ind. ad Or. Midian.*) at saepissime tamen ita haec differentia tenuis est, ut instantem effugiat aciem oculorum. » Jam supra significavi, παρὰ interdum indicare causam, per quam stat, ut aliquid fiat, vel ne fiat. *Xen. Mem. Socr. II.* 1. 2. ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίγνηται παρὰ

τὴν ἐκείνου ἀργίαν. Demosth. adv. Mid. 26. *καὶ ταῦτα πέπονθεν — παρὰ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἐρημίαν καὶ τὸ τῶν πολλῶν εἷς εἶναι. Luc. Dial. Mort. XII.* 5. *παρὰ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύοντες περὶ ἐμοῦ.* Nec dubitari potuit nisi de Atticis, reliquorum enim exemplis referta omnia: *Aristot. Rhetor. II.* 10. 8. *δῆλον γὰρ ὅτι παρ' αὐτοὺς οὐ τυγχάνουσι τοῦ ἀγαθοῦ. Politic. II.* 5. 14. *ὁ γὰρ νόμος ἰσχὺν οὐδὲ μίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι πλὴν παρὰ τὸ ἔθος. Eth. Nic. VII.* 3. 3. *Μὴ ἐπιστήμην εἶναι, παρ' ἣν ἀκρατεύονται.* — Rudolphus spuria esse censuit *παρὰ τὴν χρῆσιν*, festinanter et inconsiderate, ut multa; quamquam Lehmannus quoque ei sententiae accessit, margini illa adscripta esse arbitratus a nescio quo, qui vocabulum *ἀκαλλὲς* indicare vellet esse *praeter usum vulgarem* h. l. adhibitum; a Luciano autem ipso ea verba non esse profecta, vel inde probari posse, quod varias per se quidem admittant interpretandi rationes (?), nullam vero quae menti auctoris satis conveniat (?) — Vocabulum autem *ἀκαλλὴς*, etsi haud improbum per se, tamen neque apud Lucianum nostrum, quod sciat, unquam alibi occurrere, neque apud alios scriptores saepissime. Hesychium tamen explicare *ἄμορφον*." Quae ab eo, qui Lucianum integrum ediderit, scribi potuisse, jure mirere. Infra c. 48. *σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι καὶ ἀδιάρθρωτον. Prom.* 14. *τὴν γῆν οὐκέτι αὐχμηρὰν καὶ ἀκαλλῆ οὖσαν.* Simili cum temeritate Rudolphus statim illa in Cap. X initio: *καὶ τὸ τῶν — ἀκούουσιν*, quae necessaria esse illic demonstratum est, spuria esse posse pronuntiavit; quia idem fere dicant sequentia: *ἐῶ λέγειν κ. τ. λ.* At illic de auditoribus in universum dixerat, quos inprimis eos, qui ipsi laudentur, intelligendos esse monuimus; reliquos enim, quorum nullae in ea re partes sint, fastidium inde suspicere dubium esse non posse ait; quamquam illos quoque quorum in honorem ejusmodi laudes compositae sint, si sana mente exactisque judiciis utantur, recusare illas, mox Alexandri M. exemplo ostendit.

'Εῶ — διεξίασιν.] Nam illud quidem, inquit, monere vix attinet, quod istae laudes uni fortasse jucundae sunt, illi scilicet ipsi, qui laudatur, reliquis autem fastidium afferunt; praesertim si exaggerationes contineant immanes (vel si exaggerationes rerum naturam excedant), quales illas efficiunt plurimi, eorum quos laudant, benevolentiam captantes eique studio eo usque immorantes, donec manifestam omnibus adulationem fecerint. Neque enim cum arte quadam facere illud norunt neque obumbrant adulationem, sed impetu facto, simul omnia et incredibilia et nuda persequuntur. — 'Εῶ λέγειν non insolenter dictum est. *Deor. Dial. XVI.* 2. *Navig.* 27. *Epist. Saturn.* 29. *Conc. Deor.* 5. *Dionys. Jud. de Thucyd.* 4 etc. Nec rarius θηρᾶσθαι sive θηρεύειν de iis quae cupide studioseque consectamur. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 539. *Wytt. ad Plut. p.* 409. *Heusd. Spec. Plat. p.* 87 *sq. Schaef. ad Dionys. p.* 84. *Boisson. ad Philostr. p.* 418 et quos praeterea laudat *Baehr. ad Plut. V. Artax. p.* 80. Utriusque formae sententiam non differre docte comprobavit *Jac. quaestt. Lucc. p.* 3. — 'Επισκιάζειν proprio significatu invenies *Ver. Hist. II.* 14; tralato, ut h. l., *veluti umbraculo obducto occultare, Timon.* 27. ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη ἐπισκιάζουσιν αὐτούς. *Calumn.* 1. δεινόν γε ἡ ἄγνοια καὶ πολλῶν κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἰτία, ὥςπερ ἀχλύν τινα καταχέουσα τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀμαύρουσα καὶ τὸν ἑκάστου βίον ἐπισκιάζουσα· ἐν σκότῳ γοῦν πλανωμένοις πάντες ἐοίκαμεν. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 637. — 'Εμπίπτειν de homine rudi et rei qualiscunque tractandae ignaro usurpat Noster *Tim.* 23. ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως εἰς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος. *Adv. Ind.* 7. ἐμπεσὼν τῇ κιθάρᾳ σφοδρότερον τοῦ δέοντος. Unde fit, ut pleonastice fere dicatur partic. eadem sen-

tentia qua ἀϑρόως, ut v. c. *Tox.* 28. εἶτ' ἐμπεσόντες ἅπαντα εὐϑὺς ἔλεγον, praeeunte *Aristoph. Ran.* 930. 972.

Cap. X II.

Ὥστε — ὦσιν.] Unde fit. ut ne contingat quidem iis id, quod omnium maxime expetunt; nam qui laudantur ab iis, oderúnt potius et aversantur ut adulatores; sapientes illi; praesertim si virile gerunt ingenium. Cf. *Pro Imagg.* 1 2. Οὐδὲ ἄλλως μὲν χαίρω τοῖς κολακικοῖς τὸν τρόπον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι γοῆτες εἶναι καὶ ἥκιστα ἐλεύϑεροι τὴν φύσιν. Ἐν δὲ τοῖς ἐπαίνοις μάλιστα, ὅταν τις ἐπαινῇ με φορτικὰς καὶ ὑπερμέτρους ποιούμενος τὰς ὑπερβολὰς, ἐρυϑριῶ τε καὶ ὀλίγου δεῖν ἐπιφράττομαι τὰ ὦτα καὶ τὸ πρᾶγμα χλεύῃ μᾶλλον ἢ ἐπαίνῳ ἐοικέναι μοι δοκεῖ. Μέχρι γὰρ τοῦδε οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν, εἰς ὅσον ἂν ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων προςὸν ἑαυτῷ· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο ἀλλότριον ἤδη καὶ κολακεία σαφής. — Ἀποστρέφεσϑαι, *sese avertere,* quod odii signum est, inde *odisse,* cum significatu constructionem quoque ejus quod est μισεῖν adscivit. *Demosth. pro Cor. p.* 280. 29. ὃν ὅπως ποτὲ οὐκ εὐϑὺς ἰδόντες ἀπεστράφητε, ϑαυμάζω. *Aristot. Eth. Nic. II.* 6. 10. ἐπιϑυμῆσαι καὶ ἀποστραφῆναι. *Luc. Conv* 6. εἰςελϑόντα αὐτὸν εὐϑὺς ὑπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ καὶ ἀπεστρέφοντο καὶ δῆλοι ἦσαν ὥςπερ τινὰ πατραλοίαν καὶ ἐναγῆ μυσαττόμενοι. *Rhet. Praec.* 16. *Calumn.* 14. *Tox.* 28 etc.

Ὥςπερ — φονεύοντα.] Velut Aristobulus quum certamen singulare descripsisset ab Alexandro cum Poro commissum eique hanc potissimum commentarii partem recitaret — arbitrabatur enim gratissimum sese facturum esse regi, si fortiter facta quaedam de ipso mentiretur resque ejus

gestas ultra veri modum effingeret) arreptum ille librum (navigabant autem tum forte in Hydaspe fluvio, vel, ut lepide Gesnerus, commodum in Hydaspe fluvio navigabant) praecipitem abjecit in aquam, addens: sic te quoque oportebat, Aristobulae, talia pro me certamina singularia ineuntem elephantosque uno jaculi ictu interficientem. — Lectionem Ἀριστοβουλος — γράψας haud multum abesse quin receptam mallem, jam in Var. Lect. significavi, propter optimorum Codd. consensum; quae quo pacto in vulg. lect. transierit, planum est, ipsa autem ex hac oriri non potuit. Quanquam admodum singularis est Anacoluthia. Ac nota quidem est Nom. abs. constructio, v. *Matth.* §. 562. *Boeckh. in Plat. Min. p.* 102. *Elmsl. ad Soph. Oed. Tyr.* 60, at eum non statim excipit Gen.; nec rara Partic. duo, quorum alterum relative, absolute alterum structum sit, per καὶ vel δὲ inter se conjuncta, v. c. *Plat. Politic. p.* 274. *B.* τῶν πολλῶν οὖν θηρίων ἀπαγριωθέντων, αὐτοὶ δὲ ἀσθενεῖς ἄνθρωποι καὶ ἀφύλακτοι γεγονότες διηρπάζοντο ὑπ' αὐτῶν. *Xen. Mem. Socr. I.* 2. 25. τούτων δὲ συμβάντων αὐτοῖν καὶ ὠγκωμένω μὲν ἐπὶ γένει, ἐπηρμένω δ' ἐπὶ πλούτῳ — τί θαυμαστὸν εἰ ὑπερηφάνω ἐγενέσθην; *Thucyd. I.* 2. τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις — οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο. 65. Ἀριστεὺς δὲ ἀποτειχισθείσης αὐτῆς καὶ οὐδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχων. *Luc. Tox.* 47. *Pro Lapsu* 8. *Dial. Meretr. XII.* 1 etc. At illic et variat Subjectum Particc. et Subjectum Nom. idem est Subjectum verbi sequentis; h. l. Subjectum Particc. idem est, verbum sequens utitur alio. Quapropter duos Constructiones secum confundi apparet. Sic dictum oportuit: ὥςπερ καὶ Ἀριστόβουλος γράψας — scil. οὐκ ἔτυχε οὗ ἐφίετο· ἀναγνόντος γὰρ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρῳ κ. τ. λ. quae quum una sententia complecteretur, in anacoluthiam haud scio an sciens incidere se passus

est. Interiorem sententiae nexum, quo haec nostra disputatio nititur, egregie perspexerat jam *Wielandus*. — Fuit autem hic Aristobulus Cassandrensis, quem *Luc. Macrob.* 22. historiae scribendae initium anno aetatis octogesimo quarto fecisse narrat, vitam autem ultra nonagesimum produxisse. Quod si verum est, aut diversum fuerit oportet historicum illud opus ab hoc; cujus partem Alexandro recitasse h. l. fertur, aut erravit de nomine Lucianus. Accedit, quod prorsus alienum fuisse videtur Aristobuli ingenium a putida adulatione mendaciisque fingendis, ut quem *Arrianus*, veri studiosissimus scriptor, juxta cum Ptolemaeo Lagi filio omnium maxime in historia componenda secutum se esse profiteatur. Neque indignum se prodit tam luculento testimonio in iis, quae ex eo laudant *Plut. V. Alex.* 15. 16. 18. 21. 46 75. *V. Demosth.* 23. *De Fort. Alex. Orat. I.* 3. *II.* 11. *Strabo XI. p.* 509. *XIV.* 672. *XV.* 692. 707. 714. 730. *XVII.* 824. Quapropter haud sine veri quadam similitudine Onesicrito potius, de quo ad C. XL pluribus dicendum erit, quam Aristobulo tribuenda haec esse conj. *Sanctocrucius*, quem laudant Schmied. et Lehm., in *Examen critique des Historiens d'Alexandre p.* 43 (*Edit.* 2. 1804): «*Le nom d'Aristobule aura pris la place de celui d'Onésicrite, par une inadvertance de Lucien ou par quelque bévue de ses copistes.*» Memoria lapsum esse in nomine Lucianum credam, ut ipse in salutando lapsum se esse confitetur. — Certaminis singularis ab Alexandro cum Poro adeoque longe alio successu commissi unus meminit *Justinus XII.* 8: «Commisso itaque proelio, exercitum suum Macedonas invadere jubet, sibi regem eorum privatum hostem deposcit. Nec Alexander pugnae moram fecit, sed prima congressione vulnerato equo, quum praeceps in terram decidisset, concursu satellitum servatur.» Reliqui (*Diod. Sic. XVII.* 87. 88. *Arrian. V.* 9—18. *Plut. V. Alex.* 60. 61. *Curt. VIII.* 13. 14) haec tantum narrant: Alexandrum exercitu per Hydaspem fluvium, Pori imperii confinium, clam

nocte transmisso, post atrocissimam pugnam Indorum copias profligasse; Porum ipsum fortissime pugnantem, et extremum ex acie recedentem, nube telorum et ipsum et elephantum, quo vehebatur, obruente, in Alexandri potestatem venisse. Videtur autem ineptus iste commentator, non multo post proelium, quum adhuc circum illas partes commoraretur Alexander, pugnae descriptione composita, Pori partes Alexandro tribuisse, adeo ut, quum ille Bucephalum Alexandri equum uno ictu transfigisset, quo vulnere hunc postea mortuum esse constat, Pori elephantum Alexandri manu jaculo confossum esse comminisceretur. — Reliqua fere expedita. Χωρίον de commentarii *loco* usurpat jam *Thucyd. I.* 97. *ἔγραψα δὲ αὐτὰ, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ πᾶσιν ἐκλιπὲς ἦν τοῦτο τὸ χωρίον.* — Ἐπιψεύδεσθαι signif. *praeter ea quae revera ab illo facta essent, alia quaedam comminisci, vera augere fictis*, ut v. c. *Tox.* 42. *εἰ καὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ τοῖς πέντε καταριθμήσασθαι ἀνωμότους, εἰ βούλει, ὡς καὶ πολλὰ ἐπιψεύδοιο αὐτοῖς. Philostr. Heroicc. p.* 706 etc. — Mox *ἐκεῖνος* deest in Cod. W.; male; est Alexander, quem quod antea designaverat per *αὐτὸς*, nil interest; utrumque promiscue usurpari, erudite comprobavit *Baehr. in Creuz. Melett. Tom. III. p.* 58. — Statim ad ea quae sunt *ἐπὶ κεφαλὴν* lepide sane haec annotavit Reitzius: — «si non de capite libri, an igitur de capite auctoris intelligendum, quod Alexander petens librum simul in aquam projecit, ita ut liber directus versus caput auctoris, etsi non tetigerit, in mare sit projectus?» Dignum vero Reitzium, cujus capiti hunc ipsum librum infligeret Lucianus, talia in eum commentantis regesque vel rusticis rusticiores effingentis! Et recte jam Solanus comparaverat *Jov. Trag.* 44: *τοὺς δὲ ἐν Ταύροις τῆς Ἀρτέμιδος (βωμοὺς) ἡδέως ἂν ἐπεῖδον ἐκ βάθρων ἐπὶ κεφαλὴν ἀνατρεπομένους*, i. e. *praecipites.* Addit Rud. *Tim.* 38. *Deor. Dial. XIV.* 2. *Pisc.* 51. *Rhet. Praec.* 3. *Philops.* 24. *Conv.* 44. *Gall.* 23. *Dial. Meretr. XII.* 2.

Bis Acc. 21. Adde *Deor. Dial. XIII.* 2. *Tox.* 19. *Saturn.* 2. *Imagg.* 21. *Timon.* 44. *Rhet. Praec.* 25. — *Peregr.* 24 est ἐπὶ κεφαλῆς, quod perinde esse monuit *Lob. ad Phryn. p.* 440. Nec multum differt ἐπὶ τράχηλον ὠσθῆναι, *Merc. Cond.* 39. *Mort. Dial. XXVII.* 1. *Catapl.* 25 etc. — Haud rarius est ἐπειπεῖν. *Tox.* 46. *Philops.* 12. *Catapl.* 12. *Merc. Cond.* 14. *Macrob.* 23. *Somn.* 3. Idem est ἐπιλέγειν *Aristoph. Equ.* 419. *Luc. Necyom.* 7. *Mort. Dial. XI.* 1. *Dial. Meretr. IV.* 5. In sequ. quod Rudolphus conj. καὶ σὲ δὴ, temere factum est. *Demosth. adv. Mid.* 57. τὸν δὲ ὑβρίζειν! Conferre possis etiam haec: *Plat. Cratyl. p.* 398. *C.* ὁ δὲ δὴ ἥρως τί ἂν εἴη; ΣΩ. τοῦτο δὲ οὐ χαλεπὸν ἐννοῆσαι. *Luc. Philops.* 19. ἐγὼ δὲ, ὁ Εὐκράτης ἔφη, ἐκεῖνα ἐχρύσωσα, et quae attulit *Stallb. ad Plat. Phil p.* 9. — De extremis illis: ἐνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα, jam monuimus in Var. Lect. — Vulg. ἐν ἀκοντίῳ defendere student Intpp. per pleonasmum Praep. ἐν, de quo fuse disputavit *Hemst. ad Dial. Mortt. XXIII.* 3. Quem uti majori etiam exemplorum numero comprobari posse concedo, v. c. *Aristoph. Av.* 1742. Μοῖραι ξυνεκοίμισαν ἐν τοιῷδ' ὑμεναίῳ. *Plat. Gorg. p.* 452. *E.* καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρὸν κ. τ. λ. et quos laudant *Brunck. ad Aristoph. Plut.* 765. *Elmsl. ad Soph. Oed. Tyr.* 140. *Seager ap. Lehm. ad M. D. p.* 73, ita h. l. nescio quomodo languere posito quovis pignore contendam. — Discedere ab h. l. non possum, quin integritati suae restituam *Plauti* locum *Asin. I.* 1. 87:

Jubeas una opera me piscari in aëre,
Venari autem *rete* jaculo medio in mari.

Confidenter repono *cete*. *Virg. Aen. V.* 822:

— immania cete.

Καὶ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος.] Et erat is Alexander, quem talem in modum indignari consentaneum esset. Apposite adhi-

buit Rud. *de Saltat.* 25: καὶ ἔμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ ὀρχηστικὴν οὐ μετρίως σπουδάσεσθαι, ὅς γε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μαθεῖν. Adde *Plat. Phaedr. p.* 228, *C:* ἐθρύπτετο ὡς οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν· τελευτῶν δὲ ἔμελλε καὶ εἰ μή τις ἔκων ἀκούοι, βίᾳ ἐρεῖν.

Ὅς γε — ἐχρῆτο.] Quippe qui ne archi tecti quidem illius conatum tulisset, qui se Athon ipsius simulacrum facturum montemque in regis effigiem transformaturum pollicitus esset; sed quem adulatorem esse extemplo cognovisset, ejus opera ne ad reliqua quidem eo quo antea modo uteretur. Eodem exemplo in simili sententia utitur *Pro Imagg.* 9. Architectum Stasicratem appellat *Plut. de Fort. Alex. M. Orat. II.* 2 consiliumque suum sic maxime exponentem fingit: Ὁ γὰρ Θρᾴκιος Ἄθως, — — δύναται κατεργασθεὶς καὶ σχηματισθεὶς εἰκὼν Ἀλεξάνδρου καλεῖσθαι καὶ εἶναι, ταῖς μὲν βάσεσιν ἁπτομένου τῆς θαλάσσης, τῶν δὲ χειρῶν τῇ μὲν ἐναγκαλιζομένου καὶ φέροντος πόλιν ἐνοικουμένην μυρίανδρον, τῇ δὲ δεξιᾷ ποταμὸν ἀένναον ἐκ φιάλης σπένδοντος εἰς τὴν θάλασσαν ἐκχεόμενον. Iisdem fere verbis narrat in *Vita Alex.* 72, neque alius esse videtur Stasicrates χαλκιουργὸς Βιθυνός *Tzetz. Chiliad. VIII.* 408 *sqq. XI.* 94. Fusius idem refert, quem laudat Solanus, *Vitruv. Praef. l. II,* nisi quod appellat Dinocratem, a Nostroque ita discrepat, ut commendasse se potius ea re regi narret architectum, adeo ut Alexandriae portum ab illo construere jussus sit. Et sic quidem Alexandriae architectum nominant *Plin. H. N. VII.* 38. *Val. Max. I.* 4. *ext.* 1. *Ammian. Marc. XXII.* 16; Dinocharem autem idem *Plin. H. N. V.* 11, qui an diversus ab illo sit, quem is *XXXIV.* 42 Alexandriae Arsinoës templum magnete lapide concamerare inchoasse narrat, mihi non liquet. Adde *Ausonii Mosellam* 311—315 et *Salm. Exercc. Plin. p.* 476 *et* 812 *sqq.* qui *Strabonis* etiam locum tractat *XIV. p.* 641: μετὰ δὲ τὴν τοῦ νεὼ (Dianae Ephesiae) συντέλειαν ὅν

φησιν εἶναι Χειροκράτους (vulg. Χειρομοκράτους, quidem Codd. Δεινοκράτους) ἔργον·. τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν, τὸν δ' αὐτὸν ὑποσχέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, τὸν Ἄθω διασκευάσειν εἰς αὐτὸν κ. τ. λ. Postremo appellandus est *Eustath. ad Iliad.* Ξ 229; *p.* 970. 20, qui eandem rem Diocli Rhegino architecto tribuit. — Vide et *Beck. Grundr. d. Archaeol. p.* 90. *Boettigeri Andeut. p.* 204.

Cap. XIII.

Ποῦ — ἔλεγχοι.] Ubi igitur, inquit, sita est celebrata illa in hisce jucunditas? Scilicet nisi quis admodum insulsus sit, adeo, ut ejusmodi praedicationibus gaudeat, quarum in promptu sit refutatio? Jam fere absoluta disputatione, qua nimias laudationes et alienas ab historiae indole neque adeo jucundas esse comprobare Noster studuerat, unam adversariis relinquit exceptionem, quanquam ex eo genere, quod arreptum non iri ab illis persuasissimum habeat; quo ipso fit, ut eo deteriore loco res illorum constituantur. Tali artificio non sine quadam cavillatione usurpato haud raro servit ἐκτὸς εἰ μή. Cf. infra c. 38. ἐκτὸς εἰ μὴ εὔξασθαι δέον μή τι παρέλιπεν. *Pisc.* 6. ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν ἢ τὸν Εὔρυτον εἴη τὴν φύσιν. *Tyrannic.* 12. *Pro Imm.* 23. *Philops.* 17. — Simili quodam modo dicunt χωρὶς εἰ μή, πλὴν εἰ μή etc. *Lob. ad Phryn. p.* 459. — Παρὰ πόδας, quasi ante pedes constituta esse dicuntur ea, quae facile, nullo negotio, statim, illico fieri possunt. *Alex.* 33. παρὰ πόδας οὕτως ἐληλεγμένου τοῦ χρησμοῦ. *Merc. Cond.* 24. παρὰ πόδας τοιγαροῦν τῆς λιχνείας ταύτης τἀπίχειρα. Est ubi fere idem sit quod ἐν ποσί. *Calumn.* 1. τὸ μὲν πλησίον καὶ παρὰ πόδας οὐχ ὁρῶντες, cf. *Plat. Theaet. p.* 174. *A.* τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. Quod nostro in loco Edd. Ald. 1 et 2 una voce scribunt παραπόδας, idem in *Philostr. V.*

Apoll. l. 6 exhibet Cod. praestantissimus Schellersheimianus. Cf. *Jos. Bekkeri Spec. Philostr. p.* 27, qui tamen minus recte in testimonium adhibuisse videtur *Plat. Soph. p.* 242. *A;* nam ibi est *παρὰ πόδα*, quod equidem significare potius arbitror *eodem temporis momento: παρὰ πόδα μεταβαλὼν ἄνω καὶ κάτω*, quasi *stans pede in uno.* Heindorfius: « *παρὰ πόδα. Hesych. εὐθέως.* Spatium illud temporis significare videtur, quo pedem tollimus. » Quod haud scio an restituendum sit Nostro *Pro Merc. Cond.* 6. *τοιγαροῦν παρὰ πόδας εὐθὺς ἔτισας δίκην.*

Ὥςπερ — φαρμάκῳ.] Quem ad modum sc. insulsos sese gerunt homines deformes et praesertim mulierculae, quae pictores hortantur, ut quam pulcherrimas sese pingant; arbitrantur enim speciosiorem sibi faciem fore, si plus sibi ruboris pictor adsperserit magnamque albi copiam admiscuerit pigmentis. *Ὄψιν* h. l. mihi videri esse *faciem*, ut nostrum *Gesicht*, jam ad c. 9 indicavi, fretus loco *Plutarchi V. Alex. M.* 1: *οἱ ζωγράφοι τὰς ὁμοιότητας ἀπὸ τοῦ προςώπου καὶ τῶν περὶ τὴν ὄψιν εἰδῶν, οἷς ἐμφαίνεται τὸ ἦθος, ἀναλαμβάνουσιν.* Quanquam postea intellexi, posse illic *ὄψιν* etiam esse, ut cum *Plat. Alcib. I. p.* 133. *B.* loquar, *τοῦ ὄμματος ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ τυγχάνει ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ ἐγγιγνομένη*, jamque eo inclino, ut et hic et c. 9 *adspectum* potius interpreter. Quanquam ad sententiam idem est. Omnino enim hoc sibi vult Lucianus, esse qui ideo laudes expetere videantur, quia ea ipsa re meliores se fore sperent; quasi quantum imagini alicujus pictor fictae pulchritudinis addiderit, tantum illius quoque faciei accessurum sit. Cf. *Pro Imm.* 2. 3. *καίτοι πολλοὺς οἶδα χαίροντας εἴ τις αὐτοὺς ἐπαινῶν καὶ ἃ μὴ ἔχουσι προςάπτοι τῷ λόγῳ· — οἴονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ἀλλαγήσεσθαι σφίσι τὰς μορφάς· τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· πολλοῦ γὰρ ἂν ὁ ἔπαινος ἦν τίμιος, εἴ τι καὶ ἔργον αὐτοῦ ἀπολαῦσαι δυ-*

νατὸν ἦν ἐκ τῆς τοιαύτης ὑπερβολῆς. Et c. 6: Προςετίθει δὲ ὅτι μὴ ἐν ἐπαίνοις μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν γραφαῖς τὰ ὅμοια πολλοὶ κολακεύεσθαί τε καὶ ἐξαπατᾶσθαι θέλουσι. Χαίρουσι γοῦν, ἔφη, τῶν γραφέων ἐκείνοις μάλιστα, οἳ ἂν πρὸς τὸ εὐμορφώτερον αὐτοὺς εἰκάσωσιν· εἶναι δέ τινας, οἳ καὶ προςτάττουσι τοῖς τεχνίταις, ἢ ἀφελεῖν τι τῆς ῥινὸς ἢ μελάντερα γράψασθαι τὰ ὄμματα ἢ ὅ,τι ἂν ἄλλο ἐπιθυμήσωσιν αὐταῖς παρεῖναι. Magnam autem albi copiam immisceri velle eas ait pigmentis (haec sunt φάρμακα, cf. *Schaef. ad Dionys. p.* 289 et quem Lehm. laudat, *Koen. ad Greg. Cor. p.* 504.) scil. ἀνδρεικέλῳ, quod mixtum est ex albo et rubro, cf. *Plat. Crat. p.* 424. *E.* — ἐνιότε δὲ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φαρμάκων, ἔστι δ' ὅτε πολλὰ συγκεράσαντες οἷον· ὅταν ἀνδρείκελον σκευάσωσιν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων κ. τ. λ. quem ad l. v. *Ruhnk. ad Tim. p.* 36; niveaeque faciei deinde florum ad instar aliquantum ruboris induci cupere,

ut Maeonia nix minio si certet Hibero,
utque rosae puro lacte natant folia,

ut ait *Propertius II.* 2. 21. Hoc enim est ἐπανθίζειν, facere, ut aliquid alicui rei ἐπανθῇ, i. e. floris in modum superficiem tantum quam levissime attingat. Sic nostro loco ad amussim respondet ille *Imagg.* 7. ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς ὁπόσα μέλανα, λευκὰ δὲ ὅσα τοιαῦτα χρὴ, καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν, et quod c. 51 est: ἐπήνθιζον τῷ χρυσῷ, ejus effectum narrat *Epist. Saturn.* 33. τον χρυσὸν ὅσος, ὃς ἐπανθεῖ τῇ τέχνῃ. Cetera v. ad c. 55. — Ἄνθη et ipsa saepissime usurpari de pigmentis et colore, docte Graevius annotavit. — Verbum quod est ἐγκαταμιγνύναι quod ab ipso Luciano fabricatum esse arbitratur Rudolphus, errat. Occurrit jam apud *Dionys. Hal.* nec uno loco: *Arch. Rom. VI,* 2. — *De compos.* 25, *p.* 382. *Schaef.* — *De Thucyd.* 7. — *De adm. vi in Demosth.* 22. Nec Lucianus tantum *Lexiph.* 25 et *Prom. in Verb.* 7 usur-

pat, sed etiam *Tox.* 42. *Jove Trag.* 6. *Philops.* 4 etc. Reliquorum ejusdem aevi auctorum exempla v. ap. *Boisson. ad Philostr. p.* 470. Λευκὸς autem, ut viris opprobrio vertitur quippe σκιατραφίας indicium, — v. c. *Aristoph. Ran.* 1119. βραδὺς ἄνθρωπός τις ἔθει κύψας λευκὸς, πίων, ὑπολειπόμενος. *Dio Chrysost. Orat. LXIII. p.* 589. *A.* τὸν μὲν τράχηλον ἀποκλίνων, ὑπὸ δὲ ἀργίας καὶ σκιᾶς λευκός. *Luc. Anach.* 25. 29. *Bis Abd.* 28 etc. Cf. *Eustath. ad Iliad.* Λ. *p.* 808. 7. *Jacobs. ad Philostr. p.* 230 — ita laudatur in puellis. *Aristoph. Eccles.* 730. καὶ καλλίστη καὶ λευκοτάτη. *Luc. Gall.* 17. εἶδον γὰρ λευκὴν μέν τινα καὶ ἐπιμήκη τὸν τράχηλον. Cf. *Schaef. ad Dionys. p.* 133.

Τοιοῦτοι — ἀποφαίνοντας.] Quibus ad exitum perductis universae disputationi brevem perorationem addit Lucianus, quae cum proxime antecedentibus nullo modo cohaeret; haec enim, ut exempla obiter allata, parentheseos loco habenda sunt. Tales, inquit, scilicet quales antea descripserat, τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν ἐπαινουμένων θηρώμενοι etc. eorum, qui historias conscribunt, sunt plurimi, quippe qui hodierno tantum diei suisque ipsorum commodis operam dent fructibusque iis, quos ex historiae studio percipi posse sperant; quos odisse sane oportebat, in praesentia quidem adulatores et manifestos et rudes sese praebentes, posteritati autem suis illis exagerationibus omne id studium suspectum reddentes, scilicet adeo ut jure dicere potuerit *Juvenalis* X. 175:

— et quidquid Graecia mendax
Audet in historia;

et ipse *Quinctilianus Inst. Orat. II.* 4: «nam Graecis historiis plerumque poëticae similis est licentia.» Cf. omnino de vi hyperboles in historia *Weiske de Hyperbole errorum in hist. Philippi Amyntae F. commissorum*

genitrice Diss. I, p. 11, qui tamen quod nostro in loco obiter monet majore interpunctione posita post θεραπεύοντες sensum perverti, quasi vero οὓς μισεῖσθαι etc. pertineat ad scriptores, «non ad homines ab iis celebratos,» id me non intelligere ingenue fateor. Μισεῖσθαι passive dici, quis non videat? — At ne praepostere disseramus, id primum animadvertere liceat, Ed. Pr. Flor., quae omittat καὶ ante τὸ ἴδιον, τὸ τήμερον adverbii loco intellexisse videri: *ita scriptorum hodierno aevo plerumque comparata sunt studia, ut illi suis tantum consulant commodis* etc., haud male, nisi id καὶ Codd. consensus tueatur. — Deinde cum illis: τὸ χρειῶδες etc., comparari potest *Pro Imm.* 20: ὁ μὲν οὖν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγον ποιούμενος τὴν πρόνοιαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν κ. τ. λ. — Ad ea autem, quae sunt καλῶς εἶχεν, cave cum Rud. suppleas ἄν. Καλῶς ἂν εἶχεν signif, *sub conditione quadam justum fore; quae tamen conditio quum deficiat, justum jam non esse;* sententia h. l. quam maxime contraria. Καλῶς εἶχε dictum est pro Praes., ut προςῆκεν, ἐχρῆν etc., quibuscum idem significat. Et sic sexcenties: *Charon.* 1, ubi pari modo lapsus Hemsterhusius H. Stephanum male reprehendit; *Merc. Cond.* 5. *Bis Acc.* 32 etc. Πρόδηλος significatu adaucto dictum est, ut *Hermot.* 36. 59. 70. *Alex.* 20 etc. Simili modo κατάδηλος. *Plat. Lys. p.* 220. *D. Alc. II. p.* 142. *C. Apol. Socr. p.* 23. *D. Criton.* 46. *D. Xen. Mem. Socr. I.* 4. 14. Nam κατὰ quoque in Compos. vim gerit augendi. Cf. *Abresch. ad Cattier. p.* 87 et luculentum locum *Aristot. de Anima II.* 10. 8. τὸ μήτε κατάξηραν οὖσαν τὴν γλῶσσαν αἰσθάνεσθαι μήτε λίαν ὑγράν. Illuc redeo. Ἀτέχνους appellat, οὐδὲ γὰρ κατὰ τέχνην αὐτὸ δρᾷν ἴσασιν, v. C. XI. — Ἐς τοὐπιὸν non raro occurrit. *Ver. Hist. II.* 27. *Phalar. I.* 5. *Saltat* 3 etc. — Postremo πραγματεία et πραγματεύεσθαι de operis qualiscunque instituto et tractatione studioque inprimis literario et vel indagandae veritati vel libris conscribendis

intento tum apud Platonem, tum potissimum apud citerioris aevi auctores et saepissime occurrit et latissime patere constat. Cf. *Plat. Theaet. p.* 161. *E. Gorg. p.* 453. *A. Parmen. p.* 136. *C. Theag. p.* 129. *D.* et quos laudant *Ast. ad Phaedr. p.* 382. *Wytt. ad Phaed. p.* 141. Ex reliquis cf. v. c. *Aristot. Magn. Morr. II.* 10. *Politic. II.* 1. 13. *Diog. Laërt. III.* 55. 63. *Luc. Philops.* 36. *Fugit.* 14 et omnino *Schaef. ad Dionys. p.* 14. — Ἀποφαίνειν simpliciter est *efficere, reddere,* ut v. c. *Necyom.* 12. *εὐδαίμονας ᾤετο καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν τοὺς προςειπόντας.*

Εἰ δὲ — ἐπειςκυκλοῦσι.] Sin quis omnimodo arbitratur jucundum historiae admisceri oportere, en tibi alia, quae quum jucunda sint, veritati nou officiant, in reliquis dictionis omamentis conspicua; quibus neglectis vulgus intrudunt sive inculcant ea, quae ad rem non pertineant. Κάλλη sunt *ornamenta* sive *decoramina*, quae pulchritudinem, dignitatem, honestatem alicui rei addunt. *Demosth. Olynth. III. p.* 35. 15. *δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων. Luc. Nav.* 24. *δημόσια δὲ ἐς κάλλος θέατρα καὶ βαλανεῖα.* De usu vocabuli in arte rhetorica cf. *Ernesti Lex. Techn. Rhet. Gr. p.* 168. — Ἐπειςκυκλεῖν est *aliquid cum violentia quadam tali loco collocare, ubi id non exspectasses.* Sic *Deor. Conc.* 9. *ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας καὶ ὁ Σαβάζιος πόθεν ἡμῖν εἰςεκυκλήθησαν οὗτοι; Philops.* 29. *καὶ τὸ τοῦ λόγου θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπειςκυκληθῆναί μοι τοῦτον ᾤμην ὑπὸ τῆς τύχης.* Recte enim sic edidit Fritzschius ex sent. *Kusteri ad Aristoph. Thesmoph.* 773, cujus exemplis adde *Longin. XI.* 1. Caute autem ille, quod in hoc Aristoph. loco intactum reliquit *εἰςκυλίειν.* Sic Noster *Lexiph.* 8. *εἰςεκύλισέ τις ἡμῖν τὴν ποδοκτύπην.* Nec corrigere debebat *Valck. ad Eur. Hippolyt.* 785 versum *Pherecratis* apud *Stobaeum:*

πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλῖσαι πράγμασι.

V. quae dixi in *V. L.* ad *c.* 4, et *Spitzneri Prosodia ling. gr. p.* 61. Desumta autem esse et haec et similia, ἐκκυκλεῖν, ἐγκυκλεῖν etc. a rei scenicae consuetudine, monuit idem ad v. 102. Adde *Elmsl. ad Acharn.* 415.

Cap. XIV.

Ἐγὼ δ' οὖν — διηγουμένων.] Et haec quidem in universum de historiae conscribendae fine et consilio, quod a plerisque illius aevi historicis perperam considerari Lucianus intellexisset; quibus absolutis, ad peccata in ipsa rei tractatione fere commissa singularibus quibusdam exemplis illustranda transit, et ita quidem ut primum agat de prava et servili veterum scriptorum aemulatione doctrinaeque ostentandae studio (c. XIV—XIX), deinde de propriis quorundam vitiis in dictione vel dispositione conspicuis disserat (c. XX—XXIII), postremo omnium gravissime perstringat eos, qui in ipsa inventione rerumque gestarum expositione vel negligentia vel inepto delectu vel tumida jactatione mendaciisque peccavissent (c. XXIV—XXXII.) Quae historicae pravitatis specimina minime ficta, sed ex ipsis aequalium libris depromta esse, quum omnino consentaneum sit, tum a Luciano diserte affirmatur. Jamque, inquit, equidem narrabo, quae nuperrime in Jonia et mehercule in Achaja quoque non ita pridem audire me memini scriptorum quorundam commenta, qui idem illud bellum historico opere persecuti essent. — Eodem fere modo narrationem exorditur Cleodemus in Nostri *Philops.* 14: ἐγὼ δ' οὖν διηγήσομαι ὑμῖν, ἃ εἶδον κ. τ. λ. Sequ. quoque ad amussim respondent *Xen. Cyrop. II.* 4. 12. Ἔναγχος οὖν ποτέ σου μέμνημαι ἀκούσας. Μέμνημαι c. Partic. v. *Herm.* 55. *Necyom.* 12. *Somn.* 16. *Bis Abd.* 29 etc, — De vocabulo quod est ἔναγχος, doctissime disseruit *Valck. ad Phoeniss.* 204. Hesychius expl. πρώην, προσφάτως, πρὸ μικροῦ,

ἀρτίως, νῦν, ἐγγὺς, πρὸ βραχέος. Unde jam intelligi potest, nullam fere differentiam esse inter ἔναγχος et πρώην, et errare Solanum, qui illud recentius quid notare statuat, adeo ut haec nos certiores facere de reditu Luciani in patriam arbitretur, quum ἔναγχος ad Joniam, πρώην ad Achajam spectent. Quod si voluisset Lucianus, dixisset καὶ νὴ Δία πρώην ἐν Ἀχαΐᾳ. Πρώην proprie est *nudius tertius*, cf. *Heind. ad Plat. Prot. p.* 461. 462; ἔναγχος a *Timaeo* et *Suida* explicatur ἐν τῷ ἔγγιστα (leg. vid. ἄγχιστα) παρελθόντι χρόνῳ. Quorum utrum proprius ad praesens tempus accedat, difficile est ad dijudicandum. Quapropter ἐκ τοῦ παραλλήλου potius constructa esse credam; cujus constructionis vide quae ex ipso Luciano, dulcissimae abundantiae auctore, exempla congessit *Jac. quaestt. Lucc. Spec. I. p.* 10. Adde omnino *Engelh. ad Plat. Lach. p.* 22. Quod autem veluti singulare quoddam subjungit καὶ νὴ Δία ἐν Ἀχαΐᾳ, haec ipsius mens est, Joniae quidem ignosci ejusmodi peccata et posse et debere, ventosae atque enormis istius loquacitatis, quam appellat *Petron.* 2, quam maxime patriae, unde alia proficisci ne exspectaturum quidem esse quenquam; in Graecia autem non injuria aliquem mirari inflatum illud atque inane dicendi genus, quod *Quinctiliano* teste *XII.* 10, ad Asiaticae eloquentiae formam pertineat, quum illi potius ad Atticorum exemplum sese componere debuerint, qui pressi integrique habebantur in quibusque nihil superflueret, quum Asianis judicium maxime et modus deesset. V. *Cic. Brut.* 13: « Nam ut simul e Piraeeo evecta eloquentia est, omnes peragravit insulas atque ita peregrinata tota Asia est. ut se externis oblineret moribus omnemque illam subtilitatem Atticae dictionis et quasi sanitatem perderet ac linguam paene dedisceret. Hinc Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate nec copia, sed parum pressi et nimis redundantes. » Adde quae laudant *Burm. ad Quinct. l. l. Voſs. Institt. Oratt. VI.* 6. 2. *Tom. II. p.* 468, tum *Plut. V. Anton.* 2. Nec quod narrat *Dionys. Hal. de*

Oratt. Antt. 2. *p.* 448 *Rsk.*: ἔξω γὰρ ὀλίγων τινῶν Ἀσιανῶν πόλεων, αἷς δι' ἀμαθίαν βραδεῖά ἐστιν ἡ τῶν καλῶν μάθησις, αἱ λοιπαὶ πέπαυνται τοὺς φορτικοὺς καὶ ψυχροὺς καὶ ἀναισθήτους ἀγαπῆσαι λόγους, diutius durasse videtur, quum e contrario queratur *Petronius*, « nuper ventosam istam et inanem loquacitatem Athenas ex Asia commigrasse. » Quorum generum utrumque quum egregie nosset Noster, qui ab altero studiorum initium fecisset (*Bis Acc.* 27) ex altero postea summa sibi dictionis exempla proposuisset, mirari sane indignarique debuit, ipsa sanae oratoriae artis quasi incunabula jam eadem hac peste affici videri. Quod autem Wielandus Achajam h. l. omnino Graeciam dici arbitratus est, quam in provinciae formam redactam Achajam appellaverint Romani; non convenire puto dictioni ad vetera exempla accuratissime exactae; nec discedo a Rudolpho, qui de ipsa potius Corintho, Achajae pridem capite, intelligendum esse vidit. Cf. c. XXIX. — In extremis haud scio an scribendum sit αὐτὸν τοῦτον τὸν πόλεμον, *ipsum illud bellum*, de quo antea c. II dictum est, *gerade diesen Krieg*; τὸν αὐτὸν τοῦτον πόλεμον est *diesen nämlichen Krieg*, idem illud bellum, sc. quod alios quoque conscripsisse jam dictum esset, quod ab h. l. abhorret. V. *Buttm. ad Plat. Alc. I. p.* 115.

Καὶ — λεχθησομένοις.] E t p e r G r a t i a s, inquit, o b s e c r o, n e q u i s s u s p e c t a h a b e a t, q u a e d i c t u r u s s u m. Similiter *Pseudom.* 4: καὶ πρὸς Χαρίτων, μή με νομίσῃς ἐφ' ὕβρει ταῦτα τοῦ Πυθαγόρου λέγειν. Omnino saepissime Gratias obtestatur Lucianus, quarum se servitio quam religiosissime adscripsisset; v. c. *Scyth.* 9. etc.

Ὅτι — συγγράμματι.] V e r a e n i m e s s e, v e l j u r e j u r a n d o, inquit, a f f i r m a r e p o s s i m, n i i n d e c o r u m e s s e t c o m m e n t a r i o i n s e r e r e j u s j u r a n d u m. Perstringere videtur ineptos commentatores, quorum mendaciis jusjurandum historicae comprobationis loco esset, qualem ipse describit c. XXV. Cf. etiam *Phi-*

lops. 5: οἷα μὲν εἶπεν, ὅπως δὲ αὐτὰ ἐπιστώσατο, ὡς δὲ καὶ ἐπώμνυτο τοῖς πλείστοις. Male *Struv. lectt. Lucc. p.* 233 conj. ἐπώμνυ. Activum non usurpatur nisi de fide data vel in jure vel in foedere pactove concludendo, ut v. c. *Plat. Epist. VI. p.* 323. *C. Achill. Tat. VII.* 12; Medium sign. *dejerare*, fere ut nostrum *sich verschwören. Aristoph. Plut.* 725. *Luc. Tim.* 47. *Herm.* 67. *Tox.* 11.

Εἷς — ἀμείνων.] Unus quidem ex illis initium statim a Musis fecit, precatus Deas, ut sese in conscribenda historia manu sua adjuvarent — viden' ut concinnum et tali dicendi generi accommodatum? — inde haud multo post Achilli quidem imperatorem nostrum (L. Verum, ut videtur) comparavit, Thersitae autem Persarum regem, ignarus ille, longe sibi praestantiorem fore Achillem suum, si Hectorem potius quam Thersitem oppresserit, et si vir fortis sit ille qui fugiat, persequatur autem illum multo praestantior alter. Bene Rudolphus ideo potissimum ineptum fuisse hoc exordium observat, quoniam poëtae non tam voces et metricum ornatum, quam res ipsas sibi suggeri a Musis exspectare soleant, historicus autem facta non debeat a Musis petere, i. e. fingere, sed a testibus fide dignis sumere. Συνεφάψασθαι quum omnino sit *manus adjutrices admovere, cum aliquo simul rem aggredi*, cf. *Baehr ad Plut. V. Philop. p.* 14, tum inprimis de Deorum adjumentis usurpatur. Quam in sententiam jam Rud. adhibuit *Amorr.* 6. Δία ξένιον ἵλεω συνεφάψασθαι τῆς ἀποδήμου στρατείας ἐπικαλεσάμενος. Idem est συνεπιλαβέσθαι, qua de voce v. doctam annotationem *Hemst. ad Prom.* 13: τὴν Ἀθηνᾶν παρακαλέσας συνεπιλαβέσθαι μοι τοῦ ἔργου. Nec dubito quin *de Domo* 4 recte conjecerit Guyetus: τὰς Μούσας ἐκάλει καὶ ἐπίστευσε ἥξειν αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐρημίαν, συνεπιληψομένας τῶν περὶ τοῦ ἔρωτος λόγων. Vulg. συμπεριληψομένας. — In sequ.

olim legebant παρὰ πόδα ἡ ἱστορία. Cui lectioni quum Gesn. praestantissimorum Codd. auctoritate substituisset περὶ πόδα ἡ ἱστορία, hanc sententiam interpretando expressit: *quam — conveniens historia quaeque tale orationis genus deceret*, addiditque, «exordium est velut pes, cui tamquam calceus accommodatur reliqua inepti scriptoris historia,» quam equidem explicationem non coactam tantum cum Rudolpho, sed omnino falsam haud cunctanter dixerim. Nam ut περὶ πόδα dici possit de historia, ita quae sequuntur, τῷ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα ad exordium necessario referenda sunt, ipsum enim τὸ τοιοῦτον εἶδος historiam esse quis non videat? Quapropter omnimodo amplectenda erat lectio τῇ ἱστορίᾳ. Historia est velut pes, cui exordium accommodatur ut calceus. Hinc enim similitudine repetita, deinde omnino de ea re dici περὶ πόδα εἶναι, quae alteri cuidam *ab amussim* respondeat, pridem ab intpp. intellectum est. Sic Noster *adv. Ind.* 10. περὶ πόδα σοι Εὐάγγελος οὗτος. *Pseudol.* 23. *Pro Merc. Cond.* 4. Lehmannus, qui recepisset τῇ ἱστορίᾳ, pro solita sua negligentia, in interpretatione latina, quum correxisset *historiae*, reliquit Gesneri *quaeque*. — Porro quod h. l. μικρὸν ὑποβάς, *Platoni in Menone p.* 95. *E.* est ὀλίγον μεταβάς. Propius ad nostrum *Diog. Laërt. VIII.* 52. Ἀπολλόδωρος ὁ γραμματικὸς — φησὶν· — — εἶθ' ὑποβὰς κ. τ. λ. *Stob. Ecl. Eth. II.* 7. *p.* 70 *Heer.* περὶ ὧν ὑποβὰς διαρθρώσω. — Postremo cum Homerico loco, quem respicit Noster, *Iliad.* X. 158:

Πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφευγε, δίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων

Fritzsch. quaestt. p. 134 apte contendit alterum Φ. 279:

ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι ὃς ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος,
τῷ κ' ἀγαθὸς μὲν ἔπεφν', ἀγαθὸς δέ κεν ἐξενάριξεν,

et *Josephum* in *Prooemio Belli Judaïci:* οὐχ ὁρῶσι δὲ ὡς πῶς ἂν εἶναι μεγάλοι δοκοῖεν οἱ μικροὺς

νενικηκότες. Egregie autem Rudolphus intellexit, haud parvam vim positam esse in eo, quod versus Homerici partem attulerit Lucianus. Demonstratur enim ea re, quam futile esse oporteat ingenium in illo Homeri scilicet aemulo, quem ipsius potissimum Homeri verbis statim ab exordio confutare liceat.

Εἶτα — πατρίδος.] Deinde, pergit narrare Noster, de se ipso laudes quasdam subjunxit tamque claras res gestas quam dignus esset conscribere. Jamque ad finem vergens patriam quoque suam, Miletum, praedicavit, addiditque, melius hoc se facere Homero, qui nullam patriae suae mentionem injecisset. Putidum vero et futile scriptoris ingenium, qui quum statim ab exordio insulsum se et ineptum Homeri aemulum praestitisset, jam eo usque arrogantiae progressus sit, ut, quales de Homeri rebus vel minutissimis agitatas esse constat disputationes, easdem de se quoque apud posteri aevi doctos exstituras esse exspectaret, quorum sollicitudini ut pro virili caveret, exemplar suum vel superare ea re studuit, ut patriae quoque laudes nomenque una cum suis aeternitati committeret. — Quod a Lehmanni lectione *αὑτοῦ* recessi, factum est ex ea observatione, quam proposui in *Spec. Plut. p.* 38—41; *ὑπὲρ αὑτοῦ* esset *de se, ὑπὲρ αὐτοῦ* est *de se ipso.* Qua de re quum sexcenties dicendum esset, semel monuisse sufficiat. — Verbum quod est *κατιὼν* diu dubitavi an potius redderem: *jamque ad propositum rediens*, qua sententia ironia quaedam haud invenusta exsisteret. Neutram in sententiam exempla in promptu sunt; nam quod *de Saltat.* 19 dicit: *ἐπεὶ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διεξεληλύθαμεν, καὶ ἐς τὴν γείτονα αὐτῶν Αἴγυπτον καταβῆναι τῷ λόγῳ*, ipsius Aegypti situm inferiorem spectari apparet. Ad constr. proprius accedit *Dionys. Hal. Epist. ad Cn. Pomp.* 3, *p.* 769. 15: *καὶ προελθὼν εἰς τὴν βαρβάρων κόλασιν καὶ τιμωρίαν λήγεται.* Gesn. reddit: *progressus*, quod non placet. — De dissensione circa Homeri patriam laudasse sufficiat

Gell. N. A. III. 11. Grammaticos ea de re summis cum studiis disceptantes ridet Lucianus *Ver. Hist. II.* 20, nec nostro aevo desint, quos ridere hoc nomine possis.

Εἶτ' — δύνηται.] Deinde in exordii fine disertis verbis et clara voce pollicitus est, se res nostras ad altius fastigium evecturum, barbaros autem et ipsum, quantum per vires liceat, debellaturum esse; facillimo scilicet negotio, uno calami ductu civitatum moenia evertere, naves hostium demergere, regesque et duces bello faciendo occupatos confodere, ut ait Noster c. XXXVIII. — Διαῤῥήδην et σαφῶς jungit etiam *Deor. Conc.* 3. μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην λέγε. Cf. etiam *Jov. Trag.* 31. φησὶ γὰρ τὸ λόγιον οὑτωσὶ διαῤῥήδην. *Themist. Orat. XXI. p.* 244. *A.* ἰδοὺ γὰρ ὑμῖν διαῤῥήδην αὐτὸς ἐγὼ λέγω: et quae laudat *Grauert. ad Aristid. Decl. Leptin. p.* 118. Originem traxit hoc adv. a verbo διειρηκέναι, quod ipsum quamquam raro signif. *diserte edicere.* Cf. *Wolf. ad Leptin. p.* 246. — Statim ut ἐπὶ μεῖζον αἴρειν, in *Pseudom.* 25 est ἐπὶ μέγα ἤρθη. Cf. omnino *Krüger ad Dionys. p.* 86. — Postremo ne offendare in enallage temporum αἴρειν et καταπολεμήσειν, adeas *Heind. ad Plat. Soph. p.* 329 et *Buttm. ad Criton. p.* 102. Constat enim post v. *promittendi*, prouti vel notionem vel effectum scriptor spectaverit, praesens futurumque promiscue usurpari. Alia res est in Aoristo, qua de re multus est *Lobeck. ad Phryn. p.* 749, nec quaestionem absolvit *Jac. ad Tox. p.* 139. 147. Neque enim illud quaerendum erat, quid a Futuro, sed quid a Praesente differret hac in constructione Aoristus; qua de differentia v. quae disserui in *Spec. Plut. p.* 17.

Καὶ — τοιαῦτα.] Huic igitur promisso ut staret neque «εὔξασθαι τι δέον μή τι παραλίποι», hoc ipsius historiae initium fecit, quo simul causas belli suscepti exponeret, ad Herodoti videlicet Thucydidisve exemplum, quorum ille: τά τε ἄλλα, inquit, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπολέμησαν ἀλλή-

λοισι, hic autem *I.* 23: *διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον*, exordio composito: impuratissimus enim ille pessimisque exemplis periturus Vologesus bellum gerere coepit hanc ob causam. Nota haec vel ex *Aristophane* convicia. *Ran.* 469. *ὦ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε.* *Plut.* 713. *σὺ δὲ πῶς ἑώρας, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε.* *Av.* 1475. *Pac.* 2. *Acharn.* 963. *Eccles.* 1097. Inde habent Noster *Deor. Dial. I.* 1. *XVI.* 2. *Alciphr. I.* 37. *III.* 6. Sic etiam *Icarom.* 33. *κακοὶ κακῶς ἀπολοῦνται.* Quae ut illic a vulgaris sermonis imitatione excusationem adeoque laudem inveniunt, ita ab historico dicendi genere quam longissimo intervallo distant. Et de hoc quidem hactenus.

Cap. XV.

Ἕτερος — *ἀποπνέουσαν.*] Alius, Thucydidis ille aemulus omnibus scilicet numeris absolutus et quam maxime ad archetypi sui similitudinem compositus, initium quoque, ut ille, a nomine suo fecit: initiorum omnium elegantissimum quodque ipsum thymum Atticum redoleret. — Ἄκρος tralatitio significatu de iis quoque usurpatur, qui in studiis professionibusque excellunt. *Plat. Theaet. p.* 148. *C. σμικρόν τι οἴει ἐξευρεῖν καὶ οὐ τῶν πάντη ἄκρων; p.* 152. *E. τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας.* *Luc. Vit. auct.* 2. *μάντιν ἄκρον βλέπεις.* *Hermot.* 76. *Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ.* *Adv. Ind.* 26. *πάνσοφόν τι χρῆμα καὶ ἄκρον ἐν παιδείᾳ.* — Οἷος — *εἰκασμένος* dictum est pro *τοιοῦτος ὥςτε εἰκάσθαι.* Sic *Philops.* 27, *ὁ πυρετὸς οἷος καύσωνος σφοδρότερος.* Latine vix ad verbum reddideris, unde fit ut saepissime abundantiae speciem incurrat *οἷος.* *Aristoph. Vesp.* 1005. *ὁ δ' ἕτερός ἐστιν οἷος οἰκουρὸς μόνον.* *Plat. Euthyphr. p.* 2. *B. εἴ τινα νῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλητον οἷον τετανότριχα.* *Euthyd. p.* 272. *A.* Συγ-

γράφεσθαι λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια. Id quod omnium maxime ante Superlativos invaluit. Cf. *Aristoph. Equ.* 987. *Xen. Anab. IV.* 8. 2. *Plat. Apol. Socr. p.* 23. *A. Luc. Phal. I.* 11. *Imagg.* 13. *Navig.* 22. *Fugit.* 14 etc. — Archetypum dicunt etiam latini. *Plin. Epp. I.* 20. 9: « Est enim oratio actionis exemplar et quasi ἀρχέτυπον;» et *V.* 10: « Ut enim pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in pejus effingunt, ita ego ab hoc archetypo delabor et decido. » Similitudinem peti apparet a τέχναις μιμητικαῖς. Sic *Luc. Zeux.* 5. Cf. etiam *Prom. in verb.* 3. Eodem ex genere ductum est verbum εἰκασμένος. *Tox.* 5. γραφαῖς ὑπὸ τῶν παλαίων εἰκασμένα δείκνυται. *Hermot.* 19. *Aët.* 6. *Alex.* 3. *Phal. I.* 11. — In extremis quod est θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν, de Genitivo laudasse sufficiat *Matth.* §. 362. Adde Nostr. *Deor. Conc.* 4. *Nav.* 2. *Jacobs. ad Philostr. p.* 230. Articuli autem collocatione ne quis, auctoritate inductus *Schaeferi Melett. p.* 8, offensionem suscipiat, conf. *Plat. Prot. p.* 309. *A*: ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν. *Politic. p.* 296. *A.* Οἶσθ' οὖν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ λόγον τὸν ὑπὸ τῶν πόλλων λεγόμενον; *Luc. Philops.* 17. σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταύρων πεποιημένου. *Tox.* 17. βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ etc. Recte deinde restitutum esse θύμου e conjectura Gronovii Graeviique, dubium esse non potest. Exemplis confirmavit *Hemst.* ap. *Geel. p.* 60, ex quibus apponere liceat *Quinctil. Institt. XII.* 10: « Quid est igitur, cur in iis demum, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent, ibi demum thymum Atticum redolere dicant? » et *Terent. de Metris p.* 2487 *Putsch.*:

Nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
Pari lepore consecutus et metro.

Idem mendum olim occuparat *Tim.* 56: Οἶσθα γὰρ ὡς μάζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον ἢ κάρδαμον. Thymus enim, cujus immensam copiam Attica tellus progigneret, plebeculae cibus erat

ordinarius. Cf. *Merc. Cond.* 19. *Fugit.* 14. Hinc *Aristoph. Plut.* 253: *ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες*, rusticitatisque signum est *Theophrasto Char. IV*: *τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν*. Hoc contra loco iisque, quos laudat Hemst., urbanitati potius sermonis Attici designandae servit. Thymo enim pascuntur apes quoque Hymettiae (*Virg. Ecl. V.* 77) redolentque thymo fragrantia mella (*Aeneid. I.* 476). Neque ulla aptior erat similitudo, qua exprimeretur dulce spirans illa et melle dulcior Attici oris jucunditas dictioque ad Atticorum aures teretes et religiosas accommodata semperque prudenti illorum sinceroque judicio comprobata, qui, ut ait *Cic. Orat.* 8 et 9, nihil possent nisi incorruptum audire et elegans, quorumque religioni qui serviret, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Cui quidem dicendi generi quantum conveniat horridum illud a barbaro barbari hominis nomine initium ductum, quaque sententia Atticum illud thymum redolere Lucianus dixerit, neminem facile latere potest.

Ὅρα — ξυνισταμένου.] Ecce enim: Creperejus Calpurnianus Pompejopolitanus conscripsit bellum Parthorum et Romanorum, quod inter illos gestum est, scribendi initio statim a principio belli facto. Exordium expressum ad Thucydidis exemplum: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. Quod apud Nostrum est ξυνισταμένου, usitatius est. V. C. 5: εἴποτε πόλεμος ἄλλος συσταίη. Ipse *Thuc. I.* 15. πόλεμος οὐδεὶς ξυνέστη. *Isocr. Paneg.* 20. μεγίστου γὰρ ἐκείνου πολέμου συστάντος, quos laudat Gottl. Quamquam Thucydidem magis frequentare alterum animadvertit *Krüger. ad Dionys. p.* 115. — Πομπηϊουπολίτης absurde olim reddebatur *Pompeji civis*, errore jam ab Almeloveno notato. Duo hoc nomine in Asia oppida. Paphlagoniae alterum, de quo *Strabo XII.* 3. et Steph.

s. v.; alterum Ciliciae, prisco nomine Soloe appellatum, ut refert *Strabo XIV.* 5. *Appian. de bello Mithr.* 105. *Steph. v.* Σόλοι. Illud h. l. respici Solanus arbitratur, quo argumento, equidem ignoro.

Ὥςτε — εὖ ποιῶν.] Adeo ut post tale exordium, cur, inquit, cetera tibi narrem, aut quales conciones in Armenia habuerit, ipso illo Corcyraeorum oratore in medio constituto; aut quali Nisibenos, qui Romanorum partes secuti non essent, afflixerit pestilentia, quam totam mutuam sumsit a Thucydide, non relicto nisi Pelasgico moenibusque longis, in quibus tunc qui pestilentia correpti essent habitarant. Ceterum et ipsa ab Aethiopia inceperat, adeo ut in Aegyptum quoque descenderet Persarumque regis imperii maximam partem invaderet; et in illo quidem, sapiens, remansit. Non necessarium fore ait Noster, singulis exemplis ex ineptissimo illo scriptore afferendis immorari; nam qui Thucydidem nosset, illius quoque historiam callere, quam is pravissimo studio, paucissimis tantum ad praesentis aevi speciem immutatis, ad verbum ex illo non expressisset tantum, sed etiam exscripsisset, adeo ut, modo verbis ejus uti posset, vel rerum gestarum narrationem ad illius historiae argumenta accommodaret atque effingeret; quo facto iste, quum Thucydidis sibi laudem comparare studeret, ne historici quidem nomen meruit. Sic v. c. iisdem fere verbis, quibus apud *Thucyd. I.* 32 *sqq.* Corcyraeorum orator ad populum Atheniensem utitur, illum in Armenia concionatorem quendam disserentem commentum esse ait. Et Solano quidem *Armenium* oratorem videtur indicare, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Corcyraei apud Thuc. ab Atheniensibus petunt. Equidem *Parthicum* potius crediderim oratorem, qui regulum Armenum iisdem verbis ad foedus ineundum sollicitaret, contraque ad Corinthiorum exemplum concionantem Romanum, qui id foedus quo

minus fieret, impedire studeret. — Παριστάναι, παραστήσασθαι, *in medium producere, in conspectu omnium constituere*, respondet ei quod est παριέναι, *in medium prodire.* Exempla non rara: *Demosth. adv. Mid.* 27. παιδία γὰρ παραστήσεται. *Luc. Nigr.* 6. μάρτυρα γὰρ σὲ παραστήσασθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐθέλω. *Hermot.* 45. εἴ τις παραστησάμενος καλὸν ἄνθρωπον etc. *Philops.* 13. τὴν Ἑκάτην αὐτὴν ἐναργῆ παριστάς, ubi id quoque quod est αὐτὸς, sicuti nostro loco, vernacule reddere possis *leibhaftig.* Sic *Navig.* 10. πάνυ μὲν οὖν Ἀδείμαντος αὐτός. *Aristoph. Equ.* 1101. καί μοι 'δόκει ἡ θεὸς αὐτὴ ἐκ πόλεως ἐλθεῖν. — Et has quidem conciones fictas ab isto esse, dubium esse nequit; pestilentiam autem hoc bellum cum illo, quod Thucydides descripserat, revera communem habuit, quamquam longe diverso et ortu et incremento, adeo ut ad describendam eam minime verbis Thucydideis uti aliquis posset. Neque enim, ut illa apud *Thuc. II.* 48, in Aethiopia nata est, sed in Babylonia, ut ait *Jul. Cap. V. Veri* 8; ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, in quam miles forte incidisset, spiritum pestilentem evasisse atque inde Parthos orbemque implesse. Neque intra Parthorum fines constitit, sed Romam usque pertinuit perque totum orbem Romanum tanta cum vehementia grassata est, ut vehiculis cadavera sint exportata sarracisque, et multa hominum millia eo morbo consumerentur et multi ex proceribus, quod e *Jul. Cap. V. M. Anton.* 13. et Nostri *Pseudom.* 36 bene Solanus observavit. Quod si quis scripta haec esse existimet ante luem illam latius propagatam, ut quam L. Verus demum in eas provincias, per quas redierit, secum deferre visus sit, haud sane is inepte statuat, praesertim quum hunc ipsum libellum ante belli exitum a Nostro conscriptum esse e c. XXXI constet; praeferenda tamen esse videtur Solani sententia, ironicas gratias historico illi Lucianum agere, qui pestilentiam, quae jamjam Romanorum quoque imperium invadere coepisset, intra hostium fines subsistere jusserit, quasi eo facto et ipsa

vis mali inhiberi potuisset. — Nisibin, Mygdoniae, Mesopotamiae partis, caput, Tigridi propinquam, quum a Trajano expugnata esset, mox rursum defecisse iterumque a Lusio captum esse, *Dio Cass. LXVIII.* 23. 30 narrat; praeterea de fide ipsorum adversus Romanos nihil constat. Inde a Veri tamen aevo in Romanorum potestate eam mansisse, recte inde colligere videtur *Mannertus Geogr. T. V. P.* 2, *pag.* 296, quod postea a Severo munita magnoque honore est affecta. *Dio Cass. LXXV.* 3. De gentili nomine egregie *Steph. Byz.*: τὸ ἐθνικὸν Νισιβηνός. Καὶ ἔδει Νισιβίτης, ἀλλ᾽ ὁ τύπος Αἰγύπτιος καὶ Λιβύης. Ὁ δὲ διὰ τοῦ ηνος, παρὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὴν ἕω, ὡς Σωφηνὸς, Ταξηνὸς, Καμβυσηνός. — De descriptione pestis apud *Thuc. II.* 47—54 vix est quod moneam; quam quod ἄρδην χρήσασθαι ab eo ineptum illum narrat Lucianus, cum acerbitate quadam nec sine contemtu dictum est. Alienis enim ab opibus suae penuriae subsidium petere coactum ad Thucydidis scrinia confugisse tamque inclementer miserum illum compilasse, ut nihil quidquam illi relinqueret, nisi quae ipsi Athenarum solo urbisque descriptioni adhaerentia Nisibin transferri nullo modo possent. Ἄρδην, quum descendat ab eo quod est αἴρειν, omnino usurpatur de iis, quae ita tolluntur, ut nullum illorum maneat vestigium. Quod bene expressit *Hesychius:* ἄρδην φοράδην ἢ σφόδρα ἢ παντελῶς ἢ ἀθρόως ἢ ἐξ ὁλοκλήρου. Quem quum laudasset Rudolphus, explicare non debebat *sine judicio et delectu.* Cf. *Vig. p.* 372. *Plat. de Legg. IV. p.* 708. *B.* ἤδη δέ ποτε καὶ ξυνάπασα πόλις τινῶν ἔφυγεν ἄρδην, ubi male ab Astio ad sequentia refertur distinguendo. *Plut. V. Flam.* 9. παρὸν ἐκκόψαι τὸν πόλεμον ἄρδην. *Luc. Jud. Voc.* 2. *Merc. Cond.* 41. *Ver. Hist. I.* 39. *Calumn.* 1 etc. — Χρήσασθαι addubitari ab Atticistis, Buttm. monuit. *Antiatt. Bekk.* 116, 11: χρήσασθαι ἀντὶ τοῦ δανείσασθαι Ἀντιφάνης. Male huc refert Rud. *Aristoph. Nub.* 22, τί ἐχρησάμην; — De Pelasgico laudasse sufficiat *Herod. VI.* 137. *Aristoph. Av.* 831

c. *Schol. Dionys. Arch. Rom. I.* 28. *Pausan. Att.* 28. 3. *Luc. Bis Acc.* 9. *Pisc.* 42 c. *Schol.* quorum partem Solanus occupavit, inprimis autem, quem locum spectavit Noster, *Thuc. II.* 17: *τό τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον διεκώλυε τοιόνδε λέγον ὡς τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον· ὅμως ὑπὸ τῆς παραχρῆμα ἀνάγκης ἐξῳκήθη.* Et paullo post: *οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾤκησαν κατανειμάμενοι καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ πολλά.* Quae sequuntur, et ipsa ad verbum expressa sunt ex eodem *II.* 48: *Ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται, ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην κατέβη καὶ εἰς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν.* Extrema exstant etiam apud *Charit. V.* 1, ubi vid. *Dorvill. p.* 464. De toto cf. *Wytt. ad Plut. S N. V. p.* 73. Respexisse videtur etiam *Philostr. Heroicc. p.* 711: *καὶ γὰρ δὴ ὁ λοιμὸς ὃν προὔλεγον, ἐνέσκηψε μὲν ἐς τὰς Ἑλλησποντιακὰς πόλεις, ἀρξάμενος, φασὶν, ἐκ τοῦ Πόντου* etc.

Ἔγωγ' οὖν — ἔμελλε] Et se quidem ait, quum ille adhuc miseris Atheniensibus Nisibi sepeliendis occupatus esset, i. e. quum ad eum operis locum pervenisset, ubi ea ipsa, quae *Thuc. II.* 52. de Atheniensium, qui peste occubuerant, sepultura narrat, de Nisibenis referret, relicto eo abiisse, ut qui ea quoque, quae post discessum suum recitaturus ille esset, e Thucydidis scilicet lectione accuratissime cognita haberet. Simillime *Philops.* 39: *ταῦτα ἔτι τοῦ Εὐκράτους λέγοντος, ἰδὼν οἷ τὸ πρᾶγμα προχωρήσειν ἔμελλε, οὐ δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν μόνος ἀντιλέγειν ἅπασιν, ἀπολιπὼν αὐτὸν ἔτι διαπλέοντα ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν Μαλλόν· ἀλλ' ἐγὼ ἄπειμι, ἔφην* etc.

Καὶ γὰρ — νὴ Δία.] Haec enim, inquit, opinio et ipsa admodum nunc obtinet, ut hoc Thucydideis similia dicere esse putent,

si quis, paucis immutatis, iisdem quibus ille verbis utatur etc. Extrema enim quam maxime sunt corrupta; de quibus quid sentiam, in Var. Lect. indicavi, nec nunc ejus me sententiae poenitet. Cetera nullis difficultatibus obnoxia; *πολύ ἐστι* invenies etiam *Plat. Gorg. p.* 465. *D: τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν*, quem ad l. laudat Heind. *de Legg. I. p.* 633. *B: τὸ περὶ τὰς καρτερήσεις τῶν ἀλγηδόνων πολὺ παρ' ἡμῖν γενόμενον.* Adde *Herod. IV.* 126: *ὡς δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγένετο καὶ οὐκ ἐπαύετο. Luc. Pseudom.* 20. *πολὺ ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ· πόθεν γὰρ οὗτος ἠπίστατο; Merc. Cond.* 5. *Char.* 17. *Mort. Dial. I.* 1; *IX.* 3. *καὶ μὴν πρόδηλος ὁ ἔρως οὑτοσί πολὺς ὢν* etc. *Themist. Orat. XXI. p.* 257. *D. ἔστι που τἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος πολὺ μὲν ἐν τοῖς μαθήμασι καὶ διδάγμασι, πολὺ δὲ ἐν συμβολαίοις καὶ συναλλάγμασιν.* — Idem pravae imitationis studium, quod in verbis potius quam ingeniis exprimendis poneretur, carpit Noster *Jove Trag.* 14: *σὺ δὲ τῶν Δημοσθένους δημηγοριῶν τῶν κατὰ Φιλίππου ἥν τινα ἂν ἐθέλῃς, σύνειρε, ὀλίγα ἐναλλάττων· οὕτω γὰρ οἱ πολλοὶ νῦν ῥήτορες ποιοῦσι.* ΖΕΥΣ. *Εὖ λέγεις· σύντομόν τινα ῥητορείαν καὶ ῥᾳδιουργίαν ταύτην εὔκαιρον τοῖς ἀπορουμένοις.* Adde *Quinct. Institt. X.* 2: «Plerique, quum verba quaedam ex orationibus excerpserunt aut aliquos compositionis certos pedes, mire a se, quae legerunt, effingi arbitrantur. — — Noveram quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud coelestis hujus in dicendo viri sibi viderentur, si in clausula posuissent: esse videtur.» — Egregie etiam *Dionys. Hal. Arte Rhet. X.* 19, *p.* 394 *Rsk.: μίμησις γὰρ οὐ χρῆσίς ἐστι τῶν διανοημάτων, ἀλλ' ἡ ὁμολογία τῶν καίρων, ἔντεχνος μεταχείρησις.*

Κἀκεῖνα — συνᾴδοντα] Et haec, inquit, parum aberat quin omitterem. Idem enim ille scriptor plurima et arma et tormenta iisdem, quibus Romani ea appellant, nominibus insignivit, immo et fossam, et pon-

tem et similia eodem quo illi vocabulo nuncupavit; scilicet ut simul Romani sermonis peritiam, simul rei bellicae consuetudinem ostentaret, veluti si quis nostro aevo historicum opus verbis e Gallico sermone repetitis immodice distingueret. Jamque mihi, Lucianus inquit, recogita, quantam historiae illius dignitatem fuisse consentaneum sit, Thucydidique quam concinnum, quum media inter Attica vocabula Italica illa interposita jacerent, quae illis scilicet praetexti instar ornamentum decusque adderent atque omnino cum illis consentirent. Latina enim Graecis admixta omnium maxime offensioni fuisse colligi potest e *Ciceronis* verbis *Tuscul. I.* 8: « Scis enim, me Graece loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Graeco Latine. » — *Καί μοι ἐννόησον* haud insolenter occurrit apud Nostrum. Cf. *Merc. Cond.* 12. *εἶτ' ἐννόησον ἄνδρα ἐν βαθεῖ πώγωνι κ. τ. λ.* *Hermot.* 15. *καὶ μή μοι τὸν νῦν δὴ τοῦτον σεαυτὸν ἐννόει.* *Tyrannic.* 20. *νῦν μοι ἐννοήσατε οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν τύραννον.* *Peregr.* 41. *ἐννόει τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι.* Simile *Pseudom.* 16. *εἶτά μοι ἐπινόησον οἰκισκον οὐ πανὺ φαιδρόν.* — Extrema distinguendo juvi. Liberius vertit Wielandus: « *sein attisches Gewand mit italiänischen Purpurläppchen zu besetzen.* » Male. Quod si ad nostrum dicendi usum convertere voluit, dictum oportuit *Tressen.* Πορφύρα est clavus sive latus sive angustus, vel, ut ait *Seneca Epist. LXXI*, praetextum, differtque a *πορφυρίδι*, de qua dixi ad c. VIII. Cf. *Luc. Demon.* 41. *Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων ἐπὶ τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα.* *Paras.* 58. *ἀτιμότερος ἐσθὴς ἄνευ πορφύρας.* *De Domo* 7. *τοσοῦτον τῇ εὐμορφίᾳ προστιθεῖσα, ὅσον τῇ ἐσθῆτι ἡ πορφύρα.* *Dio Chrys. Orat. XXXI, p.* 359. *D: τῆς ἐσθῆτος ὁ τρόπος, ὡς ἄν τινι γελοῖον φανὲν τῆς πορφύρας τὸ μέτρον.* *Arrian. Diss. Epict. I.* 2. 18: *ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλο-*

μαι, τὸ ὀλίγον ἐκεῖνο καὶ στιλπνόν καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τοῦ εὐπρεπῆ φαίνεσθαι καὶ καλά. *Achill. Tat. II.* 11. Ἐσθῆτα δὲ τὸ πᾶν μὲν πορφυρᾶν· ἔνθα δὲ ταῖς ἄλλαις ἐσθῆσιν ἡ χώρα τῆς πορφύρας, ἐκεῖ χρυσὸς ἦν. — Τὸ *ἐμπρέπειν*, ut h. l., *πορφύρᾳ* tribuitur *Adv. Ind.* 9, quem bene adhibuit Rudolphus: *ἡ πορφύρα δὲ ἐνέπρεπε τῆς ἐσθῆτος.* Nec praetereundus *Rhet. Praec.* 16, ubi itidem Noster flores distinguendae orationi aliunde adspersos *πορφύρας* nomine appellat: *μελέτω δὲ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἐὰν ἀνόμοια τούτοις καὶ ἀσύμφυλα καὶ ἀπῳδὰ· ἡ πορφύρα μόνον ἔστω καλὴ καὶ εὐάνθης, κἂν σίσυρα τῶν παχειῶν τὸ ἱμάτιον ᾖ.*

Cap. XVI.

Ἄλλος — *στρατιᾷ.*] Alium autem ex illis narrat nudum rerum gestarum commentarium, quem in literis congesserit, composuisse admodum pedestrem atque humilem qualique vel miles gregarius, qui gesta quotidie in tabulas retulerit, faberve vel caupo, qui cum exercitu circummigraverit, suffecisset. Hoc de loco vide quae monuit *Jacob. Spec. Quaestt. Lucc. I. p.* 21. Χαμαιπετὲς ductum est ab alitum volatu, quae ad altiora se humo relicta attollere nequeunt. Unde *Luc. Hermot.* 5: *χαμαιπετεῖς καὶ παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς.* Distinctius *Philostr. Heroicc. p.* 746: *πράττειν δὲ τοῦτο χαμαὶ πετομένους καὶ μικρὸν τῆς γῆς ὑπεραίροντας.* — De eo quod est *ἀπογράφεσθαι* vix reliquit, quod moneam, *Periz. ad Aelian. IV.* 25. Solemne enim est verbum in civium recensu, quorum nomina censusque in albo annotantur et in rationes referuntur. Sic, quem ille neglexit, *Plat. de Legg. VI. p.* 754. *D: τῶν γραμμάτων, ὧν ἂν ἕκαστος ἀπογράψῃ τοῖς ἄρχουσι τὸ πλῆθος τῆς αὐτῶν οὐσίας.* Est fere nostrum *Buch und Rechnung führen.* — *Συμπερινοστεῖν* occurrit etiam *Char.* 1. *Tox.* 56. Multo frequentius simplex *πε-*

ῥινοστεῖν, *oberrare, obambulare, nullo consilio temere vagari.* Cf. *Aristoph. Plut.* 494. ἢν γὰρ ὁ Πλοῦτος νυνὶ βλέψῃ καὶ μὴ τυφλὸς ὢν περινοστῇ. *Demosth. de Fals. Leg. p.* 421. 23: ἂν πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν περινοστῇς. *Themist. Orat. XXI, p.* 247. *C.* καπηλεύων ἐν τῇ πόλει ὑμῖν περινοστήσει. *Luc. Aët.* 1. *Scyth.* 9. *Hermot.* 59. 83. *Adv. Ind.* 4. *Pro Imm.* 8. *Tim.* 24. *Diss. c. Hes.* 8. et quos laudat *Wytt. ad Plut. p.* 959. Tenendum enim, verbum quod est νοστεῖν, primarium significatum non habuisse *redire*, sed omnino *ire*, *migrare*, *proficisci.* V. *Clark. et Ernest. ad Hom. Odyss.* O. 119.

Πλὴν ἀλλὰ — προπεπονηκώς.] Quamquam tolerabiliorem fuisse hunc indoctum, qui se quidem, qualis esset, statim ostenderet, lii autem, qui tractandae historiae par futurus esset, venusto homini laboris partem praecepisset. — Μετριώτερος ἦν cave vertas cum Jensio, *modum tenuit;* vernacule optime reddas: *er ging noch eher an.* Simile illud *Sacrif.* 6: καίτοι τὰ μὲν Ἡφαίστου μέτρια, τὸν δὲ Προμηθέα τίς οὐκ οἶδεν κ. τ. λ. — Χαριέντα vix differre a πεπαιδευμένῳ adeoque opponi ἀπαιδεύτῳ et ἰδιώτῃ, jam Reitzius Graeviusque monuerunt, adhibito loco *Peregr.* 39: εἰ μὲν οὖν ἴδοιμί τινα χαριέντα, ψιλὰ ἂν διηγούμην, πρὸς δὲ τοὺς βλάκας ἐτραγῴδουν τι παρ' ἐμαυτοῦ, quem Perizonius quoque laudat ad *Ael. V. H. IV.* 18: Συρακόσιον ἄνδρα χαριέντα καὶ τῶν Ὁμήρου μὴ ἀπαίδευτον. Adde *Plat. Theag. p.* 130. *C.* ἐδίωκον τὰς συνουσίας τῶν χαριεστάτων ἀνθρώπων· νῦν δὲ τοὐναντίον φεύγω, ἄν τινα καὶ αἰσθάνωμαι πεπαιδευμένον. *Anterast. p.* 135. *D.* ὥστε δοκεῖν χαριέστατον εἶναι καὶ σοφώτατον. *Epist. XIII. p.* 363. *C.* καὶ τὰ ἄλλα καὶ περὶ φιλοσοφίαν χαριείς. *Luc. Jove Trag.* 48. etc. Cf. *Boisson. ad Philostr. p.* 312. *Schaef. ad Dionys. p.* 185. *Zell. ad Aristot. Eth. Nic. p.* 16, et quos laudat *Wytt. ad Plat. Phaed. p.* 205.

Τοῦτο — ἀριθμός.] Illud tantum in eo, inquit, reprehendendum duxi, quod hoc modo libros suos inscripserat tumidius quam consentaneum esset libelli conditioni: Callimorphi sextae contatorum cohortis medici Parthicarum historiarum — adscriptique erant singulorum numeri: liber primus, secundus etc. — Τραγικῶς dicere quid sign., bene expl. *Astius ad Plat. Remp. III, p.* 472 : « verbis uti magnificentioribus s. rem verbis ampliorem reddere, more Tragicorum, qui sublimitatem sectantes ampullas amant et sesquipedalia verba. Sic *Meno p.* 76. *E:* τραγικὴ γάρ ἐστιν, ὦ Μένων, ἡ ἀπόκρισις. *Cratyl. p.* 414. *C:* τραγῳδεῖν αὐτὰ (τὰ ὀνόματα). Vid. *Budaei Comm. gr. ling. p.* 440 et *Erasmi Adag. Chil. II, Cent. V,* 39, *p.* 392. *B.*» Adde *Remp. VIII, p.* 545. *E.* φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς — ὑψηλολογουμένας λέγειν; *Ael. Arist. Tom. I, p.* 37 *ed. Jebb:* εἰ δὲ θέλεις τραγικώτερον εἰπεῖν, ἔφορος οἰάκων σώζων τά τε ὄντα καὶ τὰ γιγνόμενα. Sequentia male Wielandus vertit: *Eine für ihr vermuthliches Schicksal gar zu vornehme Ueberschrift.* Τύχη est *fortuna, status, conditio*, ut bene *Wytt. ad Plut. p.* 147. — Κοντοφόρον invenies etiam *Pseudom.* 55 : ἐπηγόμην δὲ καὶ στρατιώτας δύο, λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον. Quorum differentia multum exercuit VV. DD. neque ad liquidum perducta res est. Λογχοφόροι *hastati* esse videntur. De *contariis* sive *contatis* bene Gronovius inscriptionum admonuit, in quibus est PRAEF. ALAE ULP. CONTARIORVM. Cf. *Gruter p. XL,* 2. 3. Sagittariis contatos opposuit *Vegetius de re militari III.* 6 : « Utrum peditibus an equitibus, utrum contatis an sagittariis amplius valeant, utrum hominum numero an armorum munitione praecellant, scire nos convenit.» Cf. etiam *Turneb. Advers. XV,* 21, *p.* 468. — Cohortum medici occurrunt in inscriptionibus apud *Gruter. p. LXVIII,* 1. 2; *CVIII,* 4; *CCLXIX,* 3. Exstat etiam, si bene memini, dissertatio *Kühnii,* Med.

Prof. Lips, de medicina Romanorum militari, quam tamen inspicere mihi non licuit. — In extremis ad Gen. *ἱστοριῶν* Παρθικῶν suppl. est *πρῶτον, δεύτερον* etc., ut c. 32. Simili quadam ellipsi dictum est *Merc. Cond.* 20: *ἀρκεῖν οὖν νομίζω, εἰ μὴ πάνυ ἄσωτος εἶ, — τοσόνδε τι εἰπὼν ἐλάχιστον*, ubi supplere possis *πέντε* vel *δέκα μνᾶς* etc.

Καὶ — ἄρχων.] Id quoque Lucianus ait reprehendendum se in illo duxisse, quod exordium fecisset perabsurdum, quo ita concluderet medico convenire, historiam conscribere, si quidem Aesculapius Apollinis filius sit, Apollo autem Musageta omnisque doctrinae princeps. — Ψυχρόν non tam est *languidum, ἀσθενές*, ut explicat Rudolphus, quam *insulsum, inscitum, ineptum,* nostrum *fade, abgeschmackt, einfältig.* Sic *Plat. Euthyd. p.* 284. *E. τοὺς γοῦν ψυχροὺς ψυχρῶς λέγουσί τε καὶ φασι διαλέγεσθαι.* De rhetorico vocabuli significatu fuse disseruit *Ernesti Lex. Techn. gr. p.* 388—390. — Συνάγειν, ut lat. *colligere*, dialecticorum verbum est solemne de conficiendis syllogismis. Inde *λόγοι συνάγοντες*, *rationes syllogisticae* apud *Arr. Diss. Epict. I,* 7. 12. Statim c. XVII: *οὐκ ἀσυλλόγιστα μέντοι, ἀλλὰ συνηρωτημένα καὶ συνηγμένα κἀκεῖνα*, ut *Diog. Laërt. IV,* 33, de Arcesilao: *ἦν ἀξιωματικώτατος καὶ συνηγμένος.* — De Apolline Musageta cf., si tanti est, *Wess. ad Diod. I.* 18, *p.* 22.

Κἀὶ ὅτι — τριόδου.] Postremo, inquit, illud etiam reprehendi, quod quum in primis commentarii paginis scilicet ad Hippocratis exemplum ionica dialecto usus esset nescio quo consilio ductus illico ad communem transierat, et qui *ἰητρείην* dixisset et *πείρην* et *ὅκοσα* et *νοῦσοι*, cetera ad vulgarem loquendi usum expresserat, plurima autem ita elocutus erat, ut vocabula ex trivio arrepta esse viderentur. Τὰ *ὁμοδίαιτα τοῖς πολλοῖς* opponun-

tur τοῖς τραγικοῖς καὶ τετυφωμένοις, ut *Dem.* 5. ὁμοδίαιτος ἅπασι καὶ πεζὸς ὢν καὶ οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τύφῳ κάτοχος. — Extrema ad *Ciceronis* dictum exprimere studui *pro Mur.* 6: « non debes, M. Cato, arripere maledictum e trivio aut e scurrarum aliquo convivio. » Trivia sive compita in proverbium abierunt propter hominum concursum, qui ex diversis plateis frequentissimi illic commearent, unde factum est, ut quicunque vulgi oculos convertere in se studerent, circulatores, mendici, plurima denique forensis turba ibi potissimum commorarentur. *Necyom.* 17: πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς τριόδοις μεταιτοῦντας. Nos: *an den Straſsenecken.* Inde *trivialia* dicuntur, quae plebeculae consuetudinem referunt, omnino lippis atque tonsoribus nota. *Sueton. de Clar. Rhet.* 6: « circumcise ac sordide et tantummodo trivialibus verbis. » *Quinct. Institt. I.* 4: « Literarii paene sunt ista ludi et trivialis scientiae. » Nam pueros quoque in triviis doceri solitos, colligere licet, ex iis, quae de Dionysio minore narrat *Justinus XXI*, 5. Quocum conferri potest *Dio Chrysost. Orat. XX, p.* 264. *B*: οἱ γὰρ τῶν γραμμάτων διδάσκαλοι μετὰ τῶν παίδων ἐν ταῖς ὁδοῖς κάθηνται. — Lepide in vocabulo nostro lusit *Lucian. Prom. in Verb.* 1: εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλὸς οἷος ἐκ τριόδου. Adde *Peregr.* 3. τὰ συνήθη ταῦτα καὶ ἐκ τριόδου. Plura dabunt *Junius Adag. Cent. VII*, 72, *p.* 256. *A.* et *Lobeck. ad Phryn. p.* 38.

Cap. XVII.

Εἰ δὲ — ἐλπίδος.] Et haec quidem, inquit, hactenus de homine indocto; s i n s a p i e n t i s e t i a m v i r i m e n t i o n e m i n j i c e r e m e o p o r t e t, n o m e n q u i d e m i p s i u s s i l e n t i o p r a e t e r i b o; s e n t e n t i a m a u t e m e n a r r a b o q u o s q u e n u p e r r i m e C o r i n t h i e d i d i t l i b r o s, o m n e m q u i e x s p e c t a t i o n e m s u p e r a r e n t. Vix me aberrarea vero arbitror, hunc philosophum si eundem esse credam cum illo, cujus in *Eunucho* quoque c. 10 silentio praeter-

eundum esse nomen censuit; quem scilicet, sive ob reliquas ejus ingenii dotes, sive quod is magna apud proceres quosdam fama atque auctoritate polleret, notare in vulgus Lucianus nollet. Simile illud *Herodoti II,* 171, καὶ ταύτης μὲν πέρι εὔστομα κείσθω. — Extremum dictum est ad exemplum *Thucydidis II,* 64: ἡ νόσος ἥδε, πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος κρεῖσσον γεγενημένον. Ἐλπίδα non raro significare *exspectationem,* vix est quod moneam. Cf. quos laudant *Stallb. ad Plat. Phileb. p.* 91 et *Krüger. ad Dionys. p.* 116.

Ἐν ἀρχῇ — κἀκεῖνα.] Statim enim, inquit, ab initio in primo exordii membro sapientissimam sententiam lectoribus persuadere interrogando aggressus est, qua comprobare studeret, solum sapientem decere historiam conscribere, quod idem de medico indoctus ille perhibuerat. Miram sane hominum perversitatem, qui quod a solis singulorum ingeniis pendeat, ad professiones suas pertinere arbitrarentur. Ceterum referendum hoc esse ad nobilissimum illud atque decantatum Stoicorum placitum, quo solum sapientem liberum, divitem, regem esse, omnia denique bona ad unum sapientem pertinere contenderent, monere vix attinet jamque a Rudolpho annotatum est. En tibi autem probum Stoicum ipsaque Chrysippi, qui primus omnium philosophiam syllogismorum mole obruit, disciplina penitus imbutum! Inde, Lucianus pergit, paulo post alius syllogismus, mox alius; omne denique exordium per quaestiones syllogisticas in omni figura digestum erat. Adulationi usque ad nauseam studuerat; laudes importunae qualesque ne scurram quidem dedecerent; quanquam ne illae quidem syllogismis expertes, sed ad argumentandi concludendique leges rite et ipsae compositae. Ad hunc locum haec annotavit *Jacobs.* post *Pors. Advers. p.* 293: « Primum συνηρώτητο non tam est, *per quaestiones,* quam *per syllogismos compositum erat.* Vid.

Intpp. ad Sext. Emp. Pyrrh. I. 20, *p.* 207; *Schweigh. ad Epict. Diss. II,* 18, 18; *p.* 509. Deinde distingue: τὸ προοίμιον· καὶ τὸ τῆς...» Et hac quidem conjectura opus non est; mutata tantum cum Schmiedero distinctione optime loco nostro consultum erat; illud ex usu illius aevi praeclarissime observatum est. Sic *Diog. Laërt. IX.* 51 *de Protagora:* πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ πάντος πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις· οἷς καὶ συνηρώτα, i. e. *quorum ope argumentabatur.* Et ipse Noster, quem Rudolphus quoque adhibuit, *Bis Acc.* 22. ἀλλ' ὀλίγα μοι συνερωτῆσαι ἐπιτρέψατε. ΕΠΙΚ. ἐρώτησον· ἀποκρινοῦμαι γάρ. Nam quum jam inde a Sophistarum aevo mos invaluisset apud dialecticos, ut ea ipsa, quibus conclusiones suas suffulturi essent, argumenta ab adversariis sibi ut suppeditarentur, per quaestiones efficere studerent, — quae ratio in Socratica quoque disputandi via conspicua est, ab Aristotele autem fuse traditur in Topicorum libris — factum est deinde, ut, neglecta disputandi ratione, verbum ἐρωτᾷν de omni argumentationis genere diceretur, ut v. c. apud Diogenem Laërtium passim obvium est. Adde *Wytt. ad Plat. Phaed. p.* 188. — Syllogismorum σχήματα sunt *figurae* sive variae argumentationum formae, quales ad nostra usque tempora in philosophorum doctrinis distinguuntur, omnium autem primum ab *Aristotele* accuratius definitae sunt, quem videas *Analyt. Prior. I.* 4 *sqq.* Sic apud Nostrum *Bis Acc.* 22 Stoa: καὶ μὴν, inquit, ἐκράτησα ἄν, εἰ συνηρώτησα ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἀναποδείκτων σχήματι. Stoici autem quantam syllogismis, iisque maximam partem captiosis, operam impenderint, ita ut nullo alio modo philosophiae studium comprobari posse arbitrarentur, in vulgus notum. Sic ille apud *Gell. N. A. I.* 2, qui « prae se uno ceteros omnes linguae Atticae principes gentemque omnem togatam totumque nomen Latinum rudes esse et agrestes praedicabat; atque interea vocabulis haud facile cognitis syllogismorum captionumque dialecticarum laqueis strepebat. » Hinc Noster *Hermot.* 79: ὑμεῖς δὲ

ῥημάτια δύστηνα μελετᾶτε καὶ συλλογισμοὺς καὶ ἀπορίας, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβετε· καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ. *Icarom.* 24. *Conv.* 23. *Pisc.* 41. 42. *Vit. Auct.* 22 etc. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 369. — Τὸ τῆς κολακείας i. q. κολακεία. *Jac. quaestt. Lucc. p.* 5. — Φορτικὰ non male explicantur ab *Heind. ad Gorg. p.* 120 *putida, auribusque elegantiorum hominum molesta.* Adde eundem *ad Cratyl. p.* 58, ubi expl. «*pingue* (*plump*), in quo nihil inest subtilitatis solertiaeque. Contrarium est τὸ κομψόν.» Nam quum omnino sit *molestum*, utpote descendens ab eo quod est φόρτος, *onus*, omnium maxime de dictis moribusque in vitae communis consuetudine conspicuis usurpatur. Sic *Aristot. Eth. Nic. IV.* 3. 26. ἐν τοῖς ταπείνοις σεμνύνεσθαι φορτικόν. *Plut. Qu. Symp. Prooem.* φορτικοὺς ἐπιεικῶς καὶ ἀναγώγους ἐν τῷ πίνειν ὄντας. *Achill. Tat. VIII.* 7. ὡς ἂν μὴ φορτικοὶ δοκοίημεν εἶναι τῷ ξενοδόχῳ. *Luc. Merc. cond.* 14. τὸ ὕστατον ἥκειν φορτικόν. *Nigr.* 13. φορτικὸς ἀκολουθῶν ὄχλῳ. *Tox.* 12. φορτικὸς ἐδόκει ὑπομιμνήσκων ἀεὶ τῶν προγόνων. Jocos inprimis frigidos atque insubidos designat. Ipse *Aristophanes* de comoedia vulgari usurpat *Nub.* 523. *Vesp.* 66. Inde *Plat. Phaedr. p.* 236. *B.* ἵνα μὴ τὸ τῶν κωμῳδῶν φορτικὸν πρᾶγμα ἀναγκαζώμεθα ποιεῖν. *Theaet. p.* 183. *E.* μὴ φορτικῶς σκώπτωμεν. *Diog. Laërt. IV.* 52. ἦν δὲ καὶ θεατρικὸς καὶ πολὺς ἐν τῷ γελοίῳ διαφορῆσαι, φορτικοῖς ὀνόμασι κατὰ τῶν πραγμάτων χρώμενος. Omnino φορτικὰ ὀνόματα sunt, quae fastidium creant audientibus. Sic *Arrian. Diss. Epict. II,* 12, 10. ῥήματα τεχνικὰ καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις φορτικὰ καὶ δυςπαρακολούθητα. *Dionys. Hal. de adm. vi dic. Demosth.* 57. φορτικὰ καὶ ἀηδῆ ὀνόματα. Φορτικὰ ea quoque dicuntur, quorum ideo taedet, quia vel pervulgata sunt et proclivia, ut v. c. *Plat. Crat. p.* 435. *C, Luc. Icarom.* 1 etc. vel nimia, ut *Aristot. Politic. I.* 4. 3. φορτικὸν τὸ ἐνδιατρίβειν. *Poëtic.* 27. 2. ἡ

ἅπαντα μιμουμένη φορτικῇ. *Luc. Tim.* 3. καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε ῥαγδαῖοι καὶ βίαιοι, ποταμὸς ἑκάστη σταγών. Omnium autem maxime nimiae laudes, sive aliorum, sive sui. Nam, ut ait *Themist. Or. XXI*, *p.* 259. *B*, οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικὸν, ὡς ὁ καθ' ἑαυτοῦ ἔπαινος. Sic *Plat. Apol. Socr. p.* 32. *A. Demosth. de Pace*, *p.* 57, 25. *Luc. Pisc.* 5. *Pseudom.* 20. *Imagg.* 21. Hinc *invidiosum* est *Dionys. Hal. Arch. Rom. III.* 62. Postremo de aliorum laudatione putida et ἀτέχνῳ, ut h. l. *Aristoteli* quoque usurpatur *Eth. Nic. X.* 8. 7; et Nostro *Pro Imm.* 1. ἐν δὲ τοῖς ἐπαίνοις μάλιστα, ὅταν τις ἐπαινῇ με φορτικὰς καὶ ὑπερμέτρους ποιούμενος τὰς ὑπερβολάς. Alia quaedam v. apud *Ernest. Lex. Techn. gr. p.* 376. — Φορτικὸν et βωμολόχον jungit etiam *Arist. Eth. Nic. IV.* 8. 3, sed de joco: οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοὶ, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου etc. quae ejus vocabuli vis est frequentissima. Βωμολόχοι enim, ut bene Harpocration, κυρίως ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ὑπὸ τοὺς βωμοὺς καθίζοντες καὶ μετὰ κολακείας προσαιτοῦντες, quasi ἀμφὶ βωμίους τροφὰς ἀλώμενοι, ut loquar cum *Eur. Jon.* 52. Deinde, Harpocration pergit, ἐκ μεταφορᾶς δὲ τούτων ἐλέγοντο βωμολόχοι εὔκολοί τινὲς ἄνθρωποι καὶ ταπεινοὶ καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει διὰ τοῦ παίζειν τε καὶ σκώπτειν, qui latine *scurrae* et mox *parasiti* appellati sunt. Finiturque βωμολοχία ab *Aristot. Eth. Nic. II.* 7. 13. ὑπερβολὴ περὶ τὸ ἡδὺ τὸ ἐν παιδιᾷ. Adde Ejusd. *Rhet. III*, 18. 7. ὁ εἴρων αὑτοῦ ἕνεκα ποιεῖ τὸ γελοῖον, ὁ δὲ βωμολόχος ἑτέρου. Qui quum plerumque ex infima plebe orti pinguissimisque ingeniis praediti absurdissimis quibusque commentis maxime patronorum benevolentiam captarent, mox inprimis vana quaecunque et putida βωμολοχικὰ appellari solita. Cf. quem jam Rud. laudat, *Ruhnk. ad Tim. p.* 64. Nostro autem loco accedit illud, quod eo ipso consilio has laudes composuisse philosophus

videtur, ut Caesaris sibi vel principis alicujus viri benevolentiam conciliaret.

Καὶ μὴν — ἀξιοῦσι.] Cui ille studio fastigium addidit commento quodam sane singulari et in quo dubium esse possit, se ipso an Caesare laudando φορτικώτερον sese praestiterit. Verum enim vero Lucianus ait illud quoque putidissimum sibi visum et quod minime decuerit philosophum barbamque canam et promissam, quod in exordio eximium illud principi nostro accidisse dixerit, quod res ejus gestas jam philosophi quoque conscribere dignarentur. — Πώγωνι πολιῷ καὶ βαθεῖ dicit, utpote philosophorum ejus aevi, inprimis Stoicorum et omnino qui severiorem disciplinam profiterentur, insigni, quo non minus, quam τρίβωνι et ἀνυποδησίᾳ gloriabantur. Qua de re vix est quod moneam post *Per. ad Ael. III.* 19; *XI.* 10; et *Wytt. ad Plut. p.* 439. Unde Noster *Jove Trag.* 16: τὸν πώγωνα ἐπισπασάμενος εὖ μάλα ἐῴκειν φιλοσόφῳ. Βαθὺς autem Adj. ea de re est solemne. Laudat Rud. *Salt.* 5. *Herm.* 18. Adde *Eun.* 8. *Bis Acc.* 6. *Pisc.* 41. *Jove Trag.* 26. *Merc. Cond.* 12. *Alciphr. III*, 55 etc. — Ἐξαίρετον appellatur id, quod extra ordinem ad justam et communem alicujus portionem accedit ita, ut de eo cum reliquis in sortitionis discrimen descendere non debeat, quod idem Homero est γέρας. Sic v. c. Chryseïs ἐξαίρετον erat Agamemnonis, nam, ut ait *Iliad.* A. 368:

Καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν,
Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον.

Inde omnino est *singulare* sive *praecipuum*, nostrum *etwas apartes.* Sic *Eur. Jon.* 1297. λαβὼν ἐξαίρετον, ὡς τῷ νέῳ δὴ δεσπότῃ χάριν φέρων. *Luc. Rhet. Praec.* 3. *Hermot.* 85. *Imm.* 5. *Adv. Ind.* 12. *Gall.* 28. *Nav.* 24. Adde *Themist. Orat. I, p.* 4. *B*: ᾄδετε πρὸς ἀλλήλους ἀρετήν τινα ἐξαίρετον βασιλέως etc. — Postremo οὔγε pro ὅτι αὐτοῦ usurpatum est, ut οἷος pro ὅτι τοιοῦτος. V.

Wytt. ad Sel. Hist. p. 347. *Fritzsch. qu. Lucc. p.* 117. 118. et quos laudat *Matth.* §. 480, *adn.* 1.

Τὸ γὰρ — εἰπεῖν.] Tale quid enim, inquit, si modo vere dici potuit, nobis potius existimandum relinquere, quam ipsum dicere oportebat. Expedita omnia, nec, qui Graece vel mediocriter callet, vel ex ellipsi illa, quae est in εἴπερ ἄρα, vel ex omisso vocabulo μᾶλλον offensionem ullam suscipiet. Illam bene tractavit jam *Vig. p.* 514. cui addere possis *Wytt ad Plut. p.* 749. *Heind. ad Parmen. p.* 255. *Boeckh. in Minoem p.* 149 et *Creuz. ad Plotin. p.* 263. Altera etiam frequentior, quanquam ad explicandum difficilior. Exempla congessere *L. Bosius p.* 481. *Dorv. ad Char. p.* 528. *Jens. lectt. Lucc. p.* 279, *Wytt. ad Plut. p.* 950. *Zell. ad Arist. Eth. Nic. p.* 77. alii, v. c. quos laudat *Ast. ad Plat. Remp. p.* 346; explicandae operam dedere *G. Herm. ad Vig. p.* 884 et in *Diss. de Ell. et Pleon.* in *Opuscc. Tom. I. p.* 210 *sqq.*; et nuperrime *Nitzsch. ad Plat. Jon. p.* 70 *sqq.* Quanquam ultra conjecturas profectum non est; neque quidquam certi statui posse videtur in loquendi usu, quem adeo mature invaluisse in vulgus consentaneum est, ut Romanorum antiquissimi auctores, quorum sermoni ejus locutionis ratio omnino non conveniret, temere eam e Graecitate mutuati esse videantur.

Cap. XVIII.

Καὶ μὴν — τοιαῦτα.] Jam posteaquam primo loco Homeri, secundo Thucydidis ineptum aemulum collocasset, deinde ridendos duos, indoctum atque doctum, secum invicem composuisset, quintum Herodoti quoque servum imitatorem in scenam prodire jussit, scilicet ne is, dum reliquos posteritatis judiciis Lucianus commendasset, oblivioni traditus esse videretur. Verum enim vero, inquit, neque illius immemorem esse fas sit, qui tali initio usus erat et quae sequuntur, ad verbum fere ex Herodoto expressa. Vide, quorum maxima pars jam ab intpp. annotata est, *I.* 5:

ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων. *II.* 40. 99. *III.* 80 etc. Tum *I.* 8. χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. *II.* 161. ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι. *IV.* 79. *V.* 92. 4. *IX.* 109. Postremo *I.* 7. ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσῖλον ὀνομάζουσι. *II.* 144, *III.* 27 etc. Ὀνυμέουσι apud Herodotum non occurrit neque omnino ionica forma esse videtur, sed dorica potius vel aeolica, quales a serioribus potissimum ostentandae doctrinae causa et quo longissime a communi loquendi usu recederent, admisceri aliis solebant. Cf. *Maittair. p.* 357. *A.* — Quamquam ipsa haec Herodoti imitatio in dialecto potius quam in verbis posita est. Ἔρχεσθαι cum Part. Futuri, tum aliis, tum inprimis eo quod est ἐρῶν, ne apud Atticos quidem rarius est. V. *Plat. Phaed. p.* 100. *B. Theaet. p.* 180. *C. Dio Chrysost. Or. XXXVIII, p.* 469. *D. Ael. Aristid. T. I, p.* 209 ed. Jebb. et ipse Noster, si quidem ejus est, *Charid.* 22. Cf. *Victor. Var. Lect. IX,* 4. *Valck. ad Phoen. p.* 383 *sqq. Nitzsch. ad Plat. Jon. p.* 32. Tum autem δεῖν de eo, quod *in fatis est*, dicunt et ipsi Plato, Lucianus, alii. *Plat. Apol. Socr. p.* 39. *B.* ταῦτα μὲν οὖν που ἴσως οὕτω καὶ ἔδει σχεῖν. *Politic. p.* 272. *E.* ἐπειδὴ γὰρ πάντων τούτων χρόνος ἐτελεώθη καὶ μεταβολὴν ἔδει γίγνεσθαι. *Soph. Oed. Tyr.* 818. γάμοις με δεῖ μητρὸς ζυγῆναι. *Aristoph. Equ.* 808. ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λογίοισι, ὡς τοῦτον δεῖ κ. τ. λ. *Luc. Charon.* 13. ὅταν αὐτὸν δέῃ ἁλόντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑπὸ τοῦ Κύρου ἀναχθῆναι. Omnino sign. *constitutum est,* v. c. *Thuc. V.* 15: ποιοῦνται τὴν ἐνιαύσιον ἐκεχειρίαν, ᾗ ἔδει ξυνιόντας καὶ περὶ τοῦ πλείονος χρόνου βουλεύεσθαι. *Plat. Criton. p.* 43. *E:* τὸ πλοῖον, οὗ δεῖ ἀφικομένου τεθνάναι με. *Plut. daem. Socr.* 2. τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ σκότους ἔδει γενομένου τοὺς φυγάδας ἥκειν. — Ipsius Herodoti verba lepide respexit Noster *Asin.* 28. ἐχρῆν δὲ ἄρα κἀνταῦθα ὥςπερ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι. Adde, quem Rud. laudat, *Liban. T. IV, p.* 186. *Rsk.* ἐπεὶ δ' ἔδει μοί ποτε

γενέσθαι κακῶς. — Haec hactenus, restat, ut paucis dicam de verbo ἀμνημονῆσαι, quod cum Lehmanno ex auctoritate Lobeckii in textum recepi, quum in vulg. male scriptum esset ἀμνημονεῦσαι. quod etiam ap. *Diog. Laërt. V.* 72 dudum exterminandum censuerunt Stephanus et Scaliger. Quamquam ne id quidem quod est ἀμνημονεῖν, respondet praestantissimo canoni *Valckenariano*, quem is proposuit *ad Eur. Phoen. p.* 143. Nam quum descendat ab eo quod est ἀμνήμων, orto illo ex Adjectivo cum ἄλφα privativo juncto, aeque soloecum esse videri possit, ac ἀσοφεῖν, ἀφιλεῖν, ἀκακεῖν et quae praeterea illic notat Valckenarius. Quem quum male impugnasset *Abreschius ad Catt. Gazophyl. p.* 17. 18, ad defendendum non rectam viam institisse videtur *Lobeckius ad Phryn. p.* 630 *). Neque enim illud sibi vult Valckenarius, ab iis tantum Adjectivis negantibus non derivari Verba, quorum simplicia a Verbis non descendant; sed potius, nisi Adjectivum cum ἄλφα privativo compositum aut a Substantivo aliquo, aut ab Adjectivo Verbali in τὸς descendat, soloecum fore Verbum ab illo derivatum. Quae autem Abreschius attulit, ἀτολμεῖν, ab ἄτολμος, ἀστοχεῖν, ab ἄστοχος etc., ea a Substantivis τόλμα, στόχος etc. derivanda sunt, non ab Adjectivis, qualia ille finxit, στόχος, βόλος, φορὸς, φοιδὸς, τροφὸς, τόλμος, quae partim nulla sunt, partim tam rari usus, ut nisi post negativa illa orta esse verisimile non sit. Ejusdem familiae sunt ἀφρονεῖν ab eo quod est ἄφρων, ἀγνωμονεῖν ab eo quod est ἀγνώμων, quorum non exstant Adjectiva simplicia. Neque ἀσύμβολος est is qui est σύμβολος, sed is, qui non dat συμβολὴν, quo fit, ut recte verbum ἀσυμβολεῖν fingi inde potuerit. Pari quidem modo id quoque quod est ἀμνημονεῖν defendi posset, ut non esset, μνήμονα non esse, sed μνήμην non injicere: sicut *de Salt.* 20. ἐπὶ τούτοις δίκαιον, μηδὲ τῆς Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν: nisi rursum obstarent *Thuc. III.* 40, μήδε τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δεινοῦ ἀμνημονοῦντες, et *Plut.*

Qu. Symp. init. ἀμνημονεῖν τῶν ἐν οἴνῳ, ubi perspicue sign. *immemorem esse.* Quapropter non restare arbitror, nisi ut verbo nostro excusationem petamus e soni quadam similitudine cum his ἀσχημονεῖν, ἀδημονεῖν etc., qualem saepiuscule in analogiae locum successisse constat. Sic v. c. ἐνθουσιάζειν explicari nequit, nisi ad illa ἐξουσιάζειν, συνουσιάζειν etc., conformatum esse accipimus; item formam ἐκποδὼν alteram ἐμπόδων secum traxisse perspicuum est.

Ὁρᾷς — ἐῴκει.] Viden', inquit Noster, simillimus hic illi, de quo secundo loco dictum est; nisi quod is Thucydidem, hic autem Herodotum quam maxime referebat. — De eo quod est ὁρᾷς, tam diligenter docteque disseruit *Fritzschius l. l. p.* 96, ut tum lectionis varietate, tum Solani Hemsterhusiique commentis supersedere facile possimus. Adde *Valck. ad Phoen. p.* 272. *Heind. ad Protag. p.* 556. *Frotscher. ad Xen. Hieron. p.* 16. — De sequenti παρ' ὅσον, quod sign. differentiam minimam quaeque in levissimis tantum conspicua sit, monere vix attinet. Cf. pauca ex multis: *Scyth* 11. *Adv. Ind.* 10. *Necyom* 17. *Saltat.* 4. *Domo* 9. *Nav.* 39. Explicandum est ex illa notissima locutione παρὰ τοσοῦτον v. c. ἐλήφθη, *adeo parum abfuit, ut caperetur,* i. e. *nisi haec exigui momenti res obstitisset, captus esset.* Jam παρ' ὅσον dictum est pro παρὰ τοσοῦτον ὅτι: *hoc illi omnino simile esset, nisi exigua haec differentia intercederet, quod* etc. Alia vide ad c. XLV.

Cap. XIX.

Ἄλλος — κελτικόν.] Alius, qui fama celebratus esset ob dicendi peritiam, Thucydidi et ipse vel par vel paullo superior, oppida omnia omnesque montes, campos, fluvios descripserat accuratissime atque gravissime, ut sibi quidem videbatur; id vero hostium in capita Averruncus conver-

tat! tantum inerat frigus Caspica nive et glacie Celtica vehementius. Nescio quae h. l. caligo Lehmanni vel oculos vel mentem occupaverit, ut qui ipse male, ne dicam ineptissime, et distinxisset et explicasset, rectam Micylli versionem ineptissimam praedicaret, et quum Schmiederum unice sequi debuisset, a Gesnero se Wielandoque induci pateretur, ut hanc imprecationem rhetori isti potius, quam Luciano ipsi tribueret atque hunc scriptorem cum illo, de quo C. XIV dictum erat, confunderet. Nam in hoc nostro illud tantum Lucianus reprehendit, quod descriptionibus, quales necessariae sunt in historia, ad inanes digressiones dicendique facultatem putide ostentandam abusus sit; id quod eo quoque perspicuum est, quod et ante et postea hoc tantum illius studium respicit. Neque, ut de constructionis imbecillitate taceam, intelligi posset, quanam sententia Lucianus exsecrationes ad redundantium narrationum anfractus retulisset, neque in imprecationibus dirisque Thucydidis aemulatio posita esse potuit. Contra si C. LVII accurate respicimus, veri simile fit, ipsos illos, qui *ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν ἢ τειχῶν ἢ ποταμῶν ἑρμηνείαις δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι* viderentur, Thucydidem auctorem prae se tulisse, adeo ut illo in loco de Thucydidis temperantia diserte admonendi essent. Quem tamen quum non aequare tantum, sed etiam superare ineptus ille rhetor studeret, ingenioque suo profusissime indulgeret, tantum ejus historia frigus contraxit, ut hostium illud capitibus Lucianus imprecari non dubitaret. Lepide enim ludit in voce *ψυχρότης*, fere ut *Icarom.* 24: *τοιγαροῦν ψυχροτέρους ἂν μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν.* Postremo ejusmodi exsecrationes, quibus rem aliquam quam maxime improbare nos atque detestari eamque quam longissime removeri a nobis cupere indicamus, tantum abest ut grandi illi et gravi dicendi generi, quod ille scilicet affectaverat, conveniant, ut potius comicis et si qui alii ad plebis loquendi usum ad tempus sese accommodare solent, fere relinquendae

esse videantur. Quo ex genere multa attulerunt Intpp. ad *Aristoph. Plut.* 526, quibus adde *Terent. Heaut. V.* 3. 13: «Istuc nostris inimicis siet.» *Max. Tyr. Diss. XXX:* εὔχεται Σατύρῳ μὲν οὐκέτι, θεοῖς δὲ καὶ θεαῖς, ἐλθεῖν αὐτῷ τὴν ἀρχαίαν πενίαν, τὸν δὲ χρυσὸν ἀπελθεῖν εἰς ἐχθρῶν κεφαλάς. Haud absimile illud Nostri *Pseudom.* 4: ἡ ψυχὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη, ἀλεξίκακε Ἡράκλεις καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόςκουροι σωτῆρες, πολεμίοις καὶ ἐχθροῖς ἐντυχεῖν γένοιτο, ἢ συγγένεσθαι τοιούτῳ τινί. Averruncum ideo appellat, ut tale opus historicum veluti malum omen detestari videatur; fere ut *Plaut. Mercat. I.* 2. 25: «AC. Periimus. CH. Principium inimicis dato.» De ἀλεξικάκῳ non est quod longus sim post *Bergl. ad Alciphr. III.* 47 et *Wytt. ad Plut. p.* 929. Id unum monebo, lexicis addendum esse vocabulum ἀπωσίκακος, quod exstat in inscriptione reperta Romae ad columnam Phocae. Cf. *Nibby il Foro Romano, p.* 167. — Postremo ὑπέρ τινα pro eo quod est μείζων vel κρείττων τινὸς invenies etiam *Hermot.* 75. οὐκέτι σεμνοὶ καὶ ὥςπερ νῦν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δόξουσι. *Jove Trag.* 11 ὑπὲρ τοὺς πεντακοσιομεδίμνους ἂν εἴη. *Philostr. Heroicc. p.* 718. πελώριος γάρ τις ἦν καὶ ὑπὲρ τὴν στρατιὰν πᾶσαν. Cf. *Per. ad Ael. XIV.* 7.

Ἡ γοῦν — βοστρυχηδόν.] Sic v. c., inquit, clypei Veri imperatoris descriptionem uno volumine vix absolverat, qualis Gorgo in umbilico ejusque oculi e caeruleo et albo nigroque compositi, balteus autem iridis colore insignis draconesque per spiras atque cincinnos intorti. Ductum colorem esse ab Agamemnonis Homerici clypeo, Graevius annotavit. Cf. *Iliad.* Λ. 32—40:

Ἂν δ' ἕλετ' ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν
Καλὴν, ἣν πέρι μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἦσαν,
Ἐν δέ οἱ ὀμφαλοὶ ἦσαν ἐείκοσι κασσιτέροιο
Λευκοί, ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο.
Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο

Δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε.
Τῆς δ' ἐξ ἀργύρεος τελαμὼν ἦν· αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ
Κυάνεος ἐλέλικτο δράκων, κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν
Τρεῖς ἀμφιστεφέες, ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι.

«Κυανὸς, *Fischerus* inquit *ad Plat. Phaed.* 61, non modo est ipse *color caeruleus*, qualis est coeli et maris (Hesychius: κυανὸν, εἶδος χρώματος οὐρανοειδὲς: item: κυανὸς· θαλάττιον ὕδωρ) sed etiam *gemma* ejusdem coloris, sed flavescentis e genere iaspidum (*Plin. H. N. XXXVII,* 9), vel secundum alios sapphirorum. Conf. *Theophr. de lapidd. p.* 218 *Bas.; Meursius Cypr.* 2, 5, *p.* 94, et *Schneiderus* ad *Anacr. Odar.* 29. 4. *sqq.*» Nostro loco optio data est; quanquam de colore potius intellexerim, ut sit i. q. κυάνεος. V. quae affert Schneid. in Lexico, v. c. *Paus. V.* 11. 2. ὅσον μὲν οὖν ἀπαντικρὺ τῶν θυρῶν ἐστὶν, ἀλήλιπται κυανῷ μόνον. Adde *Philostr. Iconn. I.* 6. ἧς νᾶμα κυανώτατον ὑπεκτρέχει. — Ζώνην appellare videtur, quem Homerus τελάμωνα, quorum etsi in locum dudum lora successissent (*Her. I.* 17.) poëtico tamen furore correptus neglexisse id discrimen videtur rhetor noster; quamquam ille quoque intelligi potest balteus, quo gladius suspensus gestabatur. Is quibus ornatus erat, dracones Homeri sunt; adverbia ἑλικηδὸν et βοστρυχηδὸν ipsius Luciani esse videntur nec comica quadam gravitate carent, veluti illa *Tim.* 3: οἱ σεισμοὶ δὲ κοσκινηδὸν, καὶ ἡ χιὼν σωρηδὸν, καὶ ἡ χάλαζα πετρηδόν. Βοστρυχηδὸν de draconibus dictum est etiam *Philops.* 22. Ἕλικες et βόστρυχοι vix quidquam differunt. V. *Jacobs. ad Philostr. p.* 716. — Contra ἰριοειδὴς poëticum vocabulum esse videtur, etsi apud Homerum, quod sciam, non occurrat; tantummodo ἴρισσιν ἐοικότες fuisse dicuntur dracones in lorica Agamemnonis apud eundem l. l. v. 27. Unde jure conjicias, fuisse genitivi formam ἴριος, cui respondeat nostrum ἰριοειδής. Quanquam male eandem *Theophrasto* obtrusit *Schneiderus ad Char. XXVII.* 4, ubi pro vulg. πίσσης minime conjiciendum erat τῆς ἴρεως. — Neque ἐξερμηνεύειν usitato

significatu dictum est, quamquam minime soloeco: *describendo absolvere;* alias enim est i. q. μεθερμηνεύειν, *interpretari. Polyb. II.* 15. 9. τὸ γὰρ τρᾶνς ἐξερμηνευόμενόν ἐστι πέραν. *Dionys. Hal. Arch. Rom. I.* 67. οἱ δὲ ἐξερμηνεύοντες ἐς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν τοὔνομα. *VIII.* 56. ἧς ἐστὶ φωνῆς ἐξερμηνευόμενος ὁ νοῦς εἰς τὴν Ἑλλάδα διαλεκτὸν τοιόςδε.

Ἡ μὲν — πραχθέντων] Quanquam, inquit, haec quidem minora; Vologesi enim Parthorum regis braccae equive frenum, Hercules quot versuum millia illorum unumquodque occupavit! et quales visi sint Osrois capilli, quum Tigrin ille transnataret, et in quale specus confugerit hedera myrtoque et lauro obsitum, quae quum in unum coaluissent, umbram illi densissimam inducerent. Jam mihi vide, inquit, quam illa historiae necessaria; quae nisi accuratissime descripta essent, nihil quidquam nossemus eorum, quae illic gesta sunt. — Explevi ellipsin, qualem statuamus oportet ad explicandum illud γάρ. Barbare, ut cum Reisigio loquar, reddere possis: *und erst des Vologesus Hose!* Simili modo tractandus *Pseudom.* 38. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προεμηχανᾶτο· τελετήν τε γάρ τινα συνίσταται κ. τ. λ. ubi male de lacuna Fritzschius cogitavit. — De ἀναξυρίδι, barbarorum, inprimis Persarum insigni, omnia occupaverunt *Spanh. de usu et praest. Num. p.* 538. *Per. ad Ael. V. H. XII.* 32, quos jam Rudolphus adeundos esse monuit. — Ἔπη in ejusmodi nexu non esse *vocabula,* sed *versus,* vix est quod doceam. Cf. *Heind. ad Phaedr. p.* 268. *Schaefer. ad Dionys. p.* 30. — De Osroë v. ad C. XXI. — Specus illud sacrum Baccho, Veneri, Apollini, quibus arbores illae sacrae; ut *Soph. Oed. Col.* 16:

χῶρος δ' ὅδ' ἱερὸς, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου.

Cetera colorem duxisse videntur e nobilissimo illo loco *Platon. Phaedr. p.* 230. *B*, qui dici non potest, quoties a poetis rhetoribusque expressus sit, adeo ut jure dicere posset *Plutarchus* in *Amatorio p.* 749. *A*: ἄφελε τοῦ λόγου τὸ νῦν ἔχον ἔτι ποῶν (sic leg. pro ἐποποίων) τε λειμῶνας καὶ σκιὰς καὶ ἅμα κιττοῦ τε καὶ σμιλάκων διαδρομὰς καὶ ὅσα ἄλλα τοιούτων τόπων ἐπιλαβόμενοι γλίχονται τὸν Πλάτωνος Ἰλισσὸν καὶ τὸν ἄγνον ἐκεῖνον καὶ τὴν ἠρέμα προσάντη πόαν πεφυκυῖαν προθυμότερον ἢ κάλλιον ἐπιγράφεσθαι. Inprimis autem inde repetitum est τὸ σύσκιον. Sic etiam *Aristaen. I.* 3: ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλάφης καὶ σύσκιος κ. τ. λ. et ipse Noster *Anach.* 16. εἰς τὸ σύσκιον ἐκεῖσε ἀπελθόντες καθίσωμεν: et omnium maxime *Bacch.* 6. παρὰ τούτοις ἄλσος ἐστὶν ἐν περιφράκτῳ οὐ πάνυ μεγάλῳ χωρίῳ, συνηρεφεῖ δέ· κιττὸς γὰρ πολὺς καὶ ἄμπελοι σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. Adde *Rhet. Praec.* 3. διὰ λειμώνων εὐανθῶν καὶ σκιᾶς ἀκριβοῦς. Ἀκριβὲς enim omnino est id, cujus ne in minima quidem parte defectus ullus conspicuus est; unde ἀκριβῶς saepissime signif. *quam maxime. Peregr.* 36. ἔστη ἐν ὀθόνῃ ῥυπώσῃ ἀκριβῶς. *Dipsad.* 1. ἀκριβῶς ἄκαρπος. *Bacch.* 2. ἀγένειον ἀκριβῶς οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὴν παρειάν. *Hercul.* 1. πολιὸς ἀκριβῶς. *Dial. Meretr. XIV.* 1. ἐπεὶ δὲ ἐγὼ μὲν ἤδη αὖος ἀκριβῶς. *Prom. in verb.* 4. ἀκριβῶς μέλαν etc.

Cap. XX.

Ὑπὸ — τρέπονται.] Nam quum imbecilliores, inquit, sint, quam ut utilia recte tractare queant, nec ea, quae oporteat dici, norint, ad ejusmodi sese situum antrorumque descriptiones convertunt. Eandem in sententiam de miseris rhetoribus egregie *Ael. Aristides Tom. II, p.* 411. *Jebb.*: ἐνδείᾳ γάρ, inquit, τῶν μεγίστων αὐτὸ πάσχουσι, οὔτε γνώμην ἱκανήν, οὔτε

κόσμον παρεχόμενοι περὶ τῶν λόγων. Nam in rhetoricam quoque id vitium ex historia irrepsisse testatur *Dionys. Hal. Arte Rhet. X.* 17: ἐν οἷς κἀκεῖνο ἁμάρτημα, αἱ καλούμεναι ἐκφράσεις, πολλαχοῦ τὸν χειμῶνα γράφειν καὶ λοιμοὺς καὶ λιμοὺς καὶ παρατάξεις καὶ ἀριστείας. — Εἰςεῤῥύει δὲ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα ἐν ταῖς μελέταις κατὰ ζῆλον τῆς ἱστορίας καὶ τῶν ποιημάτων. Ἀγνοοῦμεν γάρ, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἱστορία μὲν πεζὴ καὶ ποίησις ἱστορικῆς τὰς ὄψεις τῶν ἀναγκαίων τοῖς ἀκούουσι παράγουσιν, ἀγὼν δὲ δικανικὸς μεμέτρηται πρὸς τὴν χρείαν. Καὶ οἱ μὲν ποιηταὶ καὶ ἱστορικοὶ τὰ συμβεβηκότα τόποις τισὶ καὶ προςώποις ἐκτυποῦσιν, ὡς ἐγένετο· οἱ δέ μελετῶντες ῥήτορες οὐκ ἔχοντες ὁμολογουμένην οὐδὲ ἰδίαν τὴν τῶν πραγμάτων ἰδέαν, αὐτοῖς ἀναπλάττουσι λοιμῶν καὶ λιμῶν καὶ χειμώνων καὶ πολέμων ὄψεις, οὐ πάντων οὕτω συμβεβηκότων, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν. De vocabulo, quod est ἔκφρασις, plura dabit *Ernest. Lex. Techn. gr. p.* 100. Adde *Diog. Laërt. V.* 65: τὸ δὲ ἐκφραστικὸν αὐτοῦ καὶ περιγεγονὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ φαίνεται ἐνθένδε.

Καὶ ὁπόταν — ἐσθίων.] Qui si quando, inquit, in magnas res multas repente inciderunt, similes se praestant servo, ad quem modo hereditas a domino rediit, divitiarum adhuc insueto, qui nec vestem novit quemadmodum injicere oporteat, nec cibum scit capere rite atque ordine, sed saepe, relictis, si quae oppositae sunt alites carnesque suillae vel leporinae, in pulmentum aliquod salsamentumque irruit eoque se opplet, donec rumpatur edendo. — Bene Rudolphus ad ἐμπέσωσι: « Hanc voculam, inquit, adhibuit auctor, ut indicaret, casum et fortunam in istos scriptores dominari eosque temere in eo versari, quod ratione et consilio temperare debeant. » Repetita est similitudo a reti quodam vel labyrintho, unde, qui improviso illuc delati sunt, explicare se nequeunt. *Hermot.* 59. ἐς

τὸν αὐτὸν κύρτον ἐμπέπτωκας *Philops.* 20. ὥςπερ ἐς λαβύρινθον ἐμπεσών. — De νεοπλούτοις egregie *Lehm. ad Tim.* 7: «fere ii sunt, qui quum paulo ante pauperes fuissent, repentino quopiam casu magnas divitias nacti sunt, quales fere aut sinistre utuntur, utpote insueti, opibus suis, aut magna adulatorum et parasitorum caterva cinguntur, ut *Tox.* 12.» Adde *Aristot. Rhet. II.* 16, 4: διαφέρει δὲ τοῖς νεωστὶ κεκτημένοις καὶ τοῖς πάλαι τὰ ἤθη τῷ ἅπαντα μᾶλλον, καὶ φαυλότερα τὰ κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους. ὥςπερ γὰρ ἀπαιδευσία πλούτου ἐστὶ τὸ νεόπλουτον εἶναι, καὶ ἀδικήματα ἀδικοῦσιν οὐ κακουργικὰ, ἀλλὰ τὰ μὲν ὑβριστικὰ, τὰ δὲ ἀκρατευτικά. Omnium autem maxime huc pertinet *Tim.* 22, ubi ita loquentem Plutum fingit Noster: ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ καὶ τὸ λῖνον ἐντμηθῇ καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ καὶ ἀνακηρυχθῇ μου ὁ καινὸς δεσπότης, ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ ἢ καταπύγων οἰκέτης ἐκ παιδικῶν τίμιος ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γενναῖος ἀπολαβὼν, ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ᾖ ποτὲ, ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ θέει φέρων κ. τ. λ. et mox c. 23: ὁ δὲ, ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πέδην πεφρικὼς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς, καὶ τὸν μυλῶνα ὥςπερ τὸ ἀνάκτορον προςκυνῶν etc. — De κληρονομεῖν c. Gen. v. *Matth* §. 364. — Ad sequ. τὴν ἐσθῆτα περιβάλλεσθαι haec Rudolphus: « Sc. vestimentum domini, cui vestis erat magis composita,» laudatque *Polluc. Onomast. VII.* c. 13, *segm.* 47: χιτὼν δὲ ὁ μὲν ἀμφιμάσχαλος ἐλευθέρων σχῆμα, ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος οἰκετῶν. At περιβάλλεσθαι de tunica dici nequit; pallium spectat, quo omnino abstinendum erat servis. Pallium autem sinistre injecisse, in barbariei rusticitatisque signis habebatur. *Aristoph. Avib.* 1574:

Οὗτος, τί δρᾷς; ἐπ' ἀρίστερ' οὕτως ἀμπέχῃ;
Οὐ μεταβαλεῖς θοἰμάτιον ὡς ἐπὶ δέξια;

Plat. Theaet. p. 175. *E*: ἀναβάλλεσθαι δ' οὐκ ἐπισταμένου ἐπὶ δέξια ἐλευθέρως. *Themist. Orat. XXI, p.* 263. *D*: ἀφέμενος τοῦ σκαιοῦ τε καὶ ἐπαριστεροῦ τρόπου ἐπὶ δεξιὰ ἀναβάλλεσθαι. Adde quae conservavit *Athen. I, p.* 21. *B.* Et in his quidem, ubi non de injicienda tantum, sed etiam de componenda veste sermo est, frequentius est ἀναβάλλεσθαι, cf. *Per. ad Ael. V. H. VII.* 9: tamen *Ael. Aristid. T. I, p.* 324 *ed. Jebb.* περιβάλλεσθαι usurpat de oratore, qui ad dicendum sese accingit; et *Artemidor. III.* 24: ἐπαρίστερα, ait, περιβεβλῆσθαι ἢ ὅπως ποτὲ γελοίως καὶ μὴ κοσμίως, πᾶσι πονηρόν. Eandem sententiam refert ἐπιβάλλεσθαι. V. *Held. in Actt. Monacç. T. II, p.* 168. — Ὄρνιθες in deliciis divitum, cf. *Saturn.* 23 etc. Saepissime autem intelligi gallinas, bene observavit *Flor. Christ. ad Aristoph. Vesp.* 528. Συὰς et λαγὼς jungit etiam *Saturn.* 28. ἴδοις ἂν αὐτοὺς οὕτω λαχάνου καὶ θύμου ὀρεγομένους ἐνίοτε, ὥςπερ οὐδὲ σὺ τῶν λαγῶν καὶ συῶν. *Conv.* 22. ἐμοὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἐν ὑὸς ἀγρίου μοίρᾳ ἢ λαγωοῦ, et hoc ipso libello c. 56. Nam σύεια praestat sus fera; a domestica sunt χοίρεια. Λαγῷα maximo semper honore habita sunt. *Martial. XIII.* 92:

Inter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes mattea prima lepus.

Unde *Aristophani Vesp.* 729 ζῆν ἐν πᾶσι λαγῴοις est *lautissime vivere.* Quamquam λαγὼ βίον ζῆν dicuntur, qui aliis obnoxii et humiles in perpetuo timore vivunt. Cf. *Hemst ad Somn.* 9. Adde *Dion. Chrys. Orat. LXVI, p.* 611. *C.* — Pro eo quod est προκειμένων exspectassem παρακειμένων, quod quidem verbum solemne est de cibis, ut infra c. 28 ἄριστον παρατιθεμένους. *Icarom.* 27. τὴν ἀμβροσίαν παρατίθενται. *Aristoph. Avib.* 582. ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς. *Alciphr. I.* 20 etc. Cf. *Küster. de verb. med. p.* 120. *Wytt. ad*

Plut. p. 366. — Ὑπερεμπίπλασθαὶ invenies etiam v. c. *Conv.* 35, quamquam jam ἐμπίπλασθαι immodicae voracitatis significatum contineat. Sic *Aristoph. Equ.* 945. *Eccles.* 56 etc. Indidem testimonium petendum est locutioni ἐσθίοντα διαῤῥαγῆναι. V. *Pac.* 31:

Ἔρειδε, μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων,
Τέως ἕως αὐτὸν ἂν λάθῃς διαῤῥαγείς.

Ἔτνος explicatur a Schol. Voſs. πᾶν ὄσπριον ἐρειχθέν. Nolo multus esse in re nota post *Ruhnk. ad Tim. p.* 124. Formam ταρίχου Codd. consensus commendat, etsi improbent illam Atticistae. *Bekk. Anecdd. p.* 309. 14: τὸ τάριχος οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν οὐδετέρως, καὶ ταρίχη· Ἡρόδοτος δὲ ἀῤῥενικῶς εἶπε τοὺς ταρίχους. Accuratius *Pollux VI*, §. 48: καὶ οὐδετέρως μὲν τὸ τάριχος οἱ Ἀττικοί. Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς καί τινες τῶν Ἀττικῶν ἀρσενικῶς. V. omnino *Sallier.* et *Oudend. ad Thom. Mag. p.* 834. et *Maittair. de diall. p.* 38. *C.* et 199. *B.* — Ἔτνος et τάριχος ad tenuiorum potissimum victum pertinebant. Vid. *Aristoph. Ran.* 62. 509. 565. *Equ.* 1255. *Theophr. Charact. VIII.* 4. *Luc. Gall.* 14 etc. Cf. *Heind. ad Charm. p.* 83. Unde saepissime opponuntur lautis dapibus. *Luc. Fug.* 14. καὶ τὰ ἄλφιτα οὐκέτ' ὀλίγα οὐδὲ ὡς πρὸ τοῦ μάζα ψιλή· τὸ δὲ ὀψώνιον οὐ τάριχος ἢ θύμον, ἀλλὰ κρέα παντοδαπὰ καὶ οἶνος οἷος ἥδιστος. *Alciphr. I.* 20. σχέτλια πεπόνθαμεν· τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ παρέκειτο, ἡμῖν δὲ ἔτνος ἦν τὸ βρῶμα. Quorum tamen dulcedini adeo assuetos esse solere ait Noster, ut delicatissimas cupedias, quarum praestantiam ignorent, contemnere prae illis non dubitent; eodem autem modo rhetores illos, ubi se ad historiam conscribendam contulerint, iis, quae omnium maxime tractari in historia oporteat, neglectis, declamationibus istis, in quibus pridem artis tirocinia posuissent, immorari.

Οὗτος — ἐξέθανον.] Et is quidem, inquit, de quo modo dixi, vulnera quoque con-

scripsit omnino incredibilia mortisque genera prorsus absona: unum aliquem, vulnere in pedis pollice accepto, extemplo exspirasse; et ubi clamorem tantum Priscus dux sustulisset, viginti septem ex hostium numero in animi deliquium incidisse. Vix dubito, quin haec quoque ad Homeri imitationem composita sint; qui quum in Iliade singulis vulneribus describendis multum operam impendisset, facile occasionem praebere potuit inepto aemulo, ut, qui Thucydide se in oppidorum situumque descriptionibus accuratiorem praestare studuisset, Homeri etiam artem illa in re superare vellet. — Priscum bene Sol. observavit esse Statium Priscum L. Veri imperatoris legatum, per quem, teste *Jul. Cap. V. M. Aur.* 9. *et L. Veri* 7, gestae sunt res in Armenia prospere, Artaxatis captis, bellumque Parthicum confectum. En vero ducem vere *βοὴν ἀγαθὸν*! Quanquam non Menelao cuidam vel Diomedi, sed ipsi Marti comparari ille videtur, de quo *Hom. Iliad. E,* 859:

Ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης
Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.
Τοὺς δ' ἄρ' ὑπὸ τρόμος εἷλεν Ἀχαιούς τε Τρῶάς τε
Δείσαντας· τόσον ἔβραχ' Ἄρης ἄτος πολέμοιο.

Scriptoris ineptias auxerunt librarii, qui in extrema sententia pro *ἐξέθανον* substituerunt *ἀπέθανον*. Adeone mori etiam oportuit miseros illos, quos satis erat voce tantum hostium ducis audita perterritos animo deliquisse! Haec enim differentia est, quam neglectam a multis intpp. esse, vix mirere. Diserte distinguit *Plat. de Legg. XII, p.* 959. *A. τόν τε ἐκτεθνεῶτα καὶ τὸν ὄντως τεθνηκότα.* Ubi Ast. laudat *Wytt. ad Plut. de S. N. V. p.* 94. Adde *Luc. Icarom.* 23. *μικροῦ μὲν ἐξέθανον ὑπὸ τοῦ δέους. Dial. Meretr. XIII.* 5. *ἐκθανεῖν γάρ μοι δοκῶ. Antiphanes* apud *Athen. VIII, p* 342. *F: ὁρῶντες ἐξέθνησκον ἐπὶ τῷ πράγματι. Chariton III.* 9. *ἐξέθανεν ὁ Διονύσιος ἀκούσας καὶ νὺξ αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν κατεχύθη*, ubi vid. *Dorvill. p.* 408. Occurrit etiam *ἐκθανεῖν γέλωτι*, ut v. c. *Alciphr. III.* 66. Cf. omnino *Jac. ad Tox. p* 154.

Ἔτι δὲ — ἀνάσχοιτο.] Praeterea autem mor-

tuorum quidem in numero ea quoque, quae imperatorum in literis conscribi solent, mentiendo superavit. In proelio enim ad Europum hostium interfectos esse ait trecenta septuaginta millia ducentos sex; Romanorum autem tantummodo duos vulneratosque esse novem. Haec, indignabundus exclamat Noster, nescio an sana mente praeditus quisquam tolerare possit. Mira cum subtilitate disputatum est a Solano, quas tandem h. l. Lucianus intelligat epistolas, adeo ut de certis quibusdam literis Prisci et Cassii ad L. Verum Antiochiae desidentem datis somniaret. Et nostro quidem aevo vix quemquam fugiet, latius haec patere et omnino intelligendas esse, quales hodie gallico vocabulo *Bulletins* appellantur; quorum de fide ne nos quidem melius sentire didicimus. Luculentum ejus rei testimonium exstat in iis, quae Sulla scripsit post victoriam de Archelao Mithridatis duce in Boeotia relatam, quo in proelio, ut ait *Eutr. Brev. V.* 4, ex centum viginti millibus vix decem Archelao superessent; ex Sullae exercitu tredecim tantum homines interficerentur. V. *Plut. V. Sullae* 19. Egregie *Strab. III, p.* 112 *οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ συγγραφεῖς ῥᾳδίως ἐπὶ τοῦτο φέρονται τὸ ψεῦσμα καλλωπίζοντες τὰς πράξεις.* — Τοῦτο *μὲν* dictum est ut *Philops.* 22. *ἄκουε τοίνυν, ἔφη ὁ* Εὐκράτης, *τοῦτο μὲν καὶ ἐπὶ μαρτύρων, ὃ πρὸ ἐτῶν πέντε εἶδον.* — Quae sequuntur, *παρὰ τὰ γεγραμμένα* etc. dubitavi, an sic potius redderem: *illorum, quae — conscribi solent, quodlibet mentiendo aequavit,* quae est part. *παρὰ* vis in notissima illa locutione *παρ' ὁντινοῦν* sive *παρ' ὅντινα βούλει*: nisi commode in mentem venisset loci *Plat. Jon. p.* 539. *E: ἃ τῷ ῥαψῳδῷ προςήκει καὶ σκοπεῖσθαι καὶ διακρίνειν παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους,* i. e. *quibus et considerandis et dijudicandis rhapsodum reliquos omnes homines superare decet.* — Postremo mortuorum in numero distinctione jam indicavi, non praeferendum mihi videri modestiorem cum Wielando, qui septuaginta tantum millia et ducentos triginta sex h. l. agnoscit; quem si exprimere voluisset Lucianus, ex grammatica lege aut dicendum erat *καὶ ἓξ καὶ τριάκοντα* aut *καὶ τριάκοντα ἕξ*. Sed faciles simus

in numero fictitio; cui cum ineptus ille ratione ad singulos usque homines accuratissime exacta veri similitudinem aliquam addere studuisset, ea ipsa re etiam magis sese ridendum praebuit.

Cap. XXI.

Καὶ μὴν — γελοιότερα.] Neque vero, inquit, illud silentio praetereundum est, non exigui res momenti. Nam qui ipse quam maxime Atticus esset sermoneque uteretur purissimo et ab omni vitio remoto, Romanorum quoque nomina Attica facere in Graecasque formas convertere haud dedignatus est; adeo ut Cronium diceret Saturninum: Phrontin autem Frontonem, Titanium, qui Titianus esset, et reliqua multo etiam risu digniora, *ea* scilicet, *quae omisi;* nam nisi ita accipias, exspectes ἄλλα, non τἆλλα. Praeterea interpretando prospexi, ut necessariam non esse appareret Jacobsii conjecturam μεταποιῆσαι, quam si amplectare, nescias sane, quid facias eo quod est οὕτω. — De φωνῇ paucis jam dictum est ad C. VI, ubi opponitur τῇ διανοίᾳ. Adde v. c. *Ael. Aristid. T. I. p.* 82 *ed. Jebb.:* τῶν μὲν κρίσεως εὖ σχεῖν δοξάντων, φωνὴν δὲ οὐδένων γενομένων· τῶν δ' εἰπεῖν μὲν ἐξικνουμένων· κ. τ. λ. Omnino est proprius quidam loquendi pronuntiandique usus gentis alicujus consensu receptus, v. c. *Thuc. VI.* 5: φωνὴ μὲν μεταξὺ τῆς τε Χαλκιδέων καὶ Δωρίδος ἐκράθη. *Plat. Crat. p.* 398. *D:* κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν. *Luc. Philops.* 31. αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ: cui qui ita constat, ut nihil omnino aut barbare aut soloece aut improprie aut inusitate dicat, elegans auctor oratorque habetur. Κομιδῇ ἀττικὸν autem venuste dicit eodem fere significatu, quo *Demon.* 26. ὑπεραττικὸν, qui affectata potius quam genuina et usitata Graecitate utatur. — Mox ἠξίωσε Gesn. vertit conatus est; nec male, v. *Loers. ad Platon. Menex. p.* 115. — Romani illi obscuri, nisi Frontonem

intelligas philosophum illum M. Aurelii praeceptorem, qua de re tamen ipse Solanus nonnisi dubitanter pronunciavit. Illud autem monendum est, minime abhorrere communem Graeci sermonis usum ab ista nominum peregrinorum conformatione ad sui oris consuetudinem accommodata, veluti quum Lucium *Λεύκιον*, Scipionem *Σκηπίωνα*, Quirinum *Κυρήνιον* dicunt; neque aliter ipse Noster, qui se Lycinum potius in dialogis quam Lucianum appellari mallet.

Ἔτι — θάνατον.] Praeterea idem ille de Severiani obitu scripsit, reliquos omnes deceptos esse, qui gladio eum occubuisse arbitrarentur; mortuum autem esse inedia; hoc enim illi mortis genus omnium maxime doloris expers visum. Sua se manu occidisse Severianum, quum ad Elegeïam Armeniae castellum ab Osroë Parthorum duce in angustias compulsus esset, mox c. XXV et XXVI apparebit; idque vel ex hostibus comperiri potuit; de genere tantum mortis, quum pauci vel nulli superstites illi cladi essent, parum inter scriptores constitisse videtur. A Parthis occisum non credam; nam quod *Dio Cass. LXXI.* 2 legionem cum ipso duce sagittis confectam deletamque esse narrat, de necessitate potius quam de genere leti intelligendum arbitror. — Pro eo quod est *ἀποθάνοι* ne quis conjiciat *ἀπέθανε* cum Belino, conf. *Stallb. ad Phileb. p.* 191. *Krüger ad Dionys. p.* 169. Saepissime enim in sermone obliquo, sive Acc. c. Inf., sive *ὡς* vel *ὅτι* tum Indicativo tum Optativo juncta praecesserit, Optativus subjungitur absolute. *Plat. Theaet. p.* 201. *E. ἐδόκουν ἀκούειν τινῶν ὅτι τὰ μὲν πρῶτα — λόγον οὐκ ἔχοι· αὐτὸ γὰρ καθ' αὐτὸ ἕκαστον ὀνομάσαι μόνον εἴη. Epist. II. p.* 313. *B. οὐ μὴν ἄλλῳ γέ ποτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦθ' εὑρηκότι, ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία περὶ τοῦτ' εἴη. Phaed. p.* 96. *B: πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν — ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα, ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης — γίγνεσθαι ἐπιστήμην*, quae ita accipienda sunt, quasi scripsisset: *πότερον ἀληθῆ ἐστὶν, ἅ τινες*

ἔλεγον, ὡς τὸ αἷμα κ. τ. λ. — Mox scribendum esset ὁ ἀνὴρ sive ἀνὴρ, si sufficeret *Astii* praeceptum ad *Plat. Phaedr. p.* 365 *sq.* ἀνὴρ sine articulo poni, ubi praedicatum sit, contra articulum habere, ubi ὁ ἀνὴρ subjectum. Quod ut universae grammaticae legi quam maxime consentaneum est, ita vereor, ne de hoc vocabulo dici non semper possit, quod ab exceptione quadam non immune esse, ea potissimum exempla comprobant, quae congessit *Heind. ad Phaed. p.* 182, in quibus, ubi exspectasses τὸν ἄνδρα, dictum est ἄνδρα, id quod immutare e conjectura non liceat. Bene vero post *Wytt. ad Eund. p.* 258 observatum est a *Reisigio Comm. Crit. ad Soph. Oed. Col. p.* 178, sine Articulo dici posse ἀνὴρ et ἄνθρωπος, ut latinorum *homo*, si loco pronominis ἐκεῖνος sit; id quod inde mihi explicandum esse videtur, quod tum nominis proprii vices gerat. Nam quum Articuli omissio fere solemnis sit in iis vocabulis, quae non de definito quodam sed de genere ponuntur — cf. *Buttm. ad Plat. Menon. p.* 16. *Heind. ad Gorg. p.* 175. *Stallb. ad Phileb. p.* 4. — ante nomina propria etiam, ut quae singula quasi genera singularia constituant, promiscue omitti constat. Quam licentiam deinde ad appellativa quoque, sicubi pro propriis ponuntur, pertinere consentaneum est. Ex eoque genere sunt, quae apte comparavit Heindorfius, θεὸς et βασιλεύς. V. *Heind. ad Euthyd. p.* 309. *Schaef. Melett. critt. p.* 4. *Jac. ad Luc. Tox. p.* 121. *Engelh. ad Platon. Menex. p.* 291, quem eundem, si exempla, quae desideravit, vocabuli γυνή sine articulo usurpati apud *Schaef. Melett. p.* 116 invenerit, concessurum esse arbitror, ἀνὴρ etiam posse sine articulo dici; cujus usus tanta est exemplorum frequentia, ut immutata esse in omnibus nescio quo consensu librariorum genuina lectio nequeat. Attulisse sufficiat *Aristoph. Plut.* 539. *Equ.* 441. 769. 929. *Eccl.* 390, et Nostri *Hermot.* 35. *Charon.* 11. *Pisc.* 10. *Lexiph.* 18. *Pseudol.* 5 etc. Adde *Krüger. ad Dionys. p.* 110. Quanquam negari non potest, haud rarius cum Articulo construi, quem v. c. a Philostrato nunquam omitti eru-

dite observavit *Jos. Bekker. Spec. Philostr. p.* 70. Quae si recte disputata sunt, valebunt etiam de eo quod est *οὗτος ἀνὴρ*: quod et ipsum ubique in *οὗτος ἁνὴρ* mutandum esse temere sane censet idem *Engelh. ad Plat. Lach. p.* 4 et 300. Quae tamen hominibus conceditur licentia, ea bruta quoque animalia frui minime aequum est; quapropter in *Arist. Eccles.* 414 non dubito quin leg. sit: *ἁλεκτρυὼν ἐφθέγγετο.*

Οὐκ *εἰδὼς — πολλοί.*] Factum esse videtur in tanta scriptorum de mortis genere, quo Severianus occubuerit, incertitudine, ut quidam eo majorem sibi fidem conciliare posse arbitrarentur, si discrepantia a vulgari opinione adeoque a communi sensu recedentia narrarent, scilicet quo singularia ad se de ea re indicia pervenisse viderentur, quo tamen in ipso adeo inepte plurimi versati sunt, ut ipsorum mendacia ab homine exacti judicii emunctaeque naris jam ex ipsa rei indole refutari possent. Sic hunc i g n a r u m f u i s s e ostendit Noster, t o t i u s i l l i u s c a l a m i t a t i s t e m p u s t r i u m f e r e d i e r u m s p a t i o c o n t i n e r i, q u i a u t e m i n e d i a m o r i c o n s t i t u e r i n t, p l e r u m q u e v e l a d s e p t i m u m u s q u e d i e m v i t a m d u c e r e. Vulg. lect. *ἐκεῖνο* restituere non dubitavi. Πάθος enim h. l. non est solius Severiani mors, sed idem quod c. II appellavit *τραῦμα*, tota illa clades, quomodo et obsessi, et ad incitas redacti, et deleti sint Romani; quae si omnia intra trium dierum spatium acciderant, absurdissimum simul et mendacissimum esse apparebat scriptorem eum, qui unius hominis mortem ad septimum usque diem distulisset. De Genitivo laudasse sufficiat *Matth.* §. 378. 3. Eos autem, quibus inedia mori consilium sit, septimo demum die mortem oppetere, etiam *A. Gellius III.* 10 ad vim facultatemque numeri septenarii demonstrandam observavit. Adde *Menag. ad Diog. Laërt. II.* 143. Potuitque id spatium illo aevo etiam in vulgus facillime observari, quum id mortis genus adeo invaluisset, ut vel in summa rerum omnium tranquillitate, si quis adversa valetudine correptus aliquanto diutius laborasset et de recu-

peranda salute desperaret, inedia mortem sponte arcesseret, idque, quum ut summum scelus omnium detestatione excipi deberet, ut constantiae magnanimitatisque indicium summa admiratione dignum haberetur. Cf. *Gierig. ad Plin. Epistt. I.* 12. 9. — Οἱ πολλοί, sicubi cum Nominativo construitur pro Genitivo, commode vertas *plerumque* vel *maximam partem*, v. c. *Anach.* 33: γέλωτα ἂν μοι παρέχοιεν, sc. οἱ νέοι, δακρύοντες οἱ πολλοὶ καὶ τρέμοντες. Et addito αὐτῶν, *Harmon.* 2, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν. *Tox.* 4. καὶ ταῦτα καπήλους καὶ ταριχοπώλας τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

Ἐκτὸς εἰ μὴ — ἑβδόμης.] De vi ironica dictionis ἐκτὸς εἰ μὴ jam disserui ad c. XIII. Nisi quis, inquit, illud scilicet sibi persuasit, adstitisse Osroën exspectantem, donec inedia Severianus consumeretur, ideoque per septem dies signa inferre noluisse. Inepte sane et et frigide Wielandus: « *Man müßte denn nur sagen wollen, Osroës habe vor ihm gestanden und gewartet, bis Severianus verhungert seyn würde, und dieser, um ihn nicht so lange warten zu lassen, sey aus Höflichkeit vier Tage früher Hungers gestorben als sonst gewöhnlich ist!* » Praeiverant L. Bosius, Reitzius, Gesnerus. Rectum primus sensit Rudolphus, cui Lehmannum accessisse gaudeo. Laudat is *Schweigh. Lex. Polyb. s. v.*, unde huc pertinent potissimum *Il.* 19. 2: τῶν πολεμίων ἐπαγόντων αὐτοῖς, et *X.* 49. 11: Παναίτωλος ἐπαγαγεῖν παραγγείλας. Adde *Jac ad Tox. p.* 145, qui quem adhibuit *Arrian. I.* 1: Ἀλέξανδρον ἐπάγοντα οὐκέτι ἐδέξαντο, Reitzio acceptum referre debuit. Quanquam rara est haec constructio absoluta; additur fere Acc. v. c. τὴν στρατιὰν (*Her. I.* 65) τὸ κέρας (*Aristoph. Avib.* 353) τὴν φάλαγγα (*Luc. Bacch.* 4) etc. — Osroëm eundem esse, qui Nostro *Pseudom.* 27 appellatur Ὀθρυάδης, dubium esse vix potest. Apud Dionem haec ipsi Vologeso tribuuntur. — In extremis διὰ τῆς ἑβδόμης sententia perspicua, deest auctoritas. Nam

qui, auctore fretus *Dav. ad Max. Tyr. p.* 630, *δι' ἐνάτου ἔτους per novennium* explicaverat, *Boeckh. in Plat. Minoem p.* 60. 61, ipse sententiam suam retractavit *ad Simon. Socr. p. XXIII sq.*, quum bene intellexisset, distributivam potius huic constructioni vim inesse. Quanquam falsus est Rud., qui etiam nostrum e linguae legibus vertendum esse arbitraretur *post septimum diem* sive *septimo quoque die.* Hoc esset *δι' ἕπτα ἡμερῶν* vel *δι' ἑβδόμης*: Articulo enim eam constructionem carere debere constat. V. *Per. ad Ael. V. H. XIII.* 42 et *Matth.* §. 580. *d.* Sic *Plutarch. Apophth. p.* 194. *A. δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων, post CCXXX annos;* at *Aristot. Politic. V.* 68 *διὰ πέντε ἐτῶν, quinis annis;* et *Thuc. III.* 21 *διὰ δέκα ἐπαλξέων, ad decimam quamque pinnam. Plut. V. Thes.* 15 *δι' ἔννεα ἐτῶν, nono quoque anno; Ael. Aristid. T. I, p.* 23: *διὰ δυοῖν ἐτῶν, alternis annis; Luc. Sacrif.* 4. *Icarom.* 24 etc. Nostrum Lehmannus vult esse *usque ad septimum diem*, ut *διὰ τέλους, assidue usque ad finem;* at hoc vereor ut idem sit, praesertim quum Articulo careat.

Cap. XXII.

Τοὺς — θείη.] Et hactenus quidem illos potissimum Lucianus perstrinxerat, qui e scriptorum commentariis pravae imitationis materiam repeterent; illos autem, inquit, mi Philo, quonam quis loco habeat, qui poëticis adeo verbis utuntur in historia? — Ut h. l. *ποῦ ἄν τις θείη*, ita *Aristid. Decl. Lept. II.* 3: *ὅταν τις πρὸς αὐτῷ τούτῳ ταῦτα γράφειν αἱρεῖται, ποῦ τουτονὶ θήσομεν;* quem ad l. Grauertus laudat *Himer. Or. II.* 31: *τὰς δὲ μετὰ ταῦτα μαχὰς ποῦ θήσομεν;*

Τοὺς — *τεῖχος.*] Sequuntur duo diversi loci, e nescio quo historico opere desumti, sane multis verbis tum ex Homeri carminibus tum e tragicorum poëtarum libris excerptis egregie distincti: qui dicunt: « Tremefe-

cit moenia tormentum, at illa ingenti cum fragore conciderunt;» et rursum in alio bellae historiae loco: «Jam igitur Edessa armorum sonitu circumstrepebatur eratque stridor fremorque,» et omnia illa scil. e poëtis nota vocabula; «imperator autem consilia secum corde volutabat, quo potissimum modo moenia aggrederetur.» Ἐλέλιξε et ἐδούπησε ab *Homero* repetita sunt; v. c. illud *Iliad.* A. 530 et Θ. 199:

Σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ ἐλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον,

cf. *Buttm. Lexil. T. I. p.* 137; hoc in versiculo saepissime repetito:

δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

Περιεσμαραγεῖτο apud Homerum non invenies, qui simplici tantum utitur; fortasse e tragico aliquo haustum est, ut sequentia duo ex *Aeschylo*; cf. *Sept. adv. Theb.* 137:

ὄτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω

et v. 146:

κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων.

Quamquam hoc verbum etiam apud *Homerum* occurrit, *Odyss.* K. 122. Cf. *Buttm. l. l. p.* 289 *). Nec non μερμηρίζειν Homerici usus est: *Iliad.* M. 199:

οἵ ῥ' ἔτι μερμήριζον, ἐφεσταότες παρὰ τάφρῳ.

De quibus quia ab intpp. affatim disputatum est, breviori mihi esse licuit.

Εἶτα — τὰ τοιαῦτα.] Tum vero, inquit, haec inter ipsa media inculcata erant multa hujusmodi vocabula exilia et vulgaria, quaeque e mendicorum consuetudine hausta putares; ut v. c. «Tribunus militum

domino nostro per literas nunciavit;» et: «Mercabantur milites, quae ad victum necessaria essent;» et: «Jamque loti cum essent, ad illos sese converterunt;» eoque de genere alia. Diu multumque disputatum est a VV. DD., quibusnam potissimum in verbis positum esset sordidum illud atque humile, quod his in exemplis inesse Lucianus indicavit; neque ullum fere intactum remansit verbum, quin aliquam ei vilitatis notam inurere studerent. Et Gesnerus quidem, cui ἐπιστέλλειν minus recte dici videretur, quum bene latine reddere nollet, male reddidit: *epistolavit.* At cf. v. c. *Thuc. VII.* 14: *τούτων ἥδιω μὲν ἂν εἶχον ὑμῖν ἕτερα ἐπιστέλλειν*, et quos laudant *Per. ad Ael. X.* 10. *Wess. ad Diod. XIII.* 81. *Duck. ad Thuc. IV.* 8 et ipse Rudolphus ad h. l. qui tamen ut recte a Gesneri sententia discessit, ita ipse, quod de vocabulo στρατοπεδάρχης dubitasset, jure reprehensus est a Lehmanno, qui ejus vocabuli et vim et graecitatem *Dionysii Halicarnassensis* auctoritate, quem vid. *Arch. Rom. X.* 36, comprobat, neque quidquam h. l. sordere censet, nisi id quod Wielandus quoque illiberalius dictum esse monuerat, κύριος. Id vero egregie. Nam etsi inde a Domitiano mos in vulgus invaluisset, ut dominorum nomine principes salutarentur, tamen tum omnino historico, quem ab omni adulatione procul abstinere consentaneum esset, tum inprimis ei, qui antiquae dictionis usum affectaret, uti hoc vocabulo, recentis servitutis indicio, minime licuit. Neque omnino in verbis magis quam in sententiis quaerendas esse istius ingenioli sordes, mihi persuasissimum est; quanquam in illis quoque nonnulla a puro Graece loquendi usu abhorrere et diserte indicavit Lucianus et rei ipsius naturae consentaneum est; nam qui ea historico operi inseruit, de quibus vix colloqui inter se dignantur homines ingenui atque liberales, eum in dictione etiam ab elegantiorum hominum consuetudine aliquantum recessisse, mirum esse nequit. Sic v. c. ἀγοράζειν notatur ab Atticistis. *Thom. M. p.* 931: *ὠνήσομαι κάλλιον ἢ ἀγοράσω. Ammo-*

nius p. 150: *ὠνήσασθαι μέν ἐστι τὸ πρίασθαί τι τῶν πωλουμένων, ἀγοράσαι δὲ καὶ τὸ ἐν ἀγορᾷ διατρίψαι.* Et bene sic explicavit *Jac. ad Tox. p.* 145. Cf etiam *Piers. ad Moer. p.* 70. *Duck. ad Thuc. VI.* 51. Quamquam *Phrynich.* in *Bekk. Anecdd. p.* 20. 6: *ἀγοράζειν*, inquit, *καὶ τὸ ὠνεῖσθαι καὶ τὸ ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν.* Cf. et *p.* 330. 7. Et revera sign. *emere* ap. *Aristoph. Plut.* 985; quem si fortasse plebis consuetudinem exprimere voluisse arbitrere, en alium tibi auctorem minime contemnendum, *Xenophontem*, qui quum aliis in locis, quos apud Sturzium videas, tum *Anab. I.* 5. 10 iisdem fere, quibus hic Noster, verbis usurpavit: *οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐπιτήδεια.* Quem etsi plerumque tenuiter, nusquam tamen sordide scripsisse constat. Quae quum ita sint, id potius quod est *τὰ ἐγχρήζοντα* damnandum esse videtur cum *Dorv. ad Char. p.* 269, quod apud nullum bonae notae scriptorem inveniri Graevius annotavit. Iidem duumviri in sequ. correxerunt, Dorvillius p. 285 *περὶ αὐτοὺς*, *jam loti se curabant*, ut in re ipsa, non in verbis contineretur *τὸ εὐτελές*, Graevius *περὶ αὐτὰ*, ut cohaererent cum praecedentibus: et *loti illis* sc. *τοῖς ἐγχρήζουσι indulgebant,* quam rationem secutus est Wielandus. Neutrum vereor ne restituat sententiam, quam perspicuum est abruptam et e continua quadam orationis serie revulsam; adeo ut certi quidquam de illius indole statui posse minime videatur. *Γίγνεσθαι περί τι* est *ad aliquam rem sese convertere; operam dare alicui rei,* ut v. c. *Ceb. Tab.* 9. *νῦν δὲ περὶ τὴν μυθολογίαν γενώμεθα. Plut. V. Alex.* 68. *περὶ τὴν ἐκκοπὴν ἐγένοντο. Luc. Necyom.* 9. *περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα.* Fortasse intellexit hostes, ad quos se milites convertissent; tumque revera ineptum erat balnei mentionem injecisse, quod quum in epulis describendis non negligendum esset, ad proelium sane intelligentiam minime pertinuit. Quanquam hanc absurditatem in re potius quam in verbis conspicuam esse facile concedo; vocabula autem a Luciano reprehendi videri, bene Rud. monuit. Quorum restat unum *λελούμενοι.*

Et est sane frequentius *λουσάμενος*, v. c. *Tim.* 54. *Nav.* 22. *Gall.* 9. *Asin.* 7. *Mort. Dial. VII.* 2. *Lex.* 2. *Merc. Cond.* 14 etc., ita tamen ut passim altero quoque vel Noster promiscue utatur, v. c. *Gall.* 10. *Lex.* 9. *Dem. Enc.* 3. *Dial. Meretr. XIII.* 3. Quae cum ita sint, me quidem in verbis sordes nullas conspicere ingenue fateor; sententiam quam maxime sordere neminem facile latere potest. — Et haec quidem hactenus; cetera expedita. Δημοτικὰ sunt omnino ea, a quibus fastus abest; ut *Merc. Cond.* 19: *ὡς τῦφος ἐν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς, ἀτραγῴδητα δὲ πάντα καὶ πεζὰ καὶ δημοτικά.* *Max. Tyr. Diss. XXII*: *οὐ γὰρ μυθολόγοι οὐδ' αἰνιγματώδεις οὐδὲ τερατείαν ἀσπαζόμενοι, ἀλλ' ἐν δημοτικῇ λέξει τε καὶ διανοίᾳ εἰθισμένοι.* Cf. *Dorv. ad Char. p.* 474. Παρεμβύσαι autem vix differt ab eo, quod ad c. 13 illustravimus, *ἐπεισκυκλεῖν*: sic *Conv.* 20: *παραβύσας ἑαυτόν* etc. Cf. *Jac. ad Tox. p.* 151.

Ὥςτε — ὑποδεδεμένῳ.] Rem conficit Noster similitudine admodum graphice expressa: Simillimam eam rem fuisse tragico histrioni, qui quum altero pede alto cothurno institisset, sandalo in altero indutus esset. Distinguendum esse inter *ἐμβάτας* et *ἐμβάδας*, jam Grammatici monuerunt. *Thom. M. p.* 300: *ἐμβάδες, τὰ κωμικὰ ὑποδήματα· ἔμβατα δὲ καὶ ἐμβάται τὰ τραγικά*, ubi vid. Intpp., tum *Valck. ad Ammonium p.* 49 et quos laudat *Reitz. ad Luc. adv. Ind.* 6. Adde *Ael. Aristid. T. I, p.* 300 *ed. Jebb.*: *ἔδοξα δὲ καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ δράματος εἶναι καὶ τοὺς ἐμβάτας ἀποτίθεσθαι.* Apud Nostrum *Gall.* 26 haud scio an leg. sit *τῶν ἐμβατῶν τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην καί οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδός.*

Cap. XXIII.

Καὶ μὴν — ἐπάγοντας.] Luciano, quum unum incongruentiae in diversis historici operis partibus conspicuae exemplum ad ridendum proposuisset, alterius quoque ejusmodi inconcinnitatis, oblata occasione, in men-

tem venisse videtur, quam simili quadam comparatione ridicula perstringere liceret: quid, inquit, quod alios quoque videas, qui exordia splendida tragicique fastus plena et ultra modum longa conscribant, adeo ut sane quam mira te in sequentibus auditurum speres; ipsum autem historiae corpus nescio quomodo exile subjungant ignavumque. Rhetores fuisse videntur, quos hoc nomine taxat Noster, qui quum in prooemii indole largam eamque infinitam et artis et doctrinae ostentandae materiam invenissent, aegre tantum suae huic licentiae finem imponi passi essent; ad ipsas autem res gestas, quarum ultra fines exspatiari non liceret, enarrandas ubi descendissent, propositi sui angustiis subito constricti ingenii vim omnem vehementiamque perdidissent.

Ὡς — περικείμενον.] Subjungit comparationem et ipsam e re scenica repetitam: ita ut hoc quoque comparari possit puerulo, sicubi Amorem vidisti ludibundum, ingenti quadam Herculis Titanisve persona tectum; cujus scilicet moli minime responderet reliqui corpusculi statura. — Dictum oportuit: *παιδίῳ — περικειμένῳ*, quod ut ad proxime antecedentia potius se applicaret, factum est attractionis quodam genere, quod apud auctores tum Graecos, tum Romanos admodum late patere constat. Cf. *Plat. Meno p. 94. D: ἐξευρεῖν ἂν, ὅστις ἔμελλεν αὐτοῦ τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων τις ἢ τῶν ξένων*, ubi exspectasses *τινά. Republ. III, p. 402. C. οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὕς φαμεν ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς φύλακας*, cum debuisset *οἱ φύλακες. VII, p. 533. C. αἱ δὲ λοιπαὶ ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι, γεωμετρίαν κ. τ. λ. Hipp. maj. p. 281. C. οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε κ. τ. λ.* ubi Heind. laudat *Wolf. ad Demosth. Lept. p. 234.* Simile illud *Dion. Chrysost. Orat. XXXVII, p. 457. C: τὴν δίαιταν ἐπιτρέψαντε τρίτῳ θεῷ*

πρεσβυτέρῳ, οὗ πλεῖσται μὲν κεφαλαὶ, πλεῖσται δὲ χεῖρες, τοῦ Βριάρεω, τούτῳ τὴν δίαιταν ἐπιτρέψαντες etc. Neque aliena constructio, qualis *Lucian. Philops.* 11: αὐτῷ — προςερπύσαν τὸ θηρίον δακεῖν, cujus plurima exempla congessit *Krüger. ad Dionys, p.* 119. E. Lat. laudasse sufficiat *Cic. de Fin. V.* 14: «Sunt autem bestiae quaedam, in quibus inest aliquid simile virtutis, ut in leonibus etc.» — Pictum Amorem intelligi, non est quod moneam. Sic eo in loco quem jam Reitzius adhibuit, *Rhet. Praec.* 6: εἴ που τὸν Νεῖλον εἶδες γραφῇ μεμιμημένον. Formula comparationibus aptissima utitur etiam *Max. Tyr. Diss. XVI:* εἰ ἤδη που ἐθεάσω ἄθροισμα ὀργάνων κ. τ. λ. — Ludentes in apparatu modulo suo majore Amores haud raro finxisse videtur saeculum, quod ingenuae simplicitatis dignitatisque pertaesum, admiranda tantum et delicate excogitata studiis suis prosequeretur. Cujus generis luculentum exemplum praebet Aëtionis tabula, quam egregie Noster descripsit in *Herodoto* c. 5., ubi Ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου, unus autem, ἐς τὸν θώρακα ἐςελθὼν ὕπτιον κείμενον, λοχῶντι ἔοικεν ὡς φοβήσειεν αὐτούς. Terribiliorem etiam sese efficere studet is, quem h. l. conspicimus, persona tragica capiti imposita Herculis vel Promethei. Eum enim Τιτᾶνα dici arbitror, fratrum omnium celeberrimum nec in tragoedia obscurum. Et sic quoque *Soph. Oed. Col.* 55: ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς. *Eur. Phoen.* 1129: δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν. Et omisso nomine *Lucian. Prometh.* 1. τὸν ἄθλιον Τιτᾶνα τουτονί. *Juv. Sat. XIV.* 35:

Quibus arte benigna
Et meliore luto finxit praecordia Titan.

Περικεῖσθαι autem dicitur de personis, quia non faciei tantum, ut nostrae solent, praetendebantur, sed galearum ad instar ipsi capiti imponebantur. Unde κράνη audiunt Nostro *Anach.* 32: ἐκεῖνα τὰ κράνη περιθήσεσθε τὰ κεχηνότα. Cf. locum simlilimum *Nigr.* 11: ἵν' οὖν μὴ καὶ αὐτὸς ἐλέγχωμαι πανὺ μεῖζον τῆς ἐμαυ-

τοῦ κεφαλῆς προςωπεῖον περικειμένος. Quae quum ita sint, haud scio an *Tox.* 60: ὁ δὲ λαβὼν τὰ ὅπλα τὰ μὲν ἄλλα περιεδήσατο, τὸ κράνος δὲ οὐ κατέθηκεν, leg. sit περιέθηκεν, nisi praestat οὐκ ἐπέθηκεν, ut *Anach.* 23. κράνη δὲ ἐπικείμενοι παγγέλοια. *Pro Imm.* 3. ὥςπερ ἂν εἴ τινι ἀμόρφῳ προςωπεῖον εὔμορφον ἐπιθείη τις.

Εὐθὺς — ὄρος.] Et haec quidem revera ridicula esse, communibus omnium judiciis comprobari ait; statim enim, quicunque audiant, notum illud de ipsis usurpare: parturiunt montes! Cetera omissa, ut in proverbio usu trito et etiam praeter *Horatii* locum *Epist. II.* 3. 139 pervulgato. Cf modo *Phaedr. IV.* 22. Integrum suppeditat *Athenaeus XIV*, *p.* 616, *D*, Sotadeo versu conscriptum:

Ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν.

Simili modo mutila proverbia *Mort. Dial. VI* 2. *VIII* 1. *Merc. Cond.* 5 etc. Ἐπιφθέγγεσθαι de proverbio dictum est, ut *Adv. Ind.* 5: τῶν ὁρώντων ἕκαστος εὐθὺς τὸ προχειρότατον ἐκεῖνο ἐπιφθέγγεται· τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; Omnino usurpatur de nomine, quo aliquid appellamus, v. c. *Plat. Theaet. p.* 287. *C. Phileb. p.* 18. *D. Cratyl. p.* 383. *A.* Nostro autem *Pseudom.* 39 est *acclamare.*

Χρὴ — κνήμαις.] Cujus rei indignitate vehementer commotus continere sese Lucianus nequit, quin eorum praeceptorum, quae e libelli proposito alteri parti reservanda essent, delibatum unum pravae illorum scriptorum rationi jam nunc opponat. At, inquit, opinor, hoc modo res illa tractari non vult, sed aequabilia esse oportet eundemque colorem referre omnia capitique reliquum corpus concinnum esse; ne auro resplendeat galea, lorica autem cachinnos moveat e pannis undique decerptis putridisve coriis consuta, scutumque vimineum, et tibiae suilla pelle tectae. — Μὴ οὕτως elliptice dictum, ut

Eur. Jon. 1346: μὴ ταῦτα, nec ad sequ. εἶναι referri opus est. — De colore orationis dicendum erit ad C. XLVIII; quod autem ὁμοχρόα cuncta esse vult Lucianus, hoc dicit, cavendum esse, ne ejusdem historici operis aliae partes omni apparatu rhetorico distinctae splendeant, aliae humili et indiserto dictionis genere sordeant et incuriose properatae potius quam affabre elaboratae esse videantur. Nam, ut egregie *Dionys. Hal. A. Rhet. X.* 6, *p.* 381 *Rsk.*, oportet εἶναι τὸν λόγον ἐοικότα σώματι ἐκ κεφαλῆς ἐπὶ πόδας ἔχοντι τὰ μέρη καὶ τά μέλη ἀλλήλοις τε πρέποντα καὶ τῷ ὅλῳ συστήματι τοῦ σώματος: dictionemque esse μίαν ὁμόχρουν καὶ σύμφωνον ἑαυτῇ καθάπερ ἀνθρώπου σῶμα συμβαίνοντα τῷ ὅλῳ τὰ μέρη, παρεχομένην, ut ait *Ael. Aristid. T. I, p.* 231 *ed. Jebb.* — Τὸ ἄλλο σῶμα dictum est pro τὸ λοιπὸν σῶμα, noto loquendi genere, de quo cf. *Boisson. ad Philostr. p.* 541 *sq.* — Ποθὲν cum negligentia quadam nec sine contemtu usurpatur, ut de re vili et abjecta, *pannis nescio unde conquisitis, e nescio quo angulo arreptis.* Sic *Plat. Republ. VIII, p.* 544. *E.* ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι; i. e. *e nescio qua quercu.* Cf. *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 280. *Stallb. ad Ejusd. Phileb. p.* 30. — Pro eo quod est σαπρῶν scribendum esset σαθρῶν, si recte statuisset *Kust. ad Ar. Plut.* 814, hoc proprie dici de vestimentis, vasis et similibus, quae vetustate vel usu ita attrita et confecta sint, ut facile rumpi vel frangi vel lacerari possint: σαπρὸς potissimum dici solere de rebus putredine corruptis et ideo malum odorem vel saporem habentibus, ut carne etc. Contra, si audimus *Casaub. ad Theophr. p.* 141 *sq.*, σαπρὸν est id, quod vetustate corruptum praestare usum non potest eum, ad quem est comparatum. Et sic Grammatici: *Bekk. Anecdd. p.* 305, 18: σαπροί οἱ παλαιοὶ καὶ φθαρέντες. Bene tamen observavit *Lobeck. ad Phryn. p.* 377, raro evanescere notionem primitus insitam, quae sit *putidi, marcidi, ruinosi*, quum descendat ab eo quod est σήπω. Σαθρός autem, cujus originem esse verbum σήθω, *cribra-*

re, negare Schneiderus non debebat, proprie esse videtur *lacerum*, *ruptum*, *rimis lacunisve hiulcum*. Quo de vocabulo vide egregie disserentes *Baehr. ad Plut. V. Alcib. p.* 81, et quos laudat *Stallb. ad Plat. Phileb. p.* 177 et *Ast. ad Eund. de Legg. p.* 254. — Συγκαττύειν simili nexu occurrit *Epist. Saturn.* 28: αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκαττυμέναι. — Οἰσυΐνη expl. Schol. Voss. ἐκ λύγων πεπλεγμένη. Descendit ab eo quod est οἴσυον: οἱ δὲ θηλυκῶς λέγοντες οἰσύα διαμαρτάνουσιν, ut ait *Phryn. in Bekk. Anecdd. p.* 57, 8. Σημαίνει δὲ, inquit, ῥάβδους ἑλώδεις. Occurrit etiam οἶσος, quod idem esse ac λύγος observat *Eustath. ad Iliad.* Λ, *p.* 768. 15. Scuta viminea sive gerrae ad levem armaturam pertinebant nec nisi a pauperioribus gestabantur, qui propter exiguum censum Hoplitarum in numerum referri non possent. Unde Noster *Gall.* 21: σὺ δὲ οἰσυΐνην ἀσπίδα ἔχων εὐσταλὴς καὶ κοῦφος εἰς σωτηρίαν. *Dial. Mort. XIV.* 2: δειλοῖς ἀεὶ συνηνέχθης, τοξάρια καὶ πελτάρια καὶ γέῤῥα οἰσΰϊνα προβεβλημένοις, ubi v. quos Hemsterh. laudat, inprimis *Thuc. IV.* 9: τοὺς ναύτας ἐξ αὐτῶν ὥπλισεν ἀσπίσι τε φαύλαις καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς. Quapropter reprehendendus esse videtur *Engelhardt. ad Plat. Lach. p.* 191. *C*, qui Persarum γεῤῥοφόρους cum Graecorum ὁπλάταις comparavit.

Ἴδοις — πραγμάτων.] Haec igitur praecepta ex historici operis cum corpore humano similitudine repetita in utramque partem valere autumat. Licet enim, inquit, videre innumeram ejusmodi scriptorum multitudinem, qui Rhodiorum Colossi caput pusillo corpori imponunt; — quo de Colosso quae tum ab Intpp. ad h. l., tum a Boettigero in *Andeutungen p.* 199—201 congesta sunt, repetere nolo — rursum autem alios, qui capite trunca corpora in medium producunt exordioque omisso extemplo ad res ipsas accedunt. Cautissimum se h. l. et acutissimum praestitit Lehmannus,

quum temeritatem Rudolphi, qui ἀπροοιμίαστα ut glossema a Nostro abjudicasset, ex ipsa sententiae indole refelleret. Nec carere potuit explicatione quadam ἀκέφαλα, ut quod non ea tantum significet, quibus initium, sed etiam quibus finis deest, quae affecta tantum, non absoluta sunt, quibus fastigium impositum non est, omnino imperfecta, mutila, aliqua sui parte trunca. Sic ipsam perorationem κεφαλήν appellat *Themist. Orat. I, p.* 17. *B.* Cf. omnino *Heind. ad Plat. Gorg. p.* 202. *Ast. ad Eund. de Legg. p.* 280, quos locos expressit Noster *Scyth.* 9: βούλεσθε οὖν ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος περινοστοίη;

Οἵ — δείξομεν.] Quos ait Xenophontem quoque in partes suas vocare, qui hoc (Anabaseos) exordium fecerit: «E Dario et Parysatide nati sunt filii duo;» itemque alios e veteribus; ignari illi, inquit, esse exordia quaedam quae vulgi intellectum lateant, quae quum prooemiorum speciem non prae se ferant, vim tamen potestatemque contineant. Quod quum ipse Lucianus alibi se comprobaturum profiteatur; nec nobis ea praecipere in animo est, quae infra ad c. LII commodiore loco annotabuntur; unum attulisse locum sufficiat *Aristot. Rhetor. III.* 14. 8: ἂν μὴ τοιοῦτος ᾖ scil. φαῦλος ὁ ἀκροατής, οὐδὲν δεῖ προοιμίου, ἀλλ' ἢ ὅσον τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν κεφαλαιωδῶς, ἵνα ἔχῃ ὥσπερ σῶμα κεφαλήν. — Ad verbum προσεταιρίζεσθαι Rud. laudat *Her. III.* 70. Adde *V.* 66. *Dionys. Hal. Arch. Rom. VII.* 56. *Diog. Laërt. VIII.* 16. Apud Xenophontem frustra quaesivit Sturzius, nostri scilicet loci specie inductus, quem a Phavorino s. v. ἑταιρίζω sine auctore allatum invenisset.

Cap. XXIV.

Καίτοι — ἐστι.] Quamquam, inquit, haec omnia tolerabilia sunt, quotquot aut ad elocutionem aut ad dispositionem perti-

nent peccata. Ἄλλος abundat, ut innumeris aliis locis, quales congessere *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 241, *Nitzsch. ad Ejusd. Jon. p.* 83. *Fritzsch. quaestt. Lucc. p.* 54 *sqq.* et quos laudat *Loers. ad Menex. p.* 164. Neque enim comprehenditur τῇ ἑρμηνείᾳ ἡ διάταξις, sed quum tria esse oporteat in oratore, inventionem, εὕρεσιν, dispositionem, quae est τάξις sive διάταξις, denique elocutionem, quam graece dicas λέξιν sive ἑρμηνείαν, de iis, quae in his duabus peccari solent, disseruit in antegressis; jam ad primam illam transit, in qua omnium maxime differt ab oratore historicus. Nam quum illi sit excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quae causam probabilem reddant, historicum oportet res veras non excogitare, sed studiose indagare, a verisimilibus autem, si vera non sunt, procul abstinere. Quamquam ne veri similitudini quidem studuerunt inepti illi commentatores, quos hoc nomine jam exagitabit Noster.

Τὸ — ἔοικεν.] Quod autem de ipsa locorum ratione mentiuntur, non parasangis modo sed totis mansionibus aberrantes, qualem, inquit, pulchri refert speciem? Cf. *Diod. Sic. I.* 4: πολλὰ γὰρ παρὰ τὰς ἀγνοίας τῶν τόπων διήμαρτον οὐχ οἱ τυχόντες μόνον τῶν συγγραφέων, ἀλλά τινες καὶ τῶν τῇ δόξῃ πεπρωτευκότων. Parasangas tricenorum stadiorum fuisse refert *Her. II.* 6. *VI.* 42 et *Schol.* ad Nostri *Icarom.* 1: τὰ φορτικὰ ταῦτα σταθμούς τινας καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος. Mansionibus regiis cum parasangis nulla certa ratio intercedit, etsi ex *Herod. V.* 52. 53, qui ea de re copiossissime exposuit, colligere liceat, quaternis fere parasangis mansionum spatia constitisse. — Extremis ad amussim respondet, quem Lehm. adhibuit, *Nigr.* 25, τίνι τῶν καλῶν εἰκάσομεν;

Εἷς — Ἐδεσσαῖοι] Sic v. c. unum ex illis narrat, qui ne colloquium quidem unquam cum Syro aliquo instituisse neque, quod ajunt, in tonstrinis de ejusmodi rebus confabulantes audivisse videretur, tam negli-

genter res gestas congessisse, ut, quum de Europo dissereret, ita diceret: „Europus autem sita est in Mesopotamia, duabus mansionibus ab Euphrate diremta; condita autem est ab Edessenis." Γοῦν saepissime reddi potest *exemplia gratia;* v. c. *Thuc. I.* 20: οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος κ.τ.λ. *Luc. Nigr.* 13. *Phalar. I.* 3. *Bis Abd.* 2. *Dem.* 7. *Philops.* 24. Ejus usus rationem explicare studuit *Jac. ad Tox. p.* 129, quae fere ea est, ut auctor, postea quam in universum de aliqua re pronunciavit, mox, ne nimium dixisse videatur, subjungat: quamquam ignorare se, num in universum hoc dici possit, de exemplis tamen, quibus sententia sua nitatur, rem certam esse. — Ἐντυγχάνειν τινί, *in colloquium venire*, omnino *familiariter uti aliquo*, haud raro occurrit. Cf. *Plat. Phaed. p.* 61. *C. Epist. XIII. p.* 360. *C. Luc. Hermot.* 35 etc. Unde ἔντευξις sign. *colloquium*, v. *Victor. ad Aristot. Rhetor. I.* 1. et ἐντευκτικὸς idem est quod εὐπροσήγορος. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 123. Quamquam h. l. etiam reddere possis: qui ne consuluisset quidem Syrum aliquem. Ἐντυγχάνειν, *precibus adire, precibus agere cum aliquo,* erudite illustravit *Baehr. ad Plut. V. Flam. p.* 83. In sequ. ridicule olim continuo vocabulo scribebatur Ἐπικουρείων. Κουρεῖα, *tonstrinae,* turbae otiosae et quae ad recentes nuncios hiaret, consessibus celebratae. Solanus: „Notum, inquit, est, Athenienses in tonstrinis convenisse frequentes, ut nos in *coffipoliis*. Sic *Aristoph. Plut.* 338:

Καίτοι λόγος γ' ἦν νὴ τὸν Ἡρακλέα πολὺς
Ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων,
Ὡς ἐξαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος.

Laudant praeterea Intpp. *Casaub. ad Theophr. p.* 137 *ed. Fisch.* et *Dorv. ad Char. p.* 275. Quibus adde luculentum locum *Plut. V. Niciae* 30: ξένος γάρ τις, ὡς

ἔοικεν, ἀποβὰς εἰς Πειραιᾶ καὶ καθίσας ἐπὶ κουρείου (sic. leg. c. Sol.) — λόγους ἐποιεῖτο περὶ τῶν γεγονότων. Μυθολογεῖν de confabulationibus narrationibusque quum omnibus tum inprimis anilibus solemne. Cf. *Boisson. ad Philostr. p.* 349. *Heind. ad Phaed. p.* 24. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 931. Sic *Plat. Hipp. maj. p.* 286. *A.* χρῶνται ὥςπερ ταῖς πρεσβυτίσιν οἱ παῖδες πρὸς τὸ ἡδέως μυθολογῆσαι. *Epist. VIII. p.* 352. *D*: ἃ κἂν ἄλλοις μυθολογοῦντες ἱκανοὶ γίγνοισθ' ἂν ἑκάστοτε διδάσκαλοι. Noster *Saturn.* 7: τῷ Ἰαπετῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡλικιώταις προςμυθολογῶν. *Dem. Enc.* 3. μυθολογεῖν πρὸς τὸν παλαιστὴν διενοεῖτο. — Europus Syriae oppidum in regione Cyrrhestice, ipsi Euphrati proximum, proelio hoc ipso in bello illic commisso insignitum. V. c. XX et XXVIII. Nomen duxisse videtur a cognomine Macedoniae oppido, quapropter ab Alexandro potius primisve Seleucidis conditum esse veri simile est, quam ab Edessenis, quorum posteriori tantum aevo ad altius fastigium potentia est evecta. Cf. *Spanh. de usu et praest. numism. Diss. II, p.* 127; *IX. p.* 602. *Bayer hist. regni Osroënes nummis illustr. p.* 6 *sqq.*

Καὶ — ψαυόντων.] Et ne hoc quidem ait illi suffecisse, sed se quoque gravissima ab eo contumelia indignissimo modo affectum esse; meam quoque, inquit, patriam Samosata in eodem libro praeclarus iste auctor sua ipsius manu sublatam una cum arce moenibusque in Mesopotamiam transtulit, adeo ut ab utroque amne (Euphrate et Tigride) includeretur, qui utraque ex parte quam proxime praeterlaberentur et tantum non moenia attingerent. Samosata et ipsa Syriae urbs, cis Euphratem sita in regione Commagene. Ceterum turpes illi errores non soli scriptoris imperitiae tribuendi esse videntur, sed et ipsi ad adulationem pertinere, quae scilicet illud efficere mentiendo conaretur, ne eo usque progressos esse hostes appareret, ut in ipsa provincia Romana depugnan-

dum cum illis esset. — Participia ἀράμενος et ἄρας ad singula actionis momenta distinctius proponenda ita haud raro addi solent, ut abundare fere videantur. *Pseudom.* 56. Ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπεσταλμένον, ἀραμένους ἡμᾶς ῥίψαι εἰς θάλατταν, *uns zu nehmen und in's Meer zu werfen. Tox.* 26, ἐπεὶ ἀράμενος αὐτὸ εἰςεκόμισεν ὁ πατήρ. Et sic quidem Medium. Activo, quod mirere, intransitive potius vel reflexive utuntur. *Soph. Oed. Tyr.* 1270. ἄρας ἔπαισεν. *Aristoph. Equ.* 1138. ἄρας ἐπάταξα. *Luc. Icarom.* 11 etc. — Ἐν χρῷ esse dicuntur ea, quae tam arcte ad rem qualemcunque accedunt, ut superficiem ejus attingere videantur. Similitudinem repetitam esse a tonstrinarum usu, ubi dicuntur quidam ἐν χρῷ κείρεσθαι, bene Rud. observavit, qui idem contulit *Zeux.* 6: ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προςιστάμενοι, adeundosque esse monuit *Vig. de Idiot. l. gr. p.* 608. 609. *C. C. Reitz. Ind. s. v.* et *Intpp ad Hesych. T. I. p.* 1266. Omnium autem maxime nostro loco respondet alter *Luc. Fugitiv.* 25: καί τις καὶ ποταμὸς μέγιστος παραμείβεται πάνυ ἐν χρῷ ψαύων αὐτῆς. Παραμείβεσθαι de fluvio occurrit etiam *Her. I.* 72. 75. Activo utitur *Herodian IV.* 7. 6.

Τὸ δὲ — ἀπῴκισε.] Id vero, inquit, vel ridendum esset, si jam apud te, mi Philo, causam dicerem, non in Parthorum me ditione natum nec Mesopotamia oriundum esse Lucianum tuum, quibus colonum me eximius ille historicus adscripsit. Rudolphus: «hunc locum, inquit, mallem abesse. Satis jam salis in isto homine erat consumtum, ut hoc additamento, mihi molesto, non opus fuisset.» Cui Lehmannus de gustu disputandum non esse adscripsit. Bene vero; neque enim rescisci potest, adeo haec Philoni, ut Rudolpho, fuerint molesta, et ecquid insit in illis, quod quum nostratibus quam maxime languere videatur, ab illo aevo, cui id scriptum esset, summis cum studiis exceptum sit. Neque omnino haerendum est in dulcissima illa loquacitate, cui ingeniosissimus quisque veterum maxime indulsit; quam

Wielando quoque in Nostro interdum offensioni fuisse, eo magis mirari possis, quum is in illis, quae ex ingenio commentus est, ea ipsa in re vel nimius fuisse videatur. — Quod insolenter scripsit οἷς — ἀπῴκισε, praegnantiae cuidam tribuendum est; exspectasses οἷς — ἀποικίσας προςέθηκε vel simile quid. Usitatissima autem est abundantia participii φέρων, de qua quum copiosissime disputatum sit ab *Hemsterh. ad Dial. Mort. VI.* 3. *Dorv. ad Char. p.* 517. et *Wytt. ad Plut. p.* 89, verbum non subjungam, praesertim quum simili modo accipienda sit ac illa, quam in partic. ἀράμενος obtinere modo observatum est.

Cap. XXV.

Νὴ Δία — διαφυγόντων.] Illud quoque, mehercule, inquit, sane quam probabiliter idem ille de Severiano narravit, fide insuper data, profecto semet audisse ex eorum aliquo, qui ex ipsa clade aufugissent. Bene Rud. admonuit eorum quae ipse Luc. dixit c. XIV: εἰ ἀστεῖον ἦν ὅρκον ἐντιθέναι συγγράμματι, quem ad l. vide quae disserui de v. ἐπομόσασθαι, *p.* 101. — Ἔργον esse *proelium*, ut et c. XXIX, egregie jam Graevius annotavit. Passim occurrit apud *Thucyd.* v. c. *I.* 23. 105. 107. *II.* 7. 89. *III.* 108. *IV.* 25. *VII.* 87. *VIII.* 1. Adde *Plat. Menex. p.* 241. *C.* τὸ ἐν Πλαταιαῖς ἔργον.

Οὔτε γὰρ — ξενίζοντα.] Neque enim gladio illum occumbere voluisse, nec venenum haurire, nec laqueum sibi nectere, sed tragicum aliquod sibi mortis genus excogitasse et ipso consilio inauditum. Tria illa voluntariae mortis genera usitata. *Ael. V. H. XIII.* 36: Ὀλυμπιὰς τῇ Φιλίππου θυγατρὶ Εὐρυδίκῃ προςέπεμψε κώνειον καὶ βρόχον καὶ ξίφος. *Eur. Jon.* 1080. ἢ θηκτὸν ξίφος ἢ λαιμῶν ἐξάψει βρόχον ἀμφὶ δείρην. *Philostr. Iconn. II.* 30. οὔτε ξίφος τι ἐπὶ

τὴν δέρην ἕλκουσα· οὐδὲ βρόχου τινὸς ἑαυτὴν ἀπαρτῶσα, ubi vid. *Jacobs. p.* 555. — Ad sequ. conf. *Phal. I.* 11: οὗτος ᾤετο χαριεῖσθαί μοι, εἰ καινήν τινα κόλασιν ἐπινοήσειεν. — Tragicam eam mortem appellat, ut affectatam et a vulgari consuetudine recedentem; item ξενίζειν dicuntur, quaecunque speciem praebent insolentem et quae nunquam antea in his terris visa sit. *Anach.* 16. τὸν πῖλόν μοι ἀφελεῖν οἴκοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ἐν ὑμῖν ξενίζοιμι τῷ σχήματι. Cf. *Reitz. ad Merc. Cond.* 24. Alia vide ad C. XLV.

Τυχεῖν — λαιμόν.] Forte fortuna enim habuisse illum pocula vitrea maximi modi, ipsiusque vitri pulchritudine conspicua. Vitrea pocula a veteribus maximo honore haberi solita; cf. jam *Aristoph. Acharn.* 74:

ἐξ ὑαλινῶν ἐκπωμάτων καὶ χρυσίδων,

quo loco utitur, quem Rud. laudat, *Poll. VI.* 100. Adde *Plin. H. N. XXXVI.* 66. *Athen. XI.* 28 et de orthographia vocabuli *Lobeck. ad Phryn. p.* 309. *Osann. ad Philem. p.* 171. Quum autem omnino mori apud animum suum constituisset, confracto eorum calicum maximo, uno e fragmentis usum esse in caedem ita, ut vitro jugulum incideret. Ἐντέμνειν verbum ea de re solemne. *Tox.* 37. ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους. *Gall.* 26. ὀλίγον τι αἱμάξαι τοὺς δακτύλους ἐντεμόντα. Cf. *Schol. ad Philostr. Heroicc. p.* 631. *Boisson.*: κυρίως τὸ ἐντέμνειν, ὅταν τίς τι τῶν ἔνδον τέμνῃ.

Οὕτως — γένοιτο] Adeone, indignabundus exclamat Noster, non gladium, non hastam vilissimam nancisci potuit, in medio videlicet ille armorum strepitu constitutus, ut virili saltem atque heroico mortis genere occumberet! Οὕτως exclamationi potius quam interrogationi inservit, tum admirationis tum indignationis plenae neque a reprehensione quadam plus minusve acerba immuni. *Tox.*

38. *οὕτως ἄρα ἠγνόησας, ὅτι ἀνθρώποις μεῖζον οὐδέν ἐστι ζωῆς τε καὶ θανάτου; Pisc.* 5. *οὕτως ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι; Soph. Oed. Tyr.* 1431. *οὕτως ἄρ, ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ' ὕπερ;* Cum cavillatione quadam, ut h. l. usurpatur *Merc. Cond.* 24: *οὕτως ἀπορία μέν σε θέρμων ἔσχεν ἢ τῶν ἀγρίων λαχάνων, ἐπέλιπον δὲ καὶ αἱ κρῆναι ῥέουσαι τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, ὡς ἐπὶ ταῦτά σε ὑπ' ἀμηχανίας ἐλθεῖν;* Ad extrema Sol. haec annotavit: «honestius nempe id mortis genus, praecipue militaribus viris habebatur;» laudavitque *Eur. Hel.* 308:

θανεῖν κράτιστον· πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν καλῶς;
ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι
κἀν τοῖσι δούλοις δυςπρεπὲς νομίζεται.
σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν.

et *Lips. ad Tac. Ann. XV.* 67, quae tamen non omnino huc pertinet annotatio.

Cap. XXVI.

Εἶτα — ἅμιλλα.] Deinde quoniam, inquit, Thucydides funebrem orationem dixit iis qui in illius belli initio mortui essent, et ipse Severiani memoriam oratione celebrandam esse existimavit. Omnes enim hi auctores aemulandum sibi sumuunt eum, qui illorum in Armenia malorum nullam culpam sustinet, Thucydidem, qui nimirum adeo alienus est ab isto bello, ut ad describendum illud expeti ab eo subsidium minime possit. Spectat autem omnium celeberrimam illam orationem, quam Pericli tribuit *Thuc. II.* 34—46, ubi quod dictum est: *λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα,* uno vocabulo Lucianus expressit *ἐπειπεῖν.*

Θάψας — γέλωτος.] Sepulto enim magnifice Severiano, oratorem in tumulo constituit Afranium quendam Silonem Centurionem, Periclis scilicet aemulum, qui tot taliaque de illo declamavit, ut equidem, per

Gratias! multum sane lacrimaverim prae risu. « Eleganter, Rudolphus inquit, postposita est causa lacrimarum. Minus efficit haec ῥῆσις in animo, si quis has voculas ante δακρῦσαι ponat. Periret ἀπάτη lectorum licita pariter ac jucunda.» De Afranio illo Silone nihil constat; qui an unquam in vivis fuerit, dubium esse potest. Plures eodem cognomine insignes invenies in *Anecdd. Hemsterh. p.* 205. — Ἀναβιβάζειν verbum de oratoribus solemne. *Bis Acc.* 15. συνήγορον ἀναβιβασάτω. *Pro Imm.* 24. ὃν καὶ νῦν ἀναβιβάσομαι συναγορεύσοντά μοι. *Anach.* 19. ῥήτορας ἀναβιβάζονται τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ αὐτῶν. *Pisc.* 16 etc. Omnino fere ut παραστήσασθαι, de quo dixi *p.* 109, usurpatur de iis, qui tum in judiciis, tum alio quocunque modo in conspectu omnium constituuntur. Laudat Rudolphus *Plat. Apol. Socr. p.* 18. *D.* 34. *D.* Adde *Luc. Tox.* 9. τὰς τοιαύτας φιλίας ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβιβάσαντες. *Max. Tyr. Diss. XIV.* ἀναβιβασόμεθα ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος ποιητὴν ἄλλον. *Diss. XXXIX.* Ἀναβιβαζόμενος δὲ μάρτυρας τῶν πλουσίων τινάς. — Ἐπιῤῥητορεύειν invenies etiam *Achill. Tat. VIII.* 8. τάχα δε καὶ τολμήσει καὶ φωνὴν ἀφεῖναι καὶ ἐπιῤῥητορεῦσαί τι κατ᾽ ἐμοῦ, quamquam diverso significatu; illic enim est: *praeterea aliquid declamare.* « Ῥητορεύειν passim, *Dorvill.* inquit ad *Charit. p.* 507, de futili et garrula sermocinatione.» Hac autem nota ut id verbum afficeretur, ipsorum rhetorum pravitate effectum est, qui quum arte sua ad inanem dicacitatem et ostentationem frigidam vanamque abuterentur, in opprobium converterunt, quod proprie ipsam artis oratoriae tractationem significaret. Sic usurpat *Diog. Laërt. II.* 20. καὶ γὰρ πρῶτος μετὰ τοῦ μαθητοῦ Αἰσχίνου ῥητορεύειν ἐδίδαξε, et *III.* 93. τῆς ῥητορείας εἴδη ἐστὶν ἕξ: *oratoris officium in sex generibus cernitur.* — Postremo illud addere liceat, errasse videri Solanum, quum ad multas ineptias hoc quoque mendacium scriptorem illum addidisse narret, ut Elegeïae humatum esse vellet, quem Smyrnae

sepultum esse constet ex *Aristid. Tom. I, p.* 515 *ed. Jebb.*, *ἔτι δὲ ἐσθῆτος δεήσει ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ καὶ τοῦ στρατηγοῦ διεφθαρμένου, τὸν μὲν στρατηγὸν κομίσαντες εἰς τὴν πόλιν θάπτουσιν εἴσω τῶν νῦν πυλῶν κ. τ. λ.* At hoc quomodo dici potuisset de Severiano, quem una cum omni milite periisse refert *Dio Cass. LXXI.* 2? Syrium potius intelligo exercitum et Atidium Cornelianum ducem, qui quum Syriam administraret, a Vologeso fugatus esset. Cf. *Jul. Cap. V. M. Aur.* 8.

Καὶ μάλιστα — προπόσεων.] Omnium autem maxime risum sibi lacrimas excussisse Lucianus ait, quum orator iste, idem ille Afranius, sub finem orationis lacrimans ipse atrocissimo cum gemitu meminisset sumtuosarum illarum epularum atque propinationum. Minime igitur is orator confirmat *Longini* dictum *de Sublim. VIII.* 3: *ἥκιστα τῶν ῥητόρων οἱ περιπαθεῖς ἐγκωμιαστικοὶ ἢ ἔμπαλιν οἱ ἐπαινετικοὶ περιπαθεῖς. Wytt. ad Plut. p.* 838. *κραυγὰς περιπαθεῖς* expl. *valde incitatos clamores, commotionis et affectus plenos.* Omnino *περιπαθὴς* dicitur is, qui dolore, metu, commiseratione, laetitia vehementissime affectus est, vel id quod animum quam maxime ita affectum esse prodit; praepositione vim vocabuli adaugente. — Propinationes creberrimae in conviviis sive potius commissationibus et compotationibus (*Cic. de Senect.* 13) Graecorum, a quibus ad Romanos quoque cum more verbum transiit. *Cic. Tuscul. I.* 40: «(Socrates) Propino, inquit, hoc pulchro Critiae. — Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint.» *Nonius p.* 33: «Propinare a Graeco tractum est, post potum tradere.» Bene distinguit inter propinandi rationem Homerico aevo usitatam et suo *Athenaeus V.* 20: *προέπινον δὲ ἀλλήλοις οὐχ ὥςπερ ἡμεῖς, τοῦτο γὰρ προεκπιεῖν ἐστὶν, ἀλλὰ μεστὸν τὸν σκύφον.* Illic enim plenum poculum tradebatur amico; Athenaei tempore, ut videtur, ille qui propinabat, ipse poculum exhauriebat, ea

lege, ut quantum is hausisset, tantundem alteri quoque, quem appellasset, et ipsi bibendum esset. Nec circa plebis subsellia ille mos haesit, sed ad illustrissimas usque domus pertinuit ibique in certas formas redactus esse videtur, ut omnium primus paterfamilias arrepto poculo propinaret iis, quos praecipuo honore afficere vellet; deinde ei, qui ad dextram accumberet, poculo tradito, per omnes convivas in orbem iret propinatio; et tum demum cuivis propinare promiscue liceret, is autem tantundem bibere convivali lege adstrictus esset; qua ipsa in re tamen sedulo cautum esse credam, ut ne quis potentem aliquem et principem virum intempestiva familiaritate offenderet. Unde fit, ut has exceptiones Saturnalium licentiae vindicare studeat Noster *Cronos.* 18: ἐξέστω παρέχειν ἥν τις ἐθέλῃ, φιλοτησίαν. Πάντες πᾶσι προπινέτωσαν, ἣν ἐθέλωσι προπιόντες τοῦ πλουσίου· μήδε ἐπαναγκὲς ἔστω πίνειν, ἥν τις μὴ δύνηται. Idem enim est φιλοτησίαν προπίνειν, vel, ut ait *Achill. Tat. II.* 2. προτείνειν, et ipsa propinatio φιλοτησίας nomine appellatur. Cf. omnino *Athen. X.* 41. *Luc. Merc. Cond.* 16. *Hermot.* 11. *Gall.* 16. *Conviv.* 15. *Alciphr. III.* 55. *Wytt. ad Plut. p.* 833 et *ad Phaed. p.* 215; de tralatitio autem ejusdem vocabuli usu *Turneb. Advers. XII.* 10, *p.* 367. *Faërn. ad Ter. Eun. V.* 8. 57. *Grauert. ad Aristid. Decl. Leptin. p.* 125. Nam quum ille etiam mos invaluisset, ut quo calice paterfamilias ad propinandum usus esset, eundem sibi habere convivam suum interdum juberet, factum est, ut *propinare* mox donandi quoque, tradendi, arbitrio alicujus permittendi significatum adscisceret. Cf. *Thom. M. p.* 716. *Harpocr. s. v. c. Intpp. p.* 162. 250.

Εἶτα — τάφῳ.] Inde, Lucianus inquit, coronida orationi suae, qualem Ajax olim, imposuit. Stricto enim ense admodum generose et ut aequum erat Afranium, in conspectu omnium semet in tumulo jugulavit. De coronide, librariorum signo, quo actuum librorumque finem indicarent, Rud. laudat *Barnes. Prolegg. ad*

Eurip. p. 52 *ed. Lips.* Adde *Schaefer. ad Dionys. p.* 65 et *Wytt. ad Plut. p.* 511, qui proverbii quoque exempla apposuit inde ducti, quod omnino de cumulo alicui rei addendo fastigioque seu apice imponendo usurpatur. Utitur eo Noster praeterea *Charid.* 21. ὅπως δ' ὥςπερ κορωνίδα τῶν τοῦ κάλλους καλῶν ἐπιθήσῃ τὸν λόγον. *Pseudol.* 10. ἅπερ κεφαλαιωδέστατα τῆς ἀπονοίας τῆς σῆς καὶ κορυφὴ καὶ κορωνὶς τοῦ τρόπου. Idem esse videtur κορώνη *Peregr.* 33: ἔφη γὰρ βούλεσθαι χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι. Diversa origine eandem sententiam refert κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, v. *Heind. ad Plat. Theaet. p.* 319. *Wytt. ad Plut. de Sera N. V. p.* 21 et *Erasm. Adagg. Chil. II.* 3. 45. Nec dissimile illud *Demosth. adv. Mid.* 8: δύο ταῦτα ὥςπερ εἰ κεφάλαια ἐφ' ἅπασι τοῖς ἑαυτῷ νεανιευομένοις ἐπέθηκεν. Αἰάντειον autem dicit, quae ad Ajacis exemplum composita esset, Sophoclei videlicet, qui et ipse post longissimam ῥητορείαν gladio incumbit. Simili modo Αἰάντειος γελως est in proverbio apud *Zenobium Cent. I. p.* 16. — In vertendis sequ. ὡς Ἀφράνιον εἰκὸς ἦν, usurpavi locutionem eam, quae apud antiquissimos Latinos Graecorum et constructionem et sententiam quam proxime referret. Cf. *Plaut. Rud. Prol.* 47. «Is leno, ut se aequum est.» *II.* 2. 7. «Ut piscatorem aequum est.» — Venuste autem his verbis Lucianus perstringit historici illius insipientiam, qui quum in ipso duce occidendo mortis genere usus esset omnino absono et indigno, jam obscurum aliquem hominem ex ipsa militum turba mortem finxisset oppetentem vere honestam et viro forti dignissimam, Et hac tantum ratione excusari potest Luciani cavillatio, quem latere non potuerint ejusmodi devotionis passim a Romano milite edita exempla, Sic v. c. juxta Othonis rogum quosdam militum interfecisse se narrat *Tac. Hist. II.* 49; neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis. Omnino igitur tenendum, non Centurionem illum, sed historicum a Luciano irrideri, qui de ignoto homine ea et dicta et facta mentitus esset, quae ab ejus persona prorsus abhorrerent.

Οὐκ — ἐῤῥητόρευε.] Pari modo accipiendum est, quod statim haud sane indignum fuisse illum per Martem adjurat Noster, qui multo ante diem obiisset, quam talia dicta effutiret; i. e. ejus viri, qui tam honesta morte occumbere scivisset, multo melius honori consultum fuisse, si pridem in aliquo proelio occisus esset, quam quod ante mortem inepti rhetoris partes agendas accepisset. Haec est sententia lectionis ejus, quam equidem dedi e conjectura, ἢ τοιαῦτα: vulgata lectio erat, εἰ τοιαῦτα ἐῤῥητόρευε, i. e. mortuum pridem oportuit Afranium, si quidem talia effutivit. Quae quidem aut eandem quam nostra aut aliam sententiam praebere potest. Si eandem, non dubito quin idem et vehementius exprimatur et adstrictius in nostra. Sin diversam, ea nulla alia esse potest, nisi ut meruisse per talia dicta Afranius dicatur, ut multo ante capitali supplicio affectus sit. Id quod et pinguissimum esset et ineptum. Quo enim modo mortis poenam subire potuisset pro facinore eo, quod multo post tempore demum committendum esset? — Πρὸ πολλοῦ pari modo ut Comparativos construi nota res est. Cf. *Schaef. ad L. Bos. de Ellips. p.* 313. Illa autem, *οὐκ ἀνάξιος ὤν*, plane Lucianei usus esse, bene monuit *Fritzsch. quaestt. Lucc. p.* 208, adhibitisque exemplis demonstravit. V. etiam *Solan. ad Mort. Dial. XX.* 4.

Καὶ — ἀπέθανε.] Eoque viso, Lucianus inquit, stupuisse ait, qui adfuissent, omnes, laudibusque ad coelum usque sustulisse Afranium; ego vero, inquit, quum reliqua omnia ejus dicta factaque damnabam, qui tantum non jusculorum et patinarum meminisset et placentarum memoriam lacrimis prosecutus esset; tum inprimis illud reprehendebam, quod non jugulato ante scriptore illo, eam qui fabulam docuerat, mortem obiisset. Bene Rudolphus admonuit, *αὐτοῦ* non referendum esse ad eum loquendi usum, de

quo disserui *p.* 82, sed regi ab eo quod est κατεγίγνωσκον. Καταγνῶναί τί τινος, quum proprie sit *sententiam de aliqua re contra quempiam pronunciare, aliquem alicujus rei condemnare*, deinde latius usurpatur, quum apud nosmetipsos male de alicujus hominis ingenio, moribus, dictis factisque statuimus atque existimamus. Unde Suidas: ἰδίως ἐπὶ διαβολῇ καὶ πονηρίᾳ λέγουσιν Ἀθηναῖοι. Exempla ubique in promtu: *Plat. Apol. Socr. p.* 25. *B.* πολλὴν ἐμοῦ κατέγνωκας δυςτυχίαν, i. e. *infelicissimum me esse tibi persuasisti. Alc. II. p.* 143. *C.* οὐδ' ἐκεῖνό σου καταγνώσομαι, ἐθέλειν ἄν σε κ. τ. λ. i. e. *non tam male de te existimo, ut haec te velle arbitrer. Xen. Cyr. VI.* 1. 36. αὐτὸς ἐμαυτοῦ κατέγνων μὴ ἂν καρτερῆσαι, i. e. *ipse intellexi me non toleraturum esse.* Nostro loco similior est, quem ex eodem Rudolphus laudat *Mem. Socr. I.* 3. 10. τί δὴ ἰδὼν ποιοῦντα ταῦτα κατέγνωκας αὐτοῦ; i. e. *cur — tam male existimas de illo? — Demosth. adv. Mid.* 42: οὐδὲν ἀγεννὲς ὑμῶν καταγιγνώσκω, i. e. *nihil indigni vos commissuros esse puto. Luc. Hermot.* 75. πρὶν ἰδεῖν τἀληθὲς καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων, i. e. *antequam — judicare de illorum fallacia possint. Ver. Hist. II.* 19. πάντες αὐτοῦ ἐπιορκεῖν κατέγνωσαν, i. e. *omnibus persuasum erat pejerare eum. Philops.* 32. κατεγίγνωσκέ μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν, i. e. *pessime de ingenio meo sensit* etc. Paucissima delibavi ex multis, ut appareret, quam late pateant hujus locutionis exempla; quae ut singula peculiari quodam modo pro uniuscujusque sententiae tenore reddi oportuit, ita omnia ad illam, quam initio proposui, vim atque notionem redire perspicuum est. — In sequ. scribendum esset λοπαδίων, si recte statueret *Thom. M. p.* 583, λοπάδιον tantum Attice dici, non λοπάδα. At conf. *Jens. Lectt. Lucc. p.* 11. — Deinde ut h. l. ἐπιδακρύειν τῇ τῶν πλακούντων μνήμῃ, paulo audacius *Plut. V. Artax.* 18: ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ἐπιτραγῳδεῖται τῇ τοῦ Κλεάρχου μνήμῃ. — De

διδασκάλῳ τοῦ δράματος non est quod moneam post *Boettigeri* dissertationes duas, quibus, *quid sit fabulam docere*, docuit *Vimariae* 1795. 96. Bene autem vocabulo, quod est *fabula*, usus est Lucianus, quo simul et fictam esse et a vita communi rerumque natura recedere historiam illam indicavit. Postremo apposite Rudolphus admonuit, iterum hoc loco *ἀπάτην* quandam lectorum contineri; utpote qui serium potius praeceptum ex ipsa rhetoricae artis penu depromtum exspectassent, quam cavillationem, qua humi jam prostratum miserum illum scriptorem penitus Lucianus conficeret.

Cap. XXVII.

Πολλοὺς — μετελεύσομαι.] Quo ex genere quum multos praeterea habeat, quos recenseat amico, tamen, ait, paucorum adhuc mentione injecta, jam ad alteram propositi sui partem sese transgressurum esse, consilium videlicet, quo pacto melius aliquis in conscribenda historia versari possit. Ita saepissime loquuntur oratores, quum denuo attentos reddere student audientes continuae orationis seriei pertaesos; neque ea ipsorum mens est, ut paucioribus ideo expediant ea, quae adhuc dicenda illis restant. Quanquam non fore multos spero e lectoribus nostris, quibus perpetua illa aliorum reprehensio et irrisio adeo molesta sit futura, ut inepto homini Scholiastae, qui antecedenti capiti haec adscripsit: *παύου ταλαίπωρε, ἱκανῶς σοι πεπαίσται. Μέχρι πόσου διαγελάσεις τοὺς καταράτους*; neque Rudolpho credam, tales lectores animo Lucianum praevidere potuisse; sed varietati potius consultum esse ab eo arbitror, scilicet ut ne uno eodemque semper modo in incipienda nova aliqua sententia ipsi utendum esset. Nec aliter Demosthenes; v. c. *adv. Mid.* 50. *ἃ τοίνυν οὐδένος τῶν εἰρημένων ἧττον ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ταῦτ' εἰπὼν ἔτι καὶ βραχέα περὶ τούτων διαλεχθεὶς καταβήσομαι.* Quod quum non intellexisset Wielandus, inconstantiae arguit No-

strum, qui ad alia sese transgressurum vix professus ad priora relapsus esset. Neque enim perspexerat vim ejus quod est ἐπιμνησθῆναι, i. e. *praeterea sive insuper mentionem injicere.* Cf. *Plat. Menex. p.* 239. *C.* τούτων πέρι δοκεῖ μοι χρῆναι ἐπιμνησθῆναι. Quod nisi esset, facillimum esset corrigere ἔτι μνησθείς.

Εἰσὶ — ἐμβραδύνοντες.] Sunt enim, inquit, qui magnas res gestas et memoria dignas praetereant vel leviter tantum perstringant; prae inscitia autem et intemperantia ignorantiaque eorum quae dicenda tacendave sint, minimis quibusque diligentissime enarrandis immoraturi sint. Restitui enim vulg. lect. ἑρμηνεύσουσιν, indignissime a Lehmanno proculcatam. Ita enim comparata esse illorum ingenia Lucianus ait, ut res magnas et memoratu dignas, quales in omni historia semper et ubique occurrunt, incuriosissime tractent, sin fortuito illis oblata sit res aliqua minimi momenti, illam studiose arreptam non ante dimissuri sint, quam frigidissima expositione summum legentibus taedium creaverint. — Ἀπειρόκαλος primitivo significatu et qui latissime pateat, est is, qui modum nescit proportionemque et harmoniam eam, in qua omnem pulchritudinem cerni constat; *nimius* et *turpiter profusus.* Sic *Plat. Phaedr p.* 244. *C.* οἱ δὲ νῦν ἀπειροκάλως τὸ ταῦ ἐπεμβαλόντες μαντικὴν ἐκάλεσαν, i. e. *litera* ταῦ *praeter modum necessitatemque inculcata. Aristot. Eth. Nic. II.* 7. 6. ἀπειροκαλίαν appellat μεγαλοπρεπείας ὑπερβολὴν opponitque μικροπρεπείᾳ. *Luc. Pseudom.* 21: ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ἵνα μὴ ἀπειρόκαλοι εἶναι δοκοίημεν, i. e. *ne modi ignari esse videamur. Nigr.* 21. πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι οἱ πλουτοῦντες αὐτῶν καὶ τοὺς δακτύλους προτείνοντες καὶ πολλὴν κατηγοροῦντες ἀπειροκαλίαν. *Bis Abd.* 26. ἀνάσχεσθε οὖν περὶ ταῦτα φιλοσοφοῦντος καὶ μὴ ἀπειρόκαλον μηδ' ἐξαγώνιον ὑπολαμβάνετε. *Merc. Cond.* 14. ἀπειρόκαλον esse ait, si quis omnium convivarum primus

ad coenam veniat; scilicet quia is cupidior esse videtur: opponitque τῷ φορτικῷ, ut *Imagg.* 21: φυλάττειν δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσοπέδου ἑαυτὴν μηδὲν ἀπειρόκαλον ἢ φορτικὸν φρονοῦσαν, i. e. *neque nimiam sese neque insolentem gerentem.* Alia vide apud *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 561. Inprimis ἀπειρόκαλον dicitur id, quod nimium est in parvis. *Demosth. adv. Androt. p.* 617. 5. ἐὰν δ' ἐπὶ μικροῖς τις σεμνύνηται, τοσοῦτ' ἀπέχει τοῦ τιμῆς τινὸς διὰ ταῦτα τυχεῖν, ὥςτ' ἀπειρόκαλος προςέδοξεν εἶναι. *Luc. de Salt.* 33. 35. τὸ γὰρ πάντα ἐπεξιόντα μηκύνειν τὸν λόγον ἀπειρόκαλον. Et sic hoc quoque loco ἀπειροκαλίαν Lucianus appellat nimiam diligentiam in levissimis collocatam.

Ὥςπερ — διεξιών.] Veluti, inquit, si quis Jovis illius Phidiaci, qui Olympiae est, pulchritudinem omnem, tam magnam illam atque conspicuam, non respiciat collaudetque, neque iis, qui illam ignorent, studiose exponat, suppedaneum autem, quippe ad amussim factum et affabre elaboratum, justamque crepidinis proportionem admiretur, singula adeo plurima cum diligentia enarrans. — Ὥςπερ ἂν εἰ, sine verbo dictum, quod pertineat ad illa ὥςπερ ἄν, ne mirere. *Dips.* 4. προςεκκαύσεις ἐπάρδων τὴν νόσον, ὥςπερ ἂν εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ κατασβεννύοι. Et sic sexcenties. — Ἐξηγεῖσθαι solemne verbum de ea re. «Ἐξηγητής, *Ruhnkenius* inquit ad *Tim. Lex. p.* 109, universe est *cujuslibet rei enarrator.* Tum is, qui *hospites ad ea, quae visenda sunt, ducit et unum quodque iis ostendit.*» Idem est περιηγεῖσθαι et περιηγητής, cf. *Hemsterh. ad Mort. Dial. XX.* 1. — Ὑποπόδιον est scabellum, de quo ita *Paus. V.* 11. 2: τὸ ὑπόθημα δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῖς ποσὶν, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ καλούμενον θρανίον, λέοντάς τε χρυσοῦς καὶ Θήσεως ἐπειργασμένην ἔχει μάχην τὴν πρὸς Ἀμαζόνας. Sic etiam Hesychius expl. θρανίον, ὑποπόδιον. V. *Suid. s. v.* et *Pollux Onom. X.* 48. De basi viden-

dus idem *Paus. V.* 11. 3. Neque enim mihi quidem dubium est quin κρηπίς h. l. non sit crepida sive calceus, sed crepido, quae βάθρον est Pausaniae. Nam etsi bene rejectum sit a Gesnero Gronovii commentum, ob nescio quem nummum de Jove nudipede somniantis; nec concedendum esse Rudolpho Lehmannus demonstraverit, singulari numero de calceo non occurrere τὴν κρηπῖδα — v. Eund. *ad Catapl.* 15 — nihil tamen amplius effectum est ea re, quam utrumvis h. l. significare posse vocabulum per se consideratum. Jam vero mihi recogitet aliquis, utri magis conveniat τὸ εὔρυθμον. Et enim calceum ad pedis modum congruere, sutori tantum, non artifici statuario laudi vertendum erat; in crepidine autem ad totius operis congruentiam dimetienda inprimis spectari potuit Phidiae artificium, quem adeo partium concinnitatis et studiosum et intelligentem fuisse traditum est, ut ex uno ungue de totius leonis magnitudine se judicaturum esse profiteretur. Cf. *Luc. Hermot.* 54. Pari modo de basi usurpatur κρηπὶς *Her. I.* 93, Ἀλυάττεω τοῦ Κροίσου πατρὸς σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων. *Aristot. Eth. Nic. X.* 4. 2: ἡ δὲ τῆς κρηπῖδος καὶ τοῦ τριγλύφου ἀτελής. Omnino autem ita comparatam fuisse comperimus Phidiae artem illo in opere collocatam, ut quum universa et amplitudine et forma quam maxime conspicua essent, tum singula adeoque vel minima accuratissima cum diligentia ita essent elaborata, ut ei quoque, qui in parvis haerere soleret, largam et contemplandi et mirandi materiam praeberent. Unde μεγαλεῖόν τι ἅμα καὶ ἀκριβὲς Phidiae tribuit *Demetr. de Elocut.* 14. Cf. *Böttiger Andeut. p.* 101, et omnino *Völkel über den grofsen Tempel und die Statue des Jupiters zu Olympia.* Lipsiae 1794. *Siebenkees über den Tempel und die Bildsäule* etc. Norimb. 1795. *Quatremère de Quincy, le Jupiter Olympien* (qui et ipse h. l. κρηπῖδα de basi intellexit p. 301). Paris. 1815. *Haus Saggio sul Tempio e sulla statua di Giove in Olimpia.* Panormi 1814. *Tölken de Phidiae Jove Olympio.* 1820. — In extr.

Solanus magis sibi arridere dixit *διεξίοι*: vereor ne injuria; modo id quod est *καὶ ταῦτα*, ut fere occurrit, Adverbii loco dictum accipias. Quod autem transposita sunt *πάνυ μετὰ πολλῆς φροντίδος*, ad familiaris sermonis negligentiam pertinere arbitror. Sic Noster *Dial. Mort. VII.* 1. Πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας. *Navig.* 26. Οἶσθα οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ὡς πάνυ σοι ἀπὸ λεπτῆς κρόκης ὁ πᾶς οὑτοσί πλοῦτος ἀπήρτηται. Adde *Xen. Cyr. I.* 6. 39. ἃς καὶ πάνυ ἐπὶ τοῖς μικροῖς θηρίοις ἐμηχάνω, ubi bene *Schneider.* admonuit, πολὺ simili modo trajectum occurrere. Cf. *Heind. ad Phaed. p.* 232. *Stallb. ad Phileb. p.* 139. *ad Euthyphr. p.* 92. *Frotscher. ad Xen. Hieron. p.* 12.

Cap. XXVIII.

Ἐγὼ γοῦν — στρατευομένου.] Sic v. c. se ipsum audisse narrat unum aliquem, qui totum illud ad Europum proelium commissum vix septem versibus et ne iis quidem integris perstrinxerit, viginti autem vel adeo plures clepsydras impenderit in narrationem frigidam et quae nihil ad nos pertineat, ut Maurus aliquis eques, nomine Mausacas, quum sitiens montes pererraret, rusticos aliquot Syros deprehenderit, qui prandium sibi apparassent, utque primum quidem illi timuerint ipsum, deinde autem, ubi amicum esse cognovissent, hospitio acceptum prandio suo adhibuerint; forte fortuna enim unum ex illis et ipsum quondam iter fecisse in Mauritaniam, quum frater ipsius in illis terris stipendia mereret. — Ut h. l. *ἐν οὐδ' ὅλοις ἕπτα ἔπεσι*, ita *Julian. in Enc. Constantii p.* 8. *B*: *πόλιν*, inquit, *ἐπώνυμον αὐτοῦ κατεστήσατο ἐν οὐδὲ ὅλοις ἔτεσι δέκα*. — Mox spectat usum ad clepsydram dicendi, Graecorum in foro celeberrimum, de quo laudasse sufficiat *Maussac. ad Harpocr. p.* 163 et *Schömann. et Meier*,

der attische Procefs, *p.* 713—716. At Romanos pervenisse videtur tertio Pompeji Consulatu, quem adstrinxisse modum dicendi et veluti frenos imposuisse eloquentiae tradit Auctor *Dial. de Orat.* 38. Plures haud raro concessas esse insigni alicui oratori, luculenter comprobat *Plin. Epist. II.* 11: «Dixi horis paene quinque, nam clepsydris decem, quas spatiosissimas acceperam, additae sunt aliae quatuor;» et *Ael. Aristid. Tom. I. p.* 343 *ed. Jebb.*: πέντε δὲ μέτρων ἐκπερανθέντων, καὶ παῤῥησίᾳ μου χρησαμένου πλείονι κ. τ. λ. Nec causarum patronos tantum sed etiam Sophistarum declamationes hac necessitate adstrictas esse, Solanus demonstrare studet insigni testimonio *Philostrati* in *Adriano Sophista p.* 585: τῶν τοῦ Ἡρώδου ἀκροατῶν δέκα οἱ ἀρετῆς ἀξιουμένοι ἐπεσιτίζοντο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει κλέψυδραν ξυμμεμετρημένην εἰς ἕκατὸν ἔπη, ἃ διῄει ἀποτάδην ὁ Ἡρώδης. At hoc ipsum singulare potius summae ostentationis exemplum fuisse arbitror, quam e communi Sophistarum consuetudine arreptum. Nostro loco minus proprie dictum esse, vix est quod moneam. Pari modo tralatitio sensu dixit *pro Imm.* 29. μάκρα γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ ἐγχυνόμενον. — Ad sequ. conf. *Demosth. adv. Mid.* 31. καὶ γὰρ αἰτίαν ἐπήγαγέ μοι φόνου ψευδῆ καὶ οὐδὲν ἐμοὶ προςήκουσαν, ὡς τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἐδήλωσε. *Plat. Epist. VII, p.* 325. *B.* ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβάλλοντες καὶ πάντων ἥκιστα Σωκράτει προςήκουσαν. Sic *Aristoph. Avib.* 966. τί προςήκει μοι Κορινθίων; — Deinde ἀνὰ τὰ ὄρη, dictum est ut *Xen. Cyr. II.* 4. 27. οὐχ ἡγέμονας ἔχων ἀνθρώπους, πλάνᾳ ἀνὰ τὰ ὄρη. V. *Fisch. ad Well. gr. gr. III. b. p.* 162. — Mox de eo quod est ὅτι τῶν φίλων εἴη, adeundi *Matth.* §. 355. *Heind. ad Gorg. p.* 271. *Held. in Actt. Monacc. Tom. II, p.* 271. — Καταδέχεσθαι dixit, quod saepius est ὑποδέχεσθαι, *hospitio accipere.* Quanquam ita etiam occurrit *Nigr.* 16: πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι, et *Tox.* 44. ἀξιοῦσι καταδεχθῆναι ἐπὶ τὸν γάμον.

Plurimis enim in locis καταδέχεσθαι sign. *exsules in civitatem recipere,* ut κατάγειν de reducendis exsulibus, κατιέναι de reditu ipsorum usurpatur. Sic *Xen. Ages. II.* 15. τοὺς διὰ Λακεδαιμονίους φυγόντας Κορινθίων καὶ Θηβαίων ἠνάγκασε τὰς πόλεις οἴκαδε καταδέξασθαι. *Demosth. Or. II. adv. Aristogit. p.* 802. 18. Ἀριστείδην μὲν γάρ φασιν ὑπὸ τῶν προγόνων μετασταθέντα ἐν Αἰγίνῃ διατρίβειν, ἕως ὁ δῆμος αὐτὸν κατεδέξατο. Quod autem h. l. ab obliqua orationis structura in rectam deflexit Noster et inde rursum ad obliquam rediit, latissime patere animadvertit *Reisig. Conject. in Aristoph. p.* 226.

Μῦθοι — Καισαρείᾳ.] Inde, inquit, fabulae longae narrationesque, quomodo ipse venationi operam dederit in Mauritania utque viderit una pascentes elephantos multos, parumque abfuerit ut a leone devoraretur; et quam mirae magnitudinis pisces emerit Caesareae. Μῦθοι fabulae aniles, unde μυθολογεῖν, de quo dixi ad c. XXIV. Latinis quoque *fabula* idem est quod *confabulatio* sive *colloquium. Tac. Ann. VI.* 5: «neu convivalium fabularum simplicitas in crimen detorqueatur.» — Nec vi quadam sua caret illud μακροί. Spectatur enim μακρολογία ista rhetoribus Sophistisque propria, jam inde a Socratis aevo quam maxime invisa, quum fuso et profluente potius, quam conciso ac minuto dicendi genere vel in colloquiis uterentur et quae per partes dici rei naturae consentaneum esset, continenti oratione persequi mallent. Cf. *Heind. ad Plat. Gorg. p.* 65. *Ast. de Plat. Vita et Scr. p.* 70. *Hemst. ad Prom.* 6. Adde *Aristoph. Acharn.* 303. σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς. *Max. Tyr. Diss. XXXIX.* ἀντεῤῥητόρευε τοῖς λέγουσι καὶ διεξῄει λόγους μακρούς. V. etiam p. 6. — Mox θηράσειεν cave cum *Jac. ad Tox. p.* 107 ad ejus usus exempla referas, quo Opt. usurpatur de re saepius facta. Quem usum nisi post Conjunctiones tempus indicantes non obtinere constat. — Ἐν τῷ αὐτῷ συννεμο-

μένους dictum est, ut *Plat. Lys. p.* 206. *D.* *ἀναμεμιγμένοι ἐν ταὐτῷ εἰσὶν οἵ τε νεανίσκοι καὶ οἱ παῖδες*, pro quo *Republ. V. p.* 458. *D.* est *ὁμοῦ ἀναμεμίχθαι.* Alia congessit *Fritzsch. quaestt. p. XI*, ut refelleret Hemsterhusium, qui in *Anecdd. p.* 60 *ἄλσει* vel tale quid excidisse suspicatus est. — *Συννέμεσθαι* illustravit *Wytt. ad Plut. p.* 644. — Sequ. fere simile *Cal.* 18. *μικροῦ δεῖν συγκαθείρχθη λέοντι.* — Postremo Caesaream, Mauritaniae Caesariensis metropolin, olim Jol vocatam Caesareae nomen accepisse, quum Jubae ab Augusto Caesare regnum Mauritaniae dono datum esset, e *Strab. XVII.* 3 et *Pomp. Mela I.* 6 Lehmannus annotavit.

Καὶ — *ἐσκευασμένων.*] Eximiusque ille historicus, indignabundus exclamat Noster, missis immanibus illis, quae ad Europum interea fiebant, caedibus, incursionibusque et induciis necessitate coactis praesidiisque ab utraque parte dispositis, ad seram usque vesperam Malchioni Syro, dum Caesareae scaros ingentes exiguo pretio coëmit, spectator adstitit; scilicet, nisi nox occupasset, coenare etiam cum illo paratus. Jam enim cocti erant scari. Haec ut recte accipias, tenendum est, historicum fingi a Luciano omnia, quaecunque narret, praesentem intueri animoque cum ipsis rebus gestis per maria terrasque omnes circumvolare; unde factum est, ut, quem victoribus in persequendo, victis in fugiendo socium adesse vellet (v. C. XLIX) eum coenanti quoque convivam addere minime dubitaret. Θαυμαστός apud Nostrum raro sine cavillatione quadam usurpatur. *Hermot.* 74: *οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ* etc. Imitatur Platonem, ut in multis. *Cratyl. p.* 391. *D.* *ἢ οὐκ οἴει αὐτὸν μέγα τι καὶ θαυμαστὸν λέγειν.* *Republ. X. p.* 596. *C.* *δεινόν τινα λέγεις καὶ θαυμαστὸν ἄνδρα.* *Theaet. p.* 210. *C* etc. — Ἀφεῖναι pro eo quod est *χαίρειν ἐᾶν*, ut lat. *mittere*, i. e. *non curare*, invenies etiam *Anach.* 32. *ὥστε ἀφέντες τὴν*

κόνιν καὶ τὸ ἔλαιον διδάσκετε αὐτοὺς τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. *Icarom.* 17. τὴν συνῳδίαν ἀφέντα ἴδιον ᾄδειν μέλος. *Philops.* 18 etc. — Ἐν Εὐρώπῳ appellat, quod antea fuerat ἐπὶ Εὐρώπῳ. Usus illarum praepositionum in hoc nexu promiscuus; qua de re Reitzius quoque ad h. l. paucis monuit, fusius disseruit *Per. ad Ael. II.* 25. V. *Wefs. ad Diod. IV.* 78. *Duck. ad Thuc. I.* 100. Sic *Plat. Apol. Socr. p.* 28. *E.* ἐν Ποτιδαίᾳ καὶ ἐν Ἀμφιπόλει καὶ ἐπὶ Δηλίῳ. *Alc. I. p.* 112. *C.* οἶμαι δὲ καὶ τοῖς ἐν Τανάγρᾳ — ἀποθανοῦσι καὶ τοῖς ὕστερον ἐν Κορωνείᾳ. *Charm. p.* 153. *B.* Μάχη ἐγεγόνει ἐν τῇ Ποτιδαίᾳ. — Ἐπελάσεις de equitatu potissimum intellexerim, quo maxime pollebant Parthi. Solanus laudat *Navig.* 26: ἐπ' ἐμὲ γὰρ οἱ ἱππεῖς ἅπαντες, καὶ μόνος ἐπιτήδειος αὐτοῖς ἔδοξα ἐπελαύνεσθαι. Quanquam passim etiam de quavis incursione hostili usurpatur. Sic v. c. *Her. I.* 17. ἐπελαύνων ἐπολιόρκεε τὴν Μίλητον. Neque omnino certi quidquam ea de re statui potest, quum nihil praeterea constet de hoc proelio ad Europum commisso, quamvis cruentum acerrimumque fuisse hoc ex loco colligere liceat. Victores ex acie recessisse Romanos e c. XX apparet. Cum loca ipsa considero, veri simillimum mihi fit, hac pugna illud effectum esse, ut Romanis, Euphrate superato, Mesopotamiam invadere liceret. Exiguo enim intervallo ab Europo distat oppidum Zeugma, quod nomen accepit a ponte, quo ibi junctus est Seleuci Nicatoris jussu Euphrates. V. *Mannert. Geogr. Gr. et Rom. T. VI. Vol.* 1, *p.* 503. Quo ponte quo minus Romani uterentur, hoc proelio impedire voluisse Parthos existimo; victos autem ad inducias faciendas coactos esse, nimirum ut ipsi incolumes trans fluvium recipere sese possent — nam de νεκροῖς ὑποσπόνδοις cogitare h. l. noli — atque inde praesidia in utraque, puto, fluvii ripa disposita nostro ex loco constat.

Βαθεῖα ἑσπέρα, quae alibi dicitur δείλη ὀψία, invenies etiam v. c. apud *Plut. de Alex. M. Fort. Or. II.* 6. Pari modo occurrit βαθὺς ὄρθρος, *Plat. Crit. p.* 43. *A.*

βαθεῖα νὺξ, *Luc. Asin.* 16 etc. ut profunda nox *Virg. Aen. IV.* 26. De scaris Rudolphus adeundum esse monuit *Aristot. Hist. Anim. II.* 13. *VIII.* 2. *Part. Anim. III.* 1 etc. Qui pisces eo nomine hodie sint censendi, nondum expeditum esse annotat *Schneid. ad Aelian. H. A. I.* 2. Quamquam copiosi sunt in describenda ejus piscis indole sane singulari Oppianus, Aelianus, Plutarchus, alii. Unum audiamus *Plin. Hist. Nat. IX.* 29: «Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus; mari Carpathio maxime frequens. Promontorium Troadis Lecton sponte numquam transit. Inde advectos Tiberio Claudio principe Optatus Elipertius praefectus classis inter Ostiensem et Campaniae oram sparsos disseminavit. Quinquennio fere cura est adhibita, ut capti redderentur mari. Postea frequentes inveniuntur Italiae in litore, non antea ibi capti.» Inde ad Mauretaniae quoque oram pervenisse consentaneum est, ita ut, qui cari essent in Syria, Caesareae exiguo pretio emi possent. Hoc enim esse ἀξίους ὠνεῖσθαι vix est quod moneam post *Jens.* ad h. l. in *Lectt. Lucc. p.* 235. — *Moeris p.* 56: ἀξιωτέρας Ἀττικῶς· εὐωνοτέρας Ἑλληνικῶς. Idem *Thom. M. p.* 80, ubi vide Intpp. Laudat Rud. *Theophr. Charact. V.* ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. Adde *Aristoph. Vesp.* 511. νῦν δὲ πολλῷ τοῦ ταρίχους ἐστὶν ἀξιώτερα, et Nostri *Hermot.* 58. τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι. *Mort. Dial. IV.* 1. εὖγε καὶ ἄξια ταῦτα ἐωνήσω. Cf. *Eustath. ad Iliad.* Λ, *p.* 770. 40. — Καταλαβεῖν ut de omni necessitate vi nostra majore, quae studia nostra atque consilia inhibeat occupetque, ita etiam de nocte usurpatur ingruente laborantesque nos operique faciendo intentos sistente. Quo de usu Rudolphus adhibuit *Liban. T. IV, p.* 226 *Rsk.* καταλαμβάναι γὰρ ἡ νὺξ, τὴν παλαιὰν τρυφὴν ὀνειροπολοῦσα: quum posset ipsius Nostri *Tox.* 31. *Merc. Cond.* 26. Pari modo *Philostr. Heroicc. p.* 738 dixit νὺξ ἐπέλαβεν. — Postremo συνεδείπνει μετ' αὐτοῦ abundanter dictum est, ut *Plat.*

Republ. V. p. 464. *E.* μετὰ τούτου τοῦ ῥήματος ξυνακολουθεῖν. *Symp. p.* 195. *B.* μετὰ τῶν νέων ἀεὶ ξύνεστι. *Ceb. Tab.* 11. μετὰ τούτων συμβιοῖ τιμωρούμενος. Idem pleonasmus conspicuus est in illis, ἕπεσθαι, ἀκολουθεῖν μετά τινος, de quibus cf. *Heind. ad Phaedr. p.* 262. *Lobeck. ad Phryn. p.* 354.

Ἄπερ — στρατόπεδον.] Quae nisi accuratissime in historiae opus recepta essent, gravia, inquit, sane nos fugissent; simul autem jactura Romanis fuisset intolerabilis, si Maurus ille Mausacas sitiens, quod biberet, non invenisset, incoenatusque ad castra rediisset. — Ζημία, *jactura*, simili quodam modo ad *poenae* notionem declinavit, quo in sermone latino verbum *damnare* descendit ab eo quod est *damnum*. Quamquam etiam primitiva indole haud raro ζημία occurrit. Cf. *Aristot. Eth. Nic. V.* 4. 13. ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ, κερδαίνειν λέγεται, τὸ δ' ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς ζημιοῦσθαι. Alia vide apud Sturzium in Lex. Xen. De hominibus quoque usurpat *Aristoph. Acharn.* 745: τίς οὕτως ἄνους, ὃς ὑμέ κα πρίαιτο, φανερὰν ζαμίαν; unde sumsit *Alciphr. III.* 21: ὁ δὲ θητεύων παρ' ἡμῖν Παρμένων, ζημία καθαρὰ, ῥάθυμος ἄνθρωπος. 38: ἦν δὲ οὗτος ἅμα λαμπρὰ ζημία. Latine *Plaut. Aulul. II.* 2. 20: «Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.» — Εὗρε πιεῖν constructum est fere ut *Aristoph. Lysistr.* 923. *Pac.* 710: δός μοι κῦσαι. Item latine: *Hor. Odar. I.* 2. 8: «Omne quum Proteus pecus egit altos visere montes.» Cf. *Ruddim. Institt. T. II. p.* 230 et omnino *Welcker. ad Philostr. p.* 468. — Ἐπανελθεῖν, *reverti*, illustravit *Wytt. ad Phaed. p.* 194. Sic Noster *Somn.* 17: οἷος πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα, unde recte colligitur, declamationem illam a Luciano post itinera in patriam reduce ad coetum civium Samosatensium habitam esse videri.

Καίτοι — κεφάλαια.] Quamquam alia multa eaque magis etiam tam ad lectorum notitiam quam ad Romani orbis salutem necessaria scientem sese omittere simili cum cavillatione Lucianus ait; cujus venustatem cum non intellexisset Reitzius, lectionem recepit a nescio quo profectam γελοιότερα, id quod eo magis mirere accidere potuisse, quum paulo post non minus ironice has easdem res Lucianus appellat τῆς ἐπ Εὐρώπῳ μάχης αὐτὰ τὰ κεφάλαια: quomodo etiam tibicina ad ipsos venerit proximo ex pago, utque munera sibi mutuis studiis invicem dederint, Maurus nimirum Malchioni hastam, is autem Mausacae fibulam, aliaque id genus multa, ipsam scilicet pugnae ad Europum commissae summam. Simillime *Icarom.* 21: καίτοι πόσα ἐγὼ συνεπίσταμαι αὐτοῖς. — De tibiis, quae inde ab antiquissimo aevo comissationibus adhiberi solebant, cf. *Per. ad Ael. XIII.* 1. Unde *Plat. Protag. p.* 347. *D*: ὅπου δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ συμπόται καὶ πεπαιδευμένοι εἰσίν, οὐκ ἂν ἴδοις οὔτ' αὐλητρίδας, οὔτε ὀρχηστρίδας, οὔτε ψαλτρίας. *Theaet. p.* 173. *D.* δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι. *Sympos. p.* 176. *E. Demosth. adv. Mid.* 11. *Xenoph. Sympos. II.* 2. *Plutarch. Quaestt. Symposs. VII.* 7. *Luc. Conv.* 46 etc. V. omnino *Barthol. de tibiis II.* 13. Quamquam haud negaverim, ipsius Symposii Xenophontei imitationem illo loco contineri potuisse, quam sententiam esse A. G. Langii in *Beckii Actt. Sem. Lips. II.* 1. *p.* 175, Lehmannus annotavit. — Ἧκεν αὐτοῖς dictum est, ut *Aristoph. Equ.* 818: εἶθ' ἥξει σοι δριμὺς ἄγροικος. *Eur. Jon.* 902: ἦλθές μοι χρυσῷ χαίταν μαρμαίρων. Sic saepissime Noster: *Charon.* 24. ἥξω δέ σοι μετ' ὀλίγον καὶ αὐτός. *Pisc.* 16. ἥξω γὰρ ὑμῖν. *Catapl.* 8. εἶτά σοι αὐτόμολος ἥξω. *Tox.* 51. νῦν σοι ἥκω παρὰ τῶν Μαστείρας ἀδελφῶν. Pari modo occurrit ἐπιδημεῖν τινὶ *Ver. Hist. II.* 27, ἀφῖχθαί τινι *Eun.* 1 etc. — Ad sequ. bene Solanus admonuit loci, quem exprimere voluisse ille videatur, Homerici *Iliad.* H. 299:

Δῶρα δ' ἄγ' ἀλλήλοισι περικλυτὰ δώομεν ἄμφω — —
Ὣς ἄρα φωνήσας δῶκε ξίφος ἀργυρόηλον
Σὺν κολεῷ τε φέρων καὶ ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι·
Αἴας δὲ ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινόν.

Quamquam omnino in more erat, ut quem aliquis hospitio excepisset, eum non sine dono aliquo dimitteret, rursumque ab illo munere quodam afficeretur; quae dona ξένια appellabantur graece, latine *lautia*. V. *Hom. Odyss.* Ω. 285. et *Jens. lectt. Lucc. p.* 260. Unde *Aristot. Eth. Nic. IV.* 2. 15: καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς καὶ ἀποστολὰς καὶ δωρεὰς καὶ ἀντιδωρεάς. In extremis, quae etiam apud Lehmannum male distinguuntur, non dissocianda esse vocabula τῆς ἐπ' Εὐρώπῳ μάχης αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια bene intellexit *Fritzsch. quaestt. p.* 38 usumque Nostro maximo familiarem exemplis comprobavit. Quibus adde *Tyrann.* 7. ἐπὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἔργων ἱέμην. *Prometh.* 7. μήτε αὐτὸ τῆς ὀργῆς τὸ κεφάλαιον. *Icarom.* 16. τὰ μέντοι κεφάλαια τῶν πραγμάτων τοιαῦτα ἐφαίνετο. *Charon.* 2. τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων. *Bis Acc.* 30. τὰ κεφάλαια δὲ αὐτὰ ἐπιλυσάμενος τῶν κατηγορηθέντων. *Mort. Dial. XX.* 2 etc. Alia vide apud *Stallb. ad Phileb. p.* 149.

Τοιγάρτοι — ἐπισκοπεῖν.] Ejusmodi vero, inquit, homines merito dicat aliquis rosam ipsam non respicere, spinas autem ejus quae circa radicem sint, accuratissime contemplare. — Τοιγάρτοι bene explicatum est ab *Hoogeveno de partic. l. gr. p.* 570. Signif. conclusionem cum vehementia quadam et intentione factam, repetito ad augendam sententiae gravitatem eo quod est *τοί*, fere ut repetuntur illa, de quibus disseremus ad c. LI; vertendumque est *ideo vero,* sive *eam profecto ob causam.* Cf. *Plat. Gorg. p.* 494. *D.* ὡς ἄτοπος εἶ, ὦ Σώκρατες καὶ ἀτεχνῶς δημηγόρος. ΣΩ. Τοιγάρτοι, ὦ Καλλίκλεις, Πῶλον μὲν καὶ Γοργίαν ἐξέπληξα. *Republ. V. p.* 454. *C.* οὐ γὰρ οὖν, ἔφη, ἐπεσκεψάμεθα. Τοιγάρτοι, εἶπον, ἔξεστιν ἡμῖν κ. τ. λ. *Luc.*

Necyom. 16 etc. — Εἰκότως, quum proprie esset *non sine veri quadam specie*, mox ad illam notionem declinavit, ut sign. *non injuria, convenienter, merito*. *Plat. Hipp. Maj. p.* 286. *A.* εἰκότως σοι χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Thuc. I.* 77. *Aristoph. Avib.* 275. *Eccles.* 7 etc. Cf. *Heind. ad Cratyl. p.* 89. *Wolf. ad Demosth. Lept. p.* 251. *Grauert. ad Aristid. Decl. Lept. p.* 110. — Τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν dictum esse ut sup. cap. τὸ μὲν ὅλον κάλλος μὴ βλέποι, quivis ipse animadvertet.

Cap. XXIX.

Ἄλλος — ἤκουσα.] Alius, inquit, mi Philo, multum is et ipse ridendus, qui ne altero quidem pede unquam Corintho excessisset neque Cenchreas usque iter fecisset, nedum Syriam aut Armeniam oculis usurpasset, hoc, memini enim, initium fecerat: «Oculorum testimonium praestantius aurito, scribo igitur, quae vidi, non quae audivi.» Male *Fritzsch. ad Pseudom. p.* 329. lectionem Reitzianam γελοιότερα eo defendi posse arbitratur, quod h. l. verbis μάλα καὶ οὗτος γελοῖος, respici illud videri possit. Illic enim de re, h. l. de homine ipso agitur; quem superiore capite adeo lectoribus ridendum propinasset, ut non opus fuerit verbis illud indicare. Quid quod hoc quoque loco sententiam illam abesse maluit Wielandus; sentiri enim haec potius a lectore quam ab auctore indicari velle; quo de judicio repetere nolo, quae dixi ad c. XXIV extr. — In sequ. praeivit Nostro *Aristoph. Eccles.* 161:

Παῦε τοίνυν, ὡς ἐγὼ
ἐκκλησιάζουσ' οὐ προβαίην τὸν πόδα
τὸν ἕτερον ἄν, εἰ μὴ τοῦτ' ἀκριβωθήσεται.

Idem recurrit *Hermot.* 32: οὐδὲ πώποτε ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθών. Simili modo dictum est *Scyth.* 8: μήδε τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος. De Accusativo v. *Seidl. ad Eur. Electr.* 94: κα

τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα. — Statim conf. *Phal. II.* 6. *μόνον οὐκ αὐτόπτης γεγενῆσθαι λέγων, ὃν ἴσμεν οὐδ' ἄχρι τοῦ πλοίου ἀποδεδημηκότα.* — De Cenchreis, Corinthi portu, septuaginta tantum stadiis ab urbe distante, nota res est e *Strab. VIII.* 6 et *Paus. II.* 2. Quem autem ne ad portum quidem unquam ab urbe descendisse constet, is in remotas terras plurimoque mari diremtas iter facere nullo modo potuit, ita ut Syriam Armeniamve certe neutiquam vidisse censendus esset. Illud enim proprie sign. *οὔτι γε*, deinde *multo minus, nedum.* Cf. Nostri *Anach.* 11. *κἂν ἐπ' ὀλίγων μαρτύρων τοῦτο πάθῃ τις, οὔτι γε ἐν τηλικούτοις θεάτροις. Herodian. II.* 10, 12. *οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῖν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης* Frequentius est *μήτιγε*: quod, ut diversa ratione explicari vult, ita eandem sententiam refert; fere ut *μὴ ὅτι* et *οὐχ ὅτι*. Cf. *Demosth. Olynth. II*, *p.* 24. 22. *οὔδε τοῖς φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὔτου τι ποιεῖν, μήτι γε δὴ τοῖς θεοῖς. Adv. Mid.* 46. *ἀλλ' οὐδὲ καθ' αὑτὸν στρατιώτης οὗτός γε οὐδενός ἐστιν ἄξιος, μήτι γε ἄλλων ἡγεμών. Dionys. Hal. Arte Rhet. X.* 7. *οὐδὲ τὸ σαφὲς, μήτι γε γνώριμον φαίνεται.* V. *Wytt. ad Plut. p.* 153, qui exempla affert utriusque formae *μήτι γε* et *μήτοι γε*. Nam hoc quoque occurrit. *Plut. de Pyth. Orac.* 9. *ταῦτα γὰρ εἰ γέγονε πιστεῦσαι χαλεπόν ἐστι, μήτοιγε προειπεῖν ἄνευ θειότητος. Heliod. Aethiopp. VII.* 10. *οὐδ' ὥστε καὶ ἄγροικόν τινα λαθεῖν καὶ καλῶν ἀνέραστον, μήτοι γε δὴ σέ.* Quae quum haud raro in Codd. confundantur, dubitare coepit *G. Herm. ad Vig. p.* 803, an ubique restituendum sit *οὔτοιγε* et *μήτοιγε*, nisi quis e poëtis contrarium doceat. Vereor ne injuria. Et mihi quidem, si unam alteri cedere oporteat, praestare videantur *μήτιγε* et *οὔτιγε*, quum formae *οὔτοιγε* nulla mihi nota sint exempla hoc significatu dictae; *μήτιγε* autem non rarius praebeatur a Codd. quam *μήτοιγε*. Neque intelligo, cur non amplectamur utramque, nisi scilicet simplicem quoque formam *μήτι* damnat prae altera *μήτοι* Hermannus, quod per-

suaderi mihi nequeo. Bene enim observatum est ab *Astio ad Plat. Remp. p.* 324, addito τι pari modo adaugeri vim vocabuli οὔ et μή, ut fiat in πάνυ τι, μᾶλλόν τι, σχεδόν τι etc., adeo ut nullo fere discrimine dici possit οὔτι et οὔτοι, μήτι et μήτοι. V. qui laudantur a *Creuz. ad Plotin. p.* 334 et *Stallb. ad Phileb. p.* 16. Illud addere liceat, esse, ubi et οὔτι γε et μήτι γε non significent nisi *minime* sive *nullo modo*; nec ibi tantum, ubi vocabulo aliquo interjecto disjungantur, ad quod jam referendum sit illud γε (cf. *Stallb. ad Euthyphr. p.* 79) ut v c. apud *Boeckh. in Minoem p.* 59, sed etiam ubi continuo sese nexu excipiant; v. c. *Plat. Phaed. p.* 81. *D*: καὶ οὔτι γε τὰς τῶν ἀγαθῶν ταύτας εἶναι, ἀλλὰ τὰς τῶν φαύλων. *Parm. p.* 150. *B.* οὔτι γε ἐν πάντι αὖ τῷ μέρει. *Luc. Conv.* 4. ἀλλ' οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν. *Max. Tyr. Diss. XIX*: ἠλιθίου ἂν εἴη ὁ βίος, μήτιγε ζώου ὁρῶντος. *Diss. XXIII*: χρηματιστὴς γὰρ ἂν τοῦτό γε αἰτιάσαιτο — μήτι γε ἀνὴρ ποιητικός. Neque hinc abhorret gemina illa μήτοιγε. *Aristot. Politic. V.* 7. 7. μήτοιγ' ἀθρόας δόντας ἀφαιρεῖσθαι πάλιν ἀθρόας, ἀλλ' ἐκ προςαγωγῆς. *VI.* 3. 2. μάλιστα μὲν εὔνους εἶναι τοὺς πολίτας, εἰ δε μὴ, μήτοιγε ὡς πολεμίους νομίζειν τοὺς κυρίους. — In sequ. dubium esse possit, Luciani an simulati illius Autoptae sint illa: μέμνημαι γὰρ: Luciano tribui cum reliquis intpp., quum nullo vinculo cohaereant cum sequentibus, nec conveniat γὰρ libri initio. Sensus ille esse videtur, ut ipsa se verba recordari Lucianus dicat. Cf. c. XIV: Διηγήσομαι, ὅποσα μέμνημαι — ἐν Ἀχαΐᾳ πρώην ἀκούσας. — Verba sunt Candaulis apud *Her. I.* 8; sententia pervulgata. Cf. *Plaut. Trucul. II.* 6. 8:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem;
Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt.

Hor. Epist. II. 3. 180:

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quae sunt oculis subjecta fidelibus, et quae
Ipse sibi tradit spectator.

ut taceam ipsius Herodoti verbis usos: v. c. *Dionys. Hal. Arte Rhet. XI.* 4. et quos attulerunt Intpp., Nostrum *de domo* 20, et *Julian. Epist. XXII, p.* 389. *B.* Adde *Krüger. ad Dionys. p.* 52. Neque enim temperare mihi possum, quin Herodoti potius quam Heracliti sententiam spectasse existimem in loco, quem is laudat, *Polybium XII.* 27. 1: *ἀληθινωτέρας δ' οὔσης οὐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες.* Neque enim intelligo, quo jure huc referre liceat aut cum Schweighaeusero *IV.* 40. 3: *οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη, ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων· ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν πλείστων ἀπίστους ἀμφισβητουμένων παρεχόμενοι βεβαιωτὰς κατὰ τὸν Ἡράκλειτον*: aut cum *Fabr. ad Sext. Emp. p* 397 et *Schleierm.* in *Mus. Ant. Stud. T. I. p.* 365 Heracliti dictum apud Sextum: *κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα βαρβάρους ψυχὰς ἐχόντων.* Vix igitur dubito, quin illic corrigendum sit: *κατὰ τὸν Ἡρόδοτον.* Memoriter illa scripsit, in sententia diligentior, quam in verbis Polybius, fere ut Noster in loco omnino gemino *de Saltat.* 78: *Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμενα πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ.* Vid. etiam *Upton.* apud *Schaefer. ad Dionys. de Compos. p.* 42. Herodoti nomen passim corruptum esse a librariis docent *Bast.* post *Gregor. Corinth. p.* 812. *God. Hermann über d. Wesen u. d. Behandl. d. Myth. p.* 95.

Καὶ — συγκλασθῆναι.] T a m q u e, inquit, a c c u r a t e v i d e r a t o m n i a, u t d r a c o n e s P a r t h o r u m (n u m e r i i d a p u d i l l o s s i g n u m; m i l l e n o s e n i m, p u t o, d r a c o d u c i t) v i v o s e s s e d r a c o n e s d i c e r e t i n g e n t e s, q u i n a s c e r e n t u r i n P e r s i d e p a u l o s u p r a I b e r i a m; e o s q u e p r i m u m q u i d e m a d m a g n o s c o n t o s a l l i g a t o s s u-

blimes tolli hostibusque, dum appropinquant, e longinquo terrorem injicere, deinde proelio commisso, quando concurritur, laxatos immitti; quo pacto oppido multos e nostris devoratos aliosque, quos circumfusi spiris suis irretiissent, suffocatos esse atque elisos. — Achaemenidarum signum militare fuisse aquilam auream expansis alis hastae impositam, e *Xen. Cyr. VII.* 1. 4 monuit Solanus. Cf. *Schneid. ad Xen. Anab. I.* 10. 12. *Jacobs. ad Philostr. p.* 537. *Tychsen de Numm. vett. Pers. Comm. IV. p.* 17 et, quos laudat *Baehr.* in *Creuz. Melett. T. III, p.* 63, *Dorv. ad Char. p.* 623 et *Bochart. Hieroz. II. lib. I.* 1 *extr. p.* 8. Quarum loco non Arsacidarum tantum, sed Sassanidarum quoque aevo dracones fuisse constat e loco a Rudolpho adhibito *Flav. Vopisc. V. Aurelian.* 28. Formam ipsorum colligere possis e *Suidae* verbis, quem eosdem spectare fere perspicuum est, etsi non Parthis attribuat, sed Indis Scythisque; s. v. *χιλιοστή*: *κατὰ δὲ τὸν πόλεμον ἦσαν αὐτοῖς σημαῖαι τῶν ἱππέων καθ' ἑκάστην χιλιοστὴν δράκων ἐπὶ κάμακος ἀνατεταμένος· οὗ ἀργυρᾶ μὲν ἡ κεφαλὴ πεποίηται, σεσηρότων ὀδόντων καὶ τοῦ χάσματος ἀπειλὴν ἔχοντος· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα σηρικοΰφον ἦν, ἔς τε μῆκος καὶ βάθος καὶ τὸ ποικίλον τῆς χρόας ἐς ἀλήθινον δράκοντα*: et alio loco: Σημεῖα Σκυθικὰ, *ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ, ὑφάσματά εἰσι βαφῇ πεποικιλμένα, ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα ὄφεων εἴκασται καὶ ἀπῃώρηνται κόντων συμμέτρων*. Quanquam complures gentes simili signorum genere usas esse non negabo. Quid quod ad Romanorum quoque exercitus is usus pertinuit, etsi post Luciani demum tempora invaluisse illum bene Solanus admoneat. Laudat iis *Just. Lips. de Re Mil. IV.* 5; *p.* 171—173, qui benigna manu auctorum testimonia congessit. Cf. inprimis *Ammian. Marcell. XVI.* 10, qui Constantium post antegressos multiplices alios purpureis subteminibus textos circumdedisse dracones narrat, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigatos, hiatu

vasto perflabiles et ideo velut ira percitos sibilantes caudarumque volumina relinquentes in ventum. Adde *Themist. Orat. I*, *p.* 2. *A:* qui appellat δράκοντας λεπτῶν ὑφασμάτων, μετεώρους ἐκ περιχρύσων καμάκων, ὑπὸ τοῦ πνεύματος μεστουμένους τε καὶ δονουμένους. Artificium vides, quod ut procul conspectum sane formidinem incutere potuit ignaro, ita pro vivo haberi non potuit ab eo, qui proxime illud inspexisset. Mendacio accessit ignorantiae specimen, quum Persidem paulo supra Iberiam ineptus ille collocaret; quae, ne de Hispania cogitemus, sive Iberiam illam, quae media inter mare Hyrcanum paludemque Maeotim in Armeniae et Colchorum confiniis sita est, sive Indiae regionem Scythiae propinquam (*Mannert l. l. Tom. V. Vol* 2. *p.* 165) intelligas, longissimo a Perside distat intervallo; nisi scilicet universum Parthorum regnum designari eo nomine existimas. — Μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν dictum est ut *Navig.* 13: μικρὸν ὑπὲρ τὴν ποικίλην. — Τέως μὲν — δὲ constructio nota jam ex *Vigero de Idiot. p.* 448. Cf. si tanti est, *Thuc. VI.* 61. τέως μὲν ἐζήτουν τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· ὡς δ' οὐδαμοῦ φανεροὶ ἦσαν, ᾤχοντο ἀποπλέοντες. *Plat. Lys. p.* 207. *A.* τέως μὲν οὖν ἠπόρει καὶ ὤκνει μόνος προϊέναι· ἔπειτα ὁ Μενέξενος κ. τ. λ. ubi itidem omissum est δὲ, ut fit post πρῶτον μέν. *Luc. Tox.* 12. τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξετάζετο — τελευταῖον δὲ καὶ προςέκρουε. *Nigr.* 35. ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ τεθηπὼς — ἐπειδὴ δὲ ἐπαύσατο κ. τ. λ. *Zeux.* 9. τούτους ἐκέλευε τέως μὲν ἔχειν ὡς οἷόν τε κατακρύψαντας — ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ ὁ σαλπιγκτὴς καὶ δέῃ συμπλέκεσθαι καὶ εἰς χεῖρας ἰέναι καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν πολεμίων ἐπελαύνηται κ. τ. λ. — Statim in illis ἐπὶ κόντων μεγάλων ἐκδεδεμένους ὑψηλοὺς αἰωρεῖσθαι duae constructiones mixtae sunt; etenim aut dicendum erat ἐπὶ κόντων αἰωρεῖσθαι aut κόντων ἐκδεδεμένους αἰωρεῖσθαι, ut *Hom. Iliad.* Ψ. 121:

τὰς μὲν ἔπειτα διαπλήσσοντες Ἀχαιοὶ
Ἐκδέον ἡμιόνων.

Neque enim dici potest ἐκδεδέσθαι ἐπὶ τινός. Pari modo *Plat. Republ. V. p.* 452. *E.* dictum est σπουδάζειν πρὸς σκόπον τινὰ στησάμενον. Mox distinguendum post πόῤῥωθεν. Ἐπελαυνόντων absolute dictum est, ut deinde περισπειραθέντων. Intellige αὐτῶν, i. e. τῶν Παρθυαίων, ut in altero τῶν δρακόντων. Cf. *Matth.* §. 563. *Goeller* in *Actt. Monacc. T. II, p.* 238. Sic *Hermot.* 20. ὡς ἀναπετασθεισῶν γνώριμα γίγνεσθαι ἅπασιν ἃ βούλεται. — Ad δέος ἐμποιεῖν conf. *Xen. Anab. II.* 6. 19: οὔτ' αἰδῶ τοῖς στρατιώταις ἑαυτοῦ οὔτε φόβον ἱκανὸς ἐμποιῆσαι. *Herodian. II.* 3. 6: ἐμοὶ δὲ ταῦτα — δέος τε καὶ ἀγῶνα οὐ μικρὸν ἐμποιεῖ. Simili modo dicitur ἐμποιεῖν δόξαν, *Aristót. Politic. V.* 9. 13; λήθην ἢ συνήθειαν, *Demosth. de Fals. Leg. p.* 342. 10; θάρσος, *Polyb. V.* 80. 6; μέλλησιν καὶ ἀσθένειαν, *Plut. de Mull. Virt. p.* 256. *B*; φήμας, *Lucian. Pseudom.* 24 etc. Alia vide apud *Sturzium* in *Lex. Xen.* et *Jacobs. ad Philostr. p.* 684. — Ὁμοῦ ἰέναι, idem fere est quod mox ὁμόσε χωρεῖν: illud rarius, quamquam haud insolens. *Soph. Oed. Tyr.* 1000:

Ἀλλ' οὔποτ' εἶμι τοῖς φυτεύσασίν γ' ὁμοῦ,

Eundem sensum refert *Her. I.* 63. ἐς τωὐτὸ συνιόντες ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρὸν καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. Latine expressit *Plaut. Pseudol. II.* 4. 17: «confer gradum contra pariter», et *Trucul. I.* 2. 24: « et tu fer contra manum et pariter gradere. » — Ut h. l., item ἐπαφεῖναι usurpatur in loco modo adhibito *Zeux.* 9: ἐὰν — τὰ ἅρματα οἱ Γαλάται ἀνοίξαντες τὴν φάλαγγα καὶ διαστήσαντας ἐπαφῶσι, κ. τ. λ. — Ἀμέλει, Grammaticus inquit in *Bekk. Anecdd. p.* 214. 22, τοιγαροῦν, δηλαδὴ, πάντως. Ἐπίῤῥημα γάρ ἐστι συγκατάθεσιν δηλοῦν. Ἔστι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ καλῶς παρὰ Ἀριστοφάνει. Spectare videtur *Aristoph. Ran.* 535. Longus esse nolo post *Hoogev. p.*

33—35 et *Vig. p.* 381—383. Saepissime reddere possis *sane, utique, oppido, profecto.* Cf. *Philops.* 7. *Icarom.* 23. *Conviv.* 21. *Ver. Hist. I.* 7. *Vit. Auct.* 7. *Necyom.* 4. *Nigr.* 26 etc. Nostro loco maxime respondet *Ceb. Tab.* 27: ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἐστὶν ἰδεῖν. — Περισπειρᾶν bene usurpatur de anguibus, qui

corripiunt spirisque ligant ingentibus,

ut ait *Virg. Aeneid. II.* 217. Sic *Dipsad.* 6: τὸ θηρίον δὲ, τὴν διψάδα, ἐμπεφυκὸς αὐτῷ περιεσπειρᾶσθαι τῷ ποδί. Affert praeterea Reitzius *Philops.* 22: ἀντὶ τῆς κόμης τοὺς δράκοντας περιέκειτο εἱλουμένους περὶ τὸν αὐχένα καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐνίους ἐσπειραμένους: et *Wessel. ad Diodor. IV.* 78. Adde *Anecdd. Hemsterh. p.* 101. Simile quid aliis verbis refert *Aelian. Hist. Anim. VI.* 21: εἶτα τῷ τραχήλῳ περιερπύσας θείνων τῷ οὐραίῳ μέρει καὶ σφίγγων θατέρῳ ἀπάγχει τὸ θηρίον ἀήθει βρόχῳ καὶ καινῷ.

Καὶ — Λέρναν.] Haec autem coram sese vidisse narrasse Lucianus ait ineptum illum, quanquam e loco tuto ab altissima arbore speculantem. Sapiens vero, inquit, ille, qui non cominus congressus sit cum belluis illis; alioquin enim tam admirando nobis scriptore carendum esset, qui adeo sua ipse manu praeclaras res multas hoc in bello gessit; etenim pericula subiit plurima vulnusque accepit circa Suram, scilicet, cavillabundus addit Lucianus, dum ad Lernam tendit a Craneo. — Σκοπή passim est *specula;* ut *Hermot.* 28. ἀναβάντα ἐπὶ σκοπήν τινα, σκέψασθαι. *Zeux.* 4. ἀνὼ δὲ τῆς εἰκόνος οἷον ἀπό τινος σκοπῆς. Usitatius σκοπιά, cf. *Wytt. ad Plut. p.* 1070 et *Hemsterh. ad Dial. Mar. I.* 2. H. l. σκοπὴν ποιεῖσθαι, *speculari,* dictum est, ut *Her. V.* 13: οὔ κη πρόσω ἔχοντες σκοπιὴν τουτέων. — Εὖ γε ἐποίησε μὴ ὁμόσε χωρήσας, fere idem est quod οὐχ ὁμόσε ἐχώρησε, εὖ ποιῶν, quo de usu dixi p. 29. Ut h. l. ita *Plat.*

Phaed. p. 60. *C:* εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με. *Epist. II, p.* 314. *E:* Τὸν ἐκ τῶν λιθοτομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφεὶς. *Lucian. Icarom.* 13. Εὖ γε ἐποίησας, ἦν δ' ἐγὼ, βέλτιστε Ἐμπεδόκλεις. *Charon.* 24. *Vitt. Auct.* 25. Vides promiscue usurpari εὖ et εὖ γε, quapropter non erat, cur *Fritzsch. Quaestt. p. XXXI* bis temere expelleret e Luciano εὖ γε λέγεις. De Participio in tempore Aoristo posito bene admonuit *Heind. ad l. l. p.* 17. Nam, ut ait *Stallb. ad Plat. Phileb. p.* 86, « hanc sibi legem Graeci in Participiorum usu sanciverant, ut ea illorum tempora ponerent, quibus re per tempus finitum expressa opus futurum fuisset. » Egregie ille; minus recte quod statim subjungit, in verbis λανθάνειν et φθάνειν Aoristum ubique cum Participio Aoristi, nusquam cum Praesente aut Perfecto componi. Contrarium comprobet *Plat. Republ. V. p.* 457. *E:* ἀλλ' οὐκ ἔλαθες, ἦ δ' ὅς, ἀποδιδράσκων. At ibi tempore finito dicendum erat ἀπεδίδρασκες, expresso per *Imperfectum* effugiendi c o n a t u; quod quum peculiari quodam Participio careat, mutuum sumsit a Praesente, ut v. c. *Plat. Menex. p.* 239. *D:* Πέρσας ἡγουμένους τῆς Ασίας καὶ δουλουμένους τὴν Εὐρώπην, i. e. *qui domini essent Asiae Europamque in servitutem redigere conarentur;* ubi vid. Gottl. et conf. *Frotscher. ad Xen. Hieron. p.* 22. Illuc redeo. Ὁμόσε χωρεῖν bene expl. *Eustath. ad Iliad.* N, *p.* 937 ἀντικαθιστάναι ὡς εἰς πόλεμον. Cf. *Ruhnk. ad Tim. p.* 191 *), quem certatim laudaverunt *Boisson. ad*

---

*) Ipsius Timaei locus ita leg. esse videtur: Ὁ μ ό σ ε. Εἰς ταὐτὸ· ἐπὶ τῶν ἐναντίων (ἐναντίως?) εἰς μάχην φερομένων. Ut ὁμόσε ἰέναι, occurrit etiam εἰς ταὐτό: v. c. *Plut. de Sanit. tuenda p.* 123. *F:* ὑπ' αἰδοῦς βαδίζειν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἱκανῶς ἔχουσι καὶ συμπίνειν, i. e. *aemulari, certamen inire.* Quanquam *Her. I.* 13 συνέβησαν ἐς τωὐτὸ οἵ τε τοῦ Γυγεω στασιῶται καὶ οἱ λοιποὶ, est *in gratiam redire,* fere ut *Demosth. adv. Dionys. p.* 1287. 18, ὁμόσε πορεύεσθαι esse videtur *concordiae operam dare.* Contra *Plat. Alc. I, p.* 114. *A,* εἰς ταὐτὸν ἥκεις idem est quod *Phaedr. p.* 236. *B.* εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας. Sic

Philostr. Heroicc. p. 610, *Ast. ad Plat. Remp. p.* 623, *Stallb. ad Euthyphr. p.* 16; et *Jacobs. ad Philostr. p.* 471. Sexcenties occurrit. Sic *Thuc. II.* 62. 81. *IV.* 10. 29. 92. *VI.* 101. *VIII.* 92. *Aristoph. Lysistr.* 451. *Eccles.* 894. *Plutarch. V. Thes.* 10. *Public.* 9. *Virtt. Mull p.* 256. *B. Lucian. Diss. c. Hesiod.* 6. *Paras.* 51. *Anach.* 24 etc. — Θηρία quidem *κοινῶς πάντα τὰ ἄλογα· διὸ καὶ τὸν ἀράχνην θηρίον φησὶν ὁ* Αἰλιανός. Cf. *Lobeck. ad Soph. Ajac. p.* 278; attamen omnium maxime usurpatur de feris atque immanibus belluis nec hoc ipso loco sine lepida quadam gravitate positum est. De elephantis dictum occurrit *Zeux.* 10, et sic saepissime, cf. *Baehr. ad Plut. V. Pyrrhi p.* 184. — Ἐπεὶ sequ. *ἄν*, commode vertas alioquin. Supplendum in protasi *εἰ μὴ ἦν* sive *ἐγένετο*, vel si antecedens sententia negativa est, *εἰ ἦν* (*ἐγένετο*) quia negationem tollit negatio; ut h. l. *εἰ ἐγένετο*, i. e. *εἰ ὁμόσε ἐχώρησε*. Cf. *Hermot.* 5: *οὐδὲν ὅμοιον ὦ Λυκῖνε οὐδ' ἐστὶ τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις — ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνίοντες ἦσαν.* V. *Stallb. ad Euthyphr. p.* 57 et *Engelhardt. ad eund. p.* 115, qui duumviri tamen eum locum male intellexisse videntur, quum hunc usum obtinere in illo negent. Euthyphro enim, Ἀλλ' *ἴσως*, inquit, *οὐκ ὀλίγον ἔργον ἐστίν, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πάνυ γε σαφῶς ἔχοιμι ἂν ἐπιδεῖξαί σοι.* Ubi si supplendum sit *εἰ ὀλίγον ἦν*, reponi debere ait Stallbaumius *εἶχον ἄν*; quasi soloeca futura sit constructio ea, ut hypothesin per Praeteritum expressam excipiat in apodosi Optativus. Neglexit eam *Dissen. de sent. cond. p.* 17. 18, at exemplis confirmavit *Matth.* §. 508. *c; Adn.* 2; §. 524, 2. Neque quidquam offensionis continere potest, quum ea est sententia: rem non fieri factamve esse, quia deficiat conditio; fieri tamen vel posse vel potuisse. Cf. quem Matth. adhibuit, *Thuc. II.* 60:

De Legg. III, p. 682. *E. νῦν ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἀφίγμεθα καὶ ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσι.* Cf. *Valck. ad Eur. Hippol. p.* 192.

εἴ μοι — ἐπείσθητε, οὐκ ἂν εἰκότως νῦν γε τοῦ ἀδικεῖν αἰτίαν φεροίμην, i. e. *fieri potuit, ut nullam culpam sustinerem, si paruissetis mihi;* quod quia non fecistis, factum non est, quod fieri potuit. Sic illic quoque intelligendum erit: *demonstrare possum, demonstrarem etiam, nisi longum esset;* neque enim ideo facere nequit Euthyphro; sed negligit tantum, quia longum futurum esset — Οὕτω postpositum ne mirere, vide *Baehr. ad Plutarch. V. Philop. p.* 48. 49. — Ἀπὸ χειρὸς, ut *Soph. Ajac.* 27 ἐκ χειρὸς, dictum est pro Dativo, ut v. c. *Xen. Rep. Lac. V.* 9: *ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν καὶ ἀπὸ χειρῶν καὶ ἀπὸ τραχήλου γυμνάζονται.* Simili quodam modo non tantum occurrit *ἀπὸ στόματος, ἀπὸ γλώσσης* etc. — cf. *Herod. I.* 23. *Pind. Olymp. VI.* 19. *Matth.* §. 401. *Adn.* 2; sed qualiscunque instrumenti nomini jungitur. Sic *Plut. V. Lycurg.* 13: *ὅπως οἰκία πᾶσα τὴν μὲν ὀροφὴν ἀπὸ πελέκεως εἰργασμένην ἔχῃ, τὰς δὲ θύρας ἀπὸ πρίονος μόνον.* Cf. *Matth.* §. 573. *Hemsterh. ad Charon.* 4. *Ast. ad Plat. de Legg. p.* 351. *Spohn. ad Isocr. Paneg. p.* 58. — Sura, quae pleniore nomine Flavia Firma Sura, et ipsa Syriae urbs in regione Chalybonitide, ad Euphratem sita, X dierum navigatione a Seleucia diremta totidemque fere a Babylone; Philisco Parthorum oppido opposita. Cf. *Plin. Hist. N. V.* 21. *Mannert. Geogr. Gr. et Rom. Tom. VI, P.* 1, *p.* 527. Ejusdem ex *Holsten. ad Steph. Byz. p.* 302 Rudolphus admonuit; Bourdelotii et Solani commenta afferre piget. Quid quod circa Corinthum quoque Sura quaesita est, Craneo scilicet Lernaeque vicina; non intellecta Luciani venustate, cujus si mentem lepore suo destitutam discerpere in partes suas fas est, haec erit sententia: mentiri illum, quum se in Syriae oppido vulnus accepisse narret; qui si unquam vulneratus sit, proxime Corinthum id accidisse oportere; scilicet dum per gymnasia patriae locosque amoenos spatiatur; neque enim unquam eum a patrio solo discessisse. De Craneo dictum est ad c. III; Lernam fontem sic descripsit *Paus. II.* 4. 6: *τοῦ*

θεάτρου δέ ἐστι τοῦδε πόῤῥω γυμνάσιον τὸ ἀρχαῖον καὶ πηγὴ καλουμένη Λέρνα· κίονες δὲ ἑστήκασι περὶ αὐτὴν καὶ καθέδραι πεποίηνται τοὺς εἰςελθόντας ἀναψύχειν ὥρᾳ θέρους. Πρὸς τούτῳ τῷ γυμνασίῳ ναοὶ θεῶν εἰσὶν· ὁ μὲν Διὸς, ὁ δὲ Ἀσκληπίου κ. τ. λ. Distinguendam esse a palude cognomine in Argolide sita (*Paus. II.* 36. 6. *Luc. Dial. Mar. VI.* 1. 2) bene Solanus annotavit.

Καὶ — ἑωράκει.] Et haec, inquit, audientibus Corinthiis recitavit, qui accurate nossent, ne pictum quidem in pariete unquam bellum ab illo visum. Lepidissimi proverbii bina exempla attulit Solanus: *Cic. de Fin. V.* 27: « Dicis eadem omnia et bona et mala; quae quidem dicunt qui nunquam philosophum pictum, ut dicitur, viderunt »; et *Plaut. Asinar. I.* 3. 22:

Nam neque fictum usquam, neque pictum neque scriptum in poëmatis,
Ubi lena bene agat cum quiquam amante.

Acceptum refert utrumque *Erasmo, Adag. Chil. IV.* 5. 65. — Κατὰ τοίχου insolenter dictum; explicandum est inde, quod parietis superficiei insuper inducitur pictura. Sic Phavorimus: κατὰ, ὅτε σημαίνει τὸ ἐπάνω, μετὰ γενικῆς συντάσσεται, οἷον· κατὰ ψάμμου ἀθύρουσι τὰ παιδία· καὶ· κατὰ γῆς ἵσταται. Intelligi potest pingendi ratio in udo tectorio (*Plin. Hist. N. XXXV.* 18. *Plutarch. Amator. p.* 759. *B.*) quam *al Fresco* appellant nostri; quamquam obtinuisse quoque usum eumque antiquiorem tabulas pictas parietibus inserendi sive imprimendi, observavit *Heynius* in *Opuscc. Acadd. Tom. V, p.* 14. Cf. *Jacobs. ad Philostr. p.* 198.

Ἀλλὰ — ἄγειν.] Quanquam non belli tantum omnino ignarum fuisse illum Lucianus ait, sed ne armorum quidem novisse tormentorumque species, neque cohortium distributionumve per ordines nomina cognita habuisse; qui multum scilicet, inquit, curavit, ecquam

transversam diceret, quae directa esset acies, vel in cornu ducere appellaret, quod dici in frontem oporteret; h. e., si missam facias cavillationem: prorsus ille non curavit, hoc diceret an illud, nec aegre tulit, pravo se aliquando pro proprio nomine usum. Bene hoc intellexit Rudolphus: « Ironice hoc positum; et sensus: *incuria ista incredibili factum igitur est, ut nomina confunderet.* » Quam ironiam quum Lehmannus cum *A. G. Langio* in *Beckii Actt. Sem. Lips. Vol. II. Part.* 1. *p.* 174, fatuam et insulsam esse existimaret, explicationem sumsit a Gesnero eam, ut Lucianus id ipsum ex industria egisse historicum illum innuat, ut cum sedula quadam sollicitudine pravis nominibus pro justis uteretur; frigidissimam illam, si quid sentio, et coactam. Cetera Solani et Langii commenta referre nolo, qui ne sanam quidem lectionem esse rati conjecturis quoque huic loco mederi studuerunt, ignari usus ironici ejus quod est πάνυ γοῦν, de quo erudite disseruit *Fritzsch. Quaestt. Lucc. p.* 86, ita h. l. explicans: « valde scilicet illi curae fuit, ut sibi ab illis vitiis caveret »: *Er machte sich wahrscheinlich viel daraus, ob er in Linie sagte statt in Colonnen, und in Zügen aufmarschiren statt in Fronte.* — Extrema fere expedita. Conf., quem Gesn. affert, *Arrian. de instr. acie p.* 63 *ed. Blancard.*: πλαγία μὲν φάλαγξ ἐστὶν ἡ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα· ὀρθία δὲ ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύηται· οὕτω δὲ αὖ τὸ βάθος τοῦ μήκους πολλαπλάσιον παρέχεται. Addit Rudolphus *Aeliani Tactica c* 30; qui quod in Arriani loco leg. esse conj. ἐπὶ κέρως, falsus est. *Her. VI.* 12. ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέρας τὰς νέας. 14. ἀντανῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας ἐπὶ κέρας. *Xen. Rep. Lac. XI.* 9. στρέψαντες τὸ ἄγημα ἐπὶ κέρας ἐξελίττουσι τὴν φάλαγγα. *Cyr. VI.* 3. 34. ἑπέσθω τῇ φάλαγγι ἐπὶ κέρας, quod male nuper exstinctum est. Cf. *Sturz. Lex. II. p.* 732. *Onosand. Strateg.* 21. τῶν γὰρ ἐπὶ κέρας ἐπὶ τῆς αὐτῆς μενόντων χώρας. Idem est κατὰ κέρας: *Xen. Cyr. I.* 6. 43: καὶ εἴ γε δή σοι

κατὰ κέρας ἄγοντι οἱ πολέμιοι ἐπιφανεῖεν, πῶς χρὴ ἀντικαθιστάναι, καὶ εἴ σοι ἐπὶ φάλαγγος ἄγοντι ἄλλοθέν ποθεν οἱ πολέμιοι φανεῖεν ἢ κατὰ πρόςωπον, ὅπως χρὴ ἀντιπαράγειν. *Anab. IV.* 6. 6. ἵνα μὴ κατὰ κέρας ἄγων πλησιάσῃ τοῖς ἄλλοις, παράγειν τοὺς λόχους, ὅπως ἐπὶ φάλαγγος γένοιτο τὸ στράτευμα. Quamquam saepissime dictum est ἐπὶ κέρως, v. c. *Thuc. II.* 90. *VI.* 32. 50 *VIII.* 104. Cf. *Schwebel. ad Onosandr. p.* 69. et quos laudat *Sturz. l. c.* Verbum inde ductum, quod, dum agmine ducitur, alterum cornu antecedit; constructio eadem, quae in illis ἐπὶ τεσσάρων κ. τ. λ. τετάχθαι. Vides autem ὀρθίαν φάλαγγα dici ἐπὶ κέρως ἄγεσθαι, contra τὴν πλαγίαν esse ἐπὶ μετώπου instructam; easque ipsas vices ubique ab historico illo permutari. Ἐπὶ φάλαγγος autem idem esse, quod ἐπὶ μετώπου, apparet e Xenophonte; non potuit igitur omitti illud ὀρθίαν, quum φάλαγξ per se posita τὴν πλαγίαν potius quam τὴν ὀρθίαν significet. Nec recipere dubitavi, quod duarum vetustarum editionum auctoritate commendaretur, praesertim quum neque de Codd. Parisiensium nec de Gorlicensis lectione constet, qui quum ad edit. Reitzianam collati sint, accedere ad Ald. 2. et Junt. videri possunt. Quamquam non diffiteor, habere quo se commendet Gesneri explicationem, eo peccasse scriptorem illum, quod quam ipse πλαγίαν φάλαγγα appellasset, — quo facto ἐπὶ μετώπου duci illam consentaneum esset — eam ἐπὶ κέρως incessisse narraverit: « *obliquum agmen*, et tamen idem *in cornu ducere* dixit ineptus scriptor, quae repugnant, quum *in frontem* dicendum esset.» Quae si ita sint, lectionem ὀρθίαν correctionis loco haberi oporteat. Haec hactenus; difficilius ad explicandum, quid sint τάξεις, quid καταλοχισμοί. Hoc insolens, illud ambiguum. Nam in *Plut. V. Cic.* 15: ἐπεὶ δὲ καὶ Κόϊντος Ἄῤῥιος ἀνὴρ στρατηγικὸς ἀπήγγειλε τοὺς ἐν Τυῤῥηνίᾳ καταλοχισμοὺς, non dubito quin legi oporteat καταλογισμοὺς, *militum conscriptiones.* Quamquam καταλοχίσαι sic explicat, quem Gesn. laudat, *Arrian.*

l. l. p. 18: τὸ μὲν δὴ καταλοχίσαι ἐστὶν εἰς λόχους συντάξαι· ὁ δὲ λόχος ὀνομάζεται ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου καὶ τῶν μετὰ τοῦτον κατόπιν τεταγμένων — ἀριθμὸν δὲ τοῦ λόχου οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν, οἱ δὲ καὶ ἑκκαίδεκα. Omnino pro temporum gentiumque diversitate diversus est militum numerus, qui singulos λόχους constituunt; sicuti nostro aevo in iis, quae *Compagnien* et *Bataillons* appellantur; quo ipso fit, ut de τάξεσι quoque nil quidquam certioris statui possit. Complures λόχους singulas τάξεις effecisse constat, sed neque de hominum, neque de eorum λόχων numero constat, quos mox quaternos mox octonos fuisse accepimus. Cf. *Per. ad Ael. II.* 44. *Dorv. ad Char. p.* 477. *Sturz. Lex. Xenophont. Tom. III. p.* 52; *IV. p.* 246. *Ast. ad Plat. de Legg. p.* 286, et de Lacedaemoniorum λόχοις *Müller, die Dorier, T. II, p.* 233—236. Saepissime conjunguntur λόχοι et τάξεις, λοχαγοὶ et ταξίαρχοι, v. c. *Xen. Mem. Socr. III.* 4. 1, *Cyr. VI.* 3. 21 etc. unde veri simile fit, nec h. l. Lucianum dissociare utrumque voluisse. Quamquam *aciem* quoque significare potest τάξις, et sic Gesn. vertit: *acierum aut ordinum struendorum nomina.* Sed quum καταλοχισμοί, quantum in exemplorum inopia judicare licet, ad distribuendos potius quam instruendos ordines pertinere videantur, τάξεις etiam h. l. partes potius quam stationes exercituum indicare existimo.

Cap. XXX.

Εἷς — φησί.] Unus autem aliquis (εἷς τις. Cf. ***Heind. ad Phaedr. p.* 236. *ad Soph. p.* 339. *Reisig. Conject. p.* 33 *sqq. Jac. ad Tox. p.* 108.**) omnium praestantissimus, universas res gestas a principio usque ad finem, quotquot et in Armenia, et in Syria, et in Mesopotamia et ad Tigrim et in Media gestae sunt, conscripsit ita ut quingentis et ne iis quidem integris versibus omnia complecteretur; quo facto historiam se conscripsisse prae-

dicat. Non est quod moneam, non minus hunc quam reliquos omnes, acerbe a Nostro improbari atque perstringi, etsi *βελτίστων* nomine saepissime eos quoque appellet, quos candide et bona fide laudat; praeeunte *Demosth. adv. Mid.* 48: *ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ βελτίστου πατὴρ Χαρικλείδου. Phil. III. p.* 129. 18. *ἐγὼ καὶ Πολύευκτος ὁ βέλτιστος ἐκεινοσί.* Sic *Necyom.* 18. *ὁ βέλτιστος Διογένης. Charon.* 17. *ὑπὸ τοῦ βελτίστου θανάτου. Tim.* 36. *ἡ βελτίστη πενία. Saturn.* 24. *ὑπὸ τῶν βελτίστων μυῶν. Icarom.* 27. *ὁ βέλτιστος Γανυμήδης. Jove Trag.* 4. *ὁ Τιμοκλῆς δὲ ὁ βέλτιστος. Pseudol.* 28. *ἡ βελτίστη ἐκείνη γυνή* etc. Quamquam non desunt loci, ubi ad cavillationem quoque eo vocabulo utitur; v. c. *Peregr.* 12: *ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος.* 31. *οὐ γὰρ οἶδα, ὅςτις ὁ βέλτιστος οὗτος ἐκαλεῖτο. Philops.* 19. *ὁ βέλτιστος οὗτος Πέλιχος. Sacrif.* 14. *κυνοπρόςωπον δὲ τὸν βέλτιστον Ἑρμῆν. Hermot.* 12. *ὁ διδάσκαλός σου ὁ βέλτιστος* etc. *Πενταχοσίοις οὐδ' ὅλοις ἔπεσι* dictum est ut c. 28: *ἐν οὐδ' ὅλοις ἑπτὰ ἔπεσι.* Adde *Demosth. Phil. III. p.* 117. 16: *ἐν τρισὶ καὶ δέκα οὐχ ὅλοις ἔτεσιν.* — Bene vero Solanus admonuit, haberi hic capita rerum eo bello gestarum ordine suo disposita. Primum enim Severianus ad Elegeïam caesus, Armenia occupata, simul Atidius Cornelianus e Syria fugatus; mox Armenia recepta, Artaxata a Statio Prisco expugnata, proelium ad Europum commissum; deinde Mesopotamia invasa, Seleucia Babylonque captae; tum Tigride superato, Avidio Cassio duce, postremo in Mediam perventum, Ctesiphon incensa et deleta.

Τὴν — ἀφήγησις.] Titulo tamen, inquit, librum inscripsit ipso fere volumine vastiore: « Antiochiani, in sacro certamine Apollinari victoris (puer enim, puto, quondam vicerat dolicho) rerum a Romanis in Armenia et Mesopotamia Mediaque modo gestarum narratio. » Antiochianum cave ab Antiochia urbe nomen accepisse existimes; quod si esset, auctoris nomen excidisse videri posset; at ab Antiochia

gentile esse Ἀντιοχεὺς vel Ἀντιόχαιος constat e Stephano; Antiochianus ab Antiocho descendit, ut Maximianus a Maximo. Pythia vicisse tum colligere liceat e mentione Apollinis, tum inde comprobari potest, quod ibi tantum δολίχου καὶ διαύλου δρόμον inde ab Olymp. XLVIII. 3 ex Amphictyonum decreto pueris quoque propositum esse refert *Paus. X.* 7. 3. De victoriis παιδῶν sive ἐν παισίν nota res est; cf. *Dorv. ad Char. p.* 235 *sq. Osann. Syll. Inscr. p.* 199 *sq. Rose Inscr. Gr. antiqu. p.* 332; nec h. l. aliter accipiendum; etsi etiam latius patere posset. Passim enim ἐν παισίν omnino sign. *in pueritia*, ut ἐν παιδὶ, ἐν μειρακίῳ etc.; v. c. *Luc. adv. Ind.* 3: οὐδὲ διατριβὰς τοιαύτας ἡμῖν ἐν παισὶν ἐποιοῦ. *Necyom.* 3. ἐγὼ γὰρ, ἄχρὶ μὲν ἐν παισὶν ἦν κ. τ. λ. Cf. *Gataker. ad M. Anton. p.* 7. *Boisson. ad Philostr. p.* 348. — De dolicho cursus genere si cui diversas Grammaticorum Scholiastarumque sententias cognoscere animus est, consulito *Fabrum, Agonist. p.* 96. *Hieron. Mercur de Arte Gymn. II.* 10, *p.* 116. *Spanh. ad Callim. H. in Pallad. p.* 629, et *Sturzium* in *Lex. Xen. Tom. I. p.* 762. Unum illud constare videtur, in stadio velocitate tantum, in dolicho virium quoque patientia certatum esse; illic suffecisse ad victoriam, si quis exiguum curriculum brevissimo temporis spatio percurrisset; in dolicho autem insuper ad longitudinem spatii obdurandum fuisse. Quod enim σταδιοδρόμῳ semel tantum, διαυλοδρόμῳ bis emensis esse sufficiebat, illud δολιχοδρόμῳ iterum iterumque stadium relegendum erat. Sexies autem an septies an denique duodecies factum id sit, quid, malum, nostra scire interest? — Omissam esse in operis titulo Syriam Solanus observavit; eandem puto ob causam, quam ad c. XXIV indicavi: ut ne in provincia Romana pugnandum fuisse cognosceretur. — Νῦν cum Praeterito idem est quod νῦν δή, i. e. ἀρτίως; *modo, nuperrime.* V. c. *Plat. Gorg. p.* 457. *E:* καὶ γὰρ δὴ νῦν αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην. *Phaedr. p.* 259. *E:* οὐκοῦν, ὅπερ νῦν προὐθέμεθα, σκέψασθαι κ. τ. λ. *Phileb. p.* 36. *B.* ὃ σὺ νῦν

κατιδὼν φήσῃς ἁπλῶς εἶναι διπλοῦν. Quamquam eo in loco Bekkerus et Stallb. nunc edidere *νῦν δὴ*, sicuti iis quoque, quos laudat *Heind. ad Charm. p. 67*; jure an injuria, Codd. Mss. judicium esto.

Cap. XXXI.

Ἤδη — γραφῆς] Jamque, Lucianus inquit, audivi, qui futura quoque conscripsisset: Vologesi captivitatem caedemque Osrois, quo modo leoni objicietur, omniumque extremum ter quaterque desideratum nobis triumphum; adeo ille vaticinandi simul facultate usus, ad finem operi imponendum festinavit. Minime arbitror intelligendum esse cum Solano Jamblichum, qui apud *Phot. Cod. XCIV, p. 133 Hoesch.* omne illud sese bellum exitumque ejus praedixisse jactat. Magus ille et scriptor eroticus; hic historicus vel potius rhetor, qui quum artis magis ostentandae gratia, quam ut res gestas posteritati traderet, ad conscribendam historiam accessisset, morae impatiens ficto ex ingenio exitu opus suum absolvere, quam fine truncum librum publicare maluit, non vaticinandi arte fretus, sed ne debita sibi laude auditorumque plausibus diutius carendum esset. Quid quod ea, quae praedixisse se voluit Jamblichus, re vera acciderant; illum fefellit eventus; neque enim Vologesus captus est, nec caesus Osroes; triumphus sane actus, sed serius et quem ne Lucianum quidem tum jam vidisse consentaneum sit; nam, si quid cavillationis inest in illo *τριπόθητος*, desiderium potius triumphi, quam triumphum ipsum, quae sententia est Wielandi et Belini, rideri a Nostro existimo. Sic *Hermot.* 69. *τὴν τριπόθητον εὐδαιμονίαν κτησάμενος. Gall.* 6. *ἐθέλω γοῦν ἀκοῦσαι οἷός τίς ἐστιν, οὕτω σοι τριπόθητος ὤν.* Alia vide apud *Boisson. ad Aristaenet. p.* 534. — Bestiis autem objici vult — dubium Osroemne an Vologesum captum — egregius ille scriptor, non ut liberae gentis regem, sed ut latronum aliquem ducem, qualis erat Selurus ille in Siciliia, qui Aetnae se filium

jactaret, quem vidisse sese testatur *Strabo VI.* 2, ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος, διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων. Verbum παραβάλλειν simili modo occurrit apud *Polybium I.* 84. 8: ὧν ὅσους λάβοι ζωγρείᾳ, πάντας παρέβαλλε τοῖς θηρίοις.

Ἀλλὰ — Εἰρηνίαν.] Quid quod urbem quoque, inquit, jam condidit in Mesopotamia et magnitudine et pulchritudine conspicuam; quamquam adhuc deliberat haeretque incertus, Nicaeam illam a victoria appellari oporteat, an Homonoeam, Ireniamve. Ἀλλὰ καὶ non antecedente οὐ μόνον commode vertas *quin etiam, immo etiam* sive *quid quod.* — Cf. *Plat. Epist. III. p.* 317. *A.* διὰ ταῦτα οὐκ ἦλθον, ἀλλὰ καὶ Δίωνι τότ' ἀπηχθόμην. *Dem. adv. Mid.* 24: ἄλλως δ' οὐ πονηρὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρηστός. *Lucian Tox.* 2. τὴν ἱέρειαν παραλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες. 6. θᾶττον γοῦν τοὔνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τοῦ πατρὸς ἢ τὰς Ὀρέστου καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νέω τὰ αὐτὰ — δείκνυται. *Dial. Mort. XXVII.* 8. πάντες δακρύοντες πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων καὶ νηπίων, ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες ὀδύρονται. Cf. *F. A. Wolf. ad Demosth. Lept. p.* 226. *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 282. — Mox quae affert μεγέθει μεγίστην καὶ κάλλει καλλίστην, ipsius Sophistae verba esse nullus dubito. Sumtam ab Herodoto loquendi rationem passim affectarunt illius aevi eruditi. Cf. ex illo *I.* 51: κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους. *VII.* 117. μεγάθεϊ τε μέγιστον ἔοντα Περσέων: ex his *Athen. XIII.* 14, *p.* 563. *A*: κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγαλῆς, τέχνῃ σοφῆς. *Aelian. Hist. Anim. VI.* 63: τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο ὥκιστα μεγέθει μὲν μέγιστον ἴδοις ἂν αὐτὸ, ὄψει δὲ φοβερώτατον. *VIII.* 11. δράκοντα οὖν μεγέθει μέγιστον ἐρασθῆναι τοῦ Ἀλεύα: quorum notitiam acceptam refero *Heusingero ad Plut. de Educ. II.* 8. — Δια-

βουλεύεσθαι est *de aliqua re in utramque partem apud semet deliberare.* Sic *Thuc. VI.* 34. *διαβουλευσαμένους καὶ κατασκοπαῖς χρωμένους. Plat. Politic. p.* 304. *E: τὴν εἴτε πολεμητέον εἴτε διὰ φιλίας ἀπαλλακτέον οἷαν τε καὶ ἐπιστήμονα διαβουλεύσασθαι. Plut. de Glor. Athen.* 2: *διαβουλευομένοις αὐτοῖς — εὐθέως ὁπλίζεσθαι προςέταξε. Luc. Piscat.* 24. *κἂν ἡ φιλοσοφία — ἀφεῖναι διαβουλεύηται* i. e. *de dimittendo eo consilia agitet.* — Mox in nomine novo oppido imponendo Εἰρηνίαν a *pace* dici, non est quod moneam; per Ὁμόνοιαν bene Solanus animadvertit spectari *Concordiam Augustorum*, *M. Aurelii et L. Veri,* multum illam non nummis tantum, sed Sophistarum quoque studiis illo tempore celebratam. Sic v. c. Aelius Aristides in Orat. de Concordia ad Civitates Asiae: *ὑπάρχει δ' ὑμῖν,* inquit, *καὶ τῶν ἀνθρωπείων παράδειγμα ἐν ὀφθαλμοῖς τὸ μέγιστον· οἱ πάντα ἄριστοι βασιλεῖς, οἷς πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπαρχόντων κάλλιστον εἶναι δοκεῖ ἡ πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοια καὶ σπουδή.* Minus recte idem, quod ob Νίκαιαν de Nicopoli ab Augusto condita cogitavit; praeclare Lehmannus ex *Arrian. V.* 19. *Curt. IX.* 3. 23. admonuit Nicaeae Indiae oppidi, ab Alexandro M. in memoriam victoriae relicti. Adde *Justin. XII.* 8. *Mannert. l. l. Tom. V, Vol.* 2, *p.* 43. Alexandri enim ad expeditionis similitudinem belli hunc exitum effictum esse quem fugiat?

Καὶ τοῦτο — θαλάσσης.] Hinc factum est, ut Arriani instar Indicorum quoque librum historiae suae subjungendum fore existimaret. Pergit Lucianus: Et hac quidem de re nondum decretum est adhucque carendum nobis tam pulchrae urbis nomine, omni nugarum stoliditatisque, quae historico inesse potest, genere refertae; in India autem quae gerentur, jam se scripturum pollicitus est, classemque exterum mare circumvectam. Κορύζαν passim tribui homini stolido, stupido, vano, denique qualis *obesae naris*

esse dicitur latine (*Hor. Epod. XII.* 3) non est quod multis moneam post copiosissimas disputationes *Gatakeri ad M. Anton. IX.* 29, *Hemsterhusii ad Dial. Mort. VI.* 2, et *Astii ad Plat. Remp. p.* 367. — Ἡ ἔξω θαλάσσα opponitur τῇ ἐντὸς θαλάσσῃ (cf. v. c. *Strab. I.* 1: ὥςπερ δὲ τὰ ἔσχατα καὶ τὰ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης οἶδε, οὕτω καὶ τὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐντὸς) sive τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ (*Ibid. II.* 1.) i. e. Mari Mediterraneo. — De periplis i. e. itinerariis maritimis, multus est Rudolphus, quem vide. Indiae oras circum vectos omnium primum Nearchum, Alexandri classis praefectum, et Onesicritum nota res est; quorum etiamnum periplus fertur in Arriani Indicorum libris. Conf. *Plin. Hist. N. VI.* 26.

Καὶ οὐχ — ἐπιστελεῖ.] Neque in promissis illum ait substitisse, sed Indicorum jam prooemium absolutum esse; legionemque tertiam et auxilia Gallica Maurorumque exiguam manum cum Cassio duce, hos omnes Indum fluvium superasse; quas autem res gesturi sint, non multo post, inquit, egregius ille nobis scriptor Muzuride Oxydracarumve e finibus per literas nunciabit. — Constructionem οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα ne mirere, conf. *Bis Abd.* 3. ἦσάν τινες οἱ μανίας ἀρχὴν ταῦτ' εἶναι νομίζοντες. *Alciphr. I.* 34. Λῆρος ταῦτα εἰσὶ καὶ τύφος καὶ ἐργολάβεια μειρακίων: et quos laudat *Krüger. ad Dionys. p.* 22. — Eo quod est τάγμα significari Romanorum *legionem* e *Dione LXXI.* 9 bene Solanus comprobavit: καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα. Sic jam *Dionys. Hal. Arch. Rom. VI.* 42, et *Plutarchus* passim; *Polybius* appellat στρατόπεδα, *Appianus* στρατιωτῶν τέλη, v. c. *B. Civ. I, p.* 648; *B. Mithrid. p.* 368. — De περαιοῦσθαι, si tanti est, cf. *Oudend. ad Thom. M. p.* 704. — Οὐκ εἰς μακρὰν frequentissimum est apud Nostrum: *Tox.* 50. *Fugit.* 31. *Somn.* 1. 10. *Hermot.* 86. *Prometh.* 20. *Scyth.* 11. *Philops.* 19. Adde *Xen. Cyr. V.* 4. 21. ἀμυ-

νούμεθα τοὺς πολεμίους οὐκ εἰς μακράν. *Themist. Orat. II. p.* 36 *A.* ἀτεχνῶς ἐπιδείπνιόν τινα βασιλέα, οὐκ εἰς μακρὰν οἰμωξόμενον. *Alciphr. I.* 35. τοῖς νῦν μὲν μακαριωτέροις ἡμῶν, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ, ἂν ὥςπερ ἡμεῖς ἔχωσιν, ἀνιασομένοις. Idem haud scio an restituendum sit apud Eundem *III.* 15 et 49, ubi nunc est οὐκ εἰς μακρόν. Sine negatione dictum dubito an apud nullum probae Graecitatis auctorem occurrat. Explicare studuit *Lamb. Bosius p.* 337 per ellipsin, quae si ulla sit, non ὥραν, ut ille, sed διατριβήν vel simile quidquam supplendum fore existimo. At haud scio an Adverbium sit μακρὰν, ut in illis μακρὰν ἐλθεῖν (*Plat. de Legg. III. p.* 683. *C.*) μακρὰν οἰκεῖν (*Luc. Gall.* 30) μακρὰν εἰπεῖν etc., cum praepositione constructum, fere ut εἰς νέωτα, εἰς αὔριον, εἰς αὖθις etc. — Oxydracas, Indiae gentem, temere posuit ex illarum numero, quarum nomina per Alexandri M. expeditionem ad Occidentis notitiam pervenerunt; potuit et Mallos et Cathaeos et quoscunque praeterea appellant Arrianus, Plutarchus, alii. Muzuris, quae *Plinio Hist. N. VI.* 26 Muziris, primum emporium Indiae; non expetendum, ut ait ille, propter vicinos piratas, qui obtinent locum nomine Nitrias; neque est abundans mercibus. Praeterea longe a terra abest navium statio lintribusque afferuntur onera et regeruntur » etc. Cf. *Mannert. l. l. Tom. V. Vol.* 2. *p.* 199. — Ἐπιστέλλειν illustravi ad c. XXII.

Cap. XXXII.

Τοιαῦτα — ἔλθῃ.] Ejusmodi multa, inquit, nugantur prae ignorantia, neque cernentes ea quae visu digna sunt, neque si cernerent, enarrandis pro rei dignitate pares: excogitantes autem et effingentes, quidquid in importunas, ut ajunt, buccas veniat. Ἀπαιδευσίας, qualem h. l. cognoscimus, egregiam definitionem proposuit *Aristot. Mor. ad Eud. I.* 6, *p.* 199. *E. ed. Du-Vall.*: πάσχουσι δὲ τοῦτο δι' ἀπαιδευσίαν· ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον

πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Adde *Per. ad Ael. III.* 32. — Ad δυνάμενοι ne exspectes ἂν, quod facile excidisse videri possit post ἀξίαν: etenim, an videant, incertum est; si videant, verbis idoneis exponere non posse, jam tum omnium certissimum. Κατ' ἀξίαν tritum. *Tox.* 9. οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν λόγων ἐκμελετᾷν. *Jove Trag.* 29. παρασχεῖν ἄλλον τῶν δεινῶν τούτων ἐροῦντα κατ' ἀξίαν etc. Cf. *Gataker. ad M. Anton. p.* 115. Τιμήν supplendum censet *L. Bos. de Ell. p* 265; at Substantivum esse ἀξίαν, quem lateat? V. c. *Thuc. VI.* 68. τῆς τε οὖν ὑμετέρας αὐτῶν ἀξίας μνησθέντες. *Aristot. Eth. Nic. IV.* 1. 2. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται: et quos laudat *Jac. Quaestt. Lucc. Spec. I. p.* 5. — Ἀναπλάσαι et ἐπινοῆσαι iterum jungit, quamquam diversa sententia, *Hermot.* 20: τὸν μὲν Ποσειδῶ ταῦρόν τινα ἀναπλάσαι, τὴν Ἀθηνᾶν δὲ οἰκίαν ἐπινοῆσαι. Illic enim ἀναπλάττειν primitivo significatu dictum est, ut *Prom. in Verb.* 3. οὐκ ὄντων ἀνθρώπων τέως, ἐννοήσας αὐτὸς ἀνέπλασε. Deinde quum de omni fictione, tum inprimis de ea usurpatur, quum quis se ipse fallit vana quadam specie; v. c. *Herm.* 71. *Gall.* 8. *Nav.* 12. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 314. *Wytt. ad Plut. p.* 755. Ἐπινοῆσαι de quavis inventione dici consuetum. *Phal. I.* 11. εἰ καινήν τινα κόλασιν ἐπινοήσειεν. *Diodor. Sic. I.* 14: τοῦ δὲ Ὀσίριδος ἐπινοησαμένου τὴν τούτων κατεργασίαν τῶν καρπῶν. — De proverbio: ὅ,τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ, dixi jam in Var. Lect. Cui potissimum auctori tribuendum sit, non constat. Belini commentum, respici *Eur. Bacch.* 385: ἀχάλινα στόματα, bene rejectum est a Lehmanno. Constructionem eandem refert Aeschyli illud, quod adhibuit Solanus, e nescio qua fabula ductum apud *Plat. Republ. VIII, p.* 563. *B*: οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, ἔφη, ἐροῦμεν ὅ,τι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στόμα; *Plut. Amat. p.* 763. *B*: ἐπεί γ' οὖν ἦλθεν ἐπὶ τὸ στόμα κατ' Αἰσχύλον: et *Them. Orat. IV, p.*

52. *B:* *ἐπειδὴ, κατ' Αἰσχύλον, νῦν ἦλθεν ἐπὶ τὸ στόμα, ὃ πάλαι ἐχρῆν:* at in verbis nimium a nostro discrepat; quid quod ne sententiam quidem eandem fuisse existimo? Ad sententiam idem *Isocr. Panath.* 27: *ἀλλὰ δόξω τοῖς ἀκουομένοις ὅμοιος εἶναι τοῖς ἀλαζονευομένοις καὶ λέγουσιν ὅ,τι ἂν τύχωσιν.*

Καὶ — *δηλονότι.*] Quod dum faciunt, praeterea in numero quoque librorum suorum, inquit, ostentationem prae se fernnt — non tam quo multos libros efficiant, quam, puto, ut aut octo, ut Thucydides, aut novem, ut Herodotus, aut viginti quatuor, ut Homerus — tum autem inprimis librorum in titulis: nam hi quoque, inquit, prorsus sunt ridiculi: illius «Parthicarum victoriarum» tot volumina; et rursum «Parthidos primum, secundum» scilicet ut Atthidos. Σεμνύνεσθαι dicimus eum, qui re aliqua ostentata, leviori potissimum et in qua nulla ipsius virtus conspicua sit, gloriolam affectat laudesque suas ipse jactat. Hoc enim esse *σεμνύνειν: verbis augere atque extollere aliquid* sive *cum ostentatione quadam et gravitate efferre,* erudite docuerunt *Stallb. ad Plat. Phileb. p.* 75 et *Grauert. ad Aristid. Decl. Lept. p.* 100. Sic *Imagg.* 2: *ἐδόκει δέ μοι Σμυρναῖος καὶ αὐτὸς ὁ λέγων εἶναι· οὕτως ἐσεμνύνετο ἐπ' αὐτῇ. Tox.* 7. *Οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο ἢ ἐπὶ τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρί.* — Αὖ saepissime usurpatur, ubi latine dixeris *et ipse,* quum de duobus subjectis idem praedicatur. Cf. *Plat. Theaet. p.* 176. *C.* *θεὸς — δικαιότατος· καὶ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. Politic. p.* 272. *E.* *πάντες οὖν οἱ κατὰ τοὺς τόπους συνάρχοντες τῷ μεγίστῳ δαίμονι θεοὶ, γνόντες τὸ γιγνόμενον, ἀφίεσαν αὖ τὰ μέρη τοῦ κόσμου τῆς αὐτῶν ἐπιμελείας. Republ. V. p.* 457. *D.* *τὰς γυναῖκας ταύτας — πάσας εἶναι κοινὰς — καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινούς. Meno, p.* 94. *C:* *ἐνθυμήθητι, ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε.*

Hipp. Min. p. 378. *B.* φῂς γὰρ αὖ δεῖν — ξυγγνώμην ἔχειν etc. Vide et c. XV: καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστίν. — Ad sequ. conf. *Pseudom.* 54: ἐπέγραψα τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ ἔθος· τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτὼ, ψευσάμενός τι ὄνομα. — Ad extr. multi sunt Intpp. de Atthidibus Philochori, Clidemi, aliorum. Mihi operae compendium fecit *Car. God. Siebelis Prolus. de* 'ΑΤΘΙΔΩΝ *scriptoribus;* Budissae, 1812.

Ἄλλος — ἀντεισάγει.] Alium ait multo etiam elegantius librum suum inscripsisse, legisse enim se „Demetrii Sagalassensis Parthonicica"; nec quo ludibrio habere ac deridere animus sibi fuerit historias tam bellas, sed utilitatis gratia; etenim, si quis haec et quae praeterea ejus generis sint, vitare sciat, multum illum jam ad rectam historiae conscribendae rationem profecisse, immo paucis adhuc praeterea indigere; si quidem vere illud praecipiat dialectice, duarum rerum, quas inter medium nullum sit, sublata altera, alteram necessario in ejus locum succedere 'Ἀστειότερον pari modo accipias, ut illud c. XV: θύμου τοῦ 'Αττικοῦ ἀποπνέουσαν. Vix enim quidquam differt ab horrido illo historiae exordio insolens haec et abnormis tituli compositio. — Sagalassus Pisidiae urbs, de qua v. *Mannert. l. l. Tom. VI. Vol.* 2, *p.* 171—176. Selges coloniam esse arbitratur *Müller*, *die Dorier*, *Tom. I*, *p.* 125. — Totius h. l. sententiae quam maxime respondet *Saltat.* 76. τούτων οὐ τοῦ γελοίου ἕνεκα ἐπεμνήσθην, ἀλλ' ὡς ἴδῃς, κ. τ. λ. Verbis ut respondeat, deesse quaedam nostro in loco negari nequit, nisi quis arctissime haec ita cohaerere existimet, ut Lucianus non eo se consilio Demetrii historiam legisse innuat, ut ridendam lectoribus suis propinaret, itemque reliquas; quod vereor ut consentaneum sit sequentibus, quae accipi aliter nequeunt, nisi ut utilitatis gratia haec

se scripsisse Lucianus significet. Quod quum sensissent Gesnerus, Rudolphus, Schmiederus, excidisse complura censuerunt. Quamquam justo longius progressus est Schmiederus, qui perturbata omnia existimaret; quem qui reprehendit Lehmannus, dum nescio quam ellipsin, fretus auctore, si Diis placet, Lamb. Bosio s. v. λέγειν, h. l. obtinere statuit, e Scylla in Charybdim incidisse putandus est. Et suppleri quidem cogitatione non posse, quae desunt, v. c. οὐ δὲ — γέγραφα ταῦτα, persuasissimum est mihi; exciderintne autem an ne scripta quidem unquam a Nostro sint, decernere nolo; cujus tanta conspicua est in posteriori hujus opusculi parte negligentia, ut vix relegisse, certe non retractasse unquam illam existimandus sit. — Verba ἀνέγνων γὰρ parenthesi inclusisse Solanum, Reitzius annotavit; quae nisi fallor, Schmiederi quoque mens erat; estque *Fritzschii Quaestt. p.* 167; haud profecto male, praesertim si respicias illa C. XXIX: μέμνημαι γάρ. — De οὐχ ὡς disputavi p. 25. Ad sequ. ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι Rud. adhibuit *Dem.* 12. ἀκούσας τινὸς, ὡς ἐν γέλωτι ποιοῖτο τᾶς ὁμιλίας αὐτοῦ. *Pseudom.* 25. δικαίως πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τιθέμενος. Adde *Nav.* 15. εἰδὼς ὅτι ἐν γέλωτι καὶ σκώμματι ποιήσεσθέ μου τὴν εὐχήν. *Tox.* 22. ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο. — Mox προείληφε non dubito quin rectissime a Fritzschio restitutum sit; sic v. c. *Demosth. Philipp. III, p.* 116. 12: νῦν, ὅθ' οὕτω πολλὰ προείληφε, καὶ τὰ λοιπὰ ὑφ' αὐτῷ ποιήσασθαι. Προςλαβεῖν autem, *praeterea accipere,* quo pacto possit aliquis ad id, quod omnino nondum possideat? At dimidium facti habere ait, qui vitia effugere didicerit, quin haud multum abesse, ut omne teneat; nam qui vitiis careat, eum paulum distare a virtute quis infitias eat? Quanquam, ut bene *Aristot. Eth. Nic. IV.* 1. 7: τῆς ἀρετῆς — τὰ καλὰ πράττειν μᾶλλον ἢ τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν. Quod autem inter virtutem et vitium medium nullum esse statuit, Stoicorum doctrinae morali consentaneum est. *Diog. Laërt. VII.* 127: ἀρέσκει δὲ

αὐτοῖς μηδὲν μέσον εἶναι ἀρετῆς καὶ κακίας — ὡς γὰρ δεῖν φασὶν ἢ ὀρθὸν εἶναι ξύλον ἢ στρεβλὸν, οὕτως ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον. *Stob. Ecl. Eth. II.* 7. *Tom. II, p.* 116 *ed. Heer.* ἀρετῆς δὲ καὶ κακίας οὐδὲν εἶναι μεταξύ. Ipso vocabulo ἀμέσως utitur in re simili *Simplic. ad Aristot. Categ. f.* 98. *E:* Ὅλως δὲ ἐν τοῖς πράγμασι τὰ ἐνάντια θεωρεῖται καὶ ἡ φρόνησις τῇ ἀφροσύνῃ ἀμέσως οὕτως ἐναντία λέγεται. Aristoteli ipsi autem *Analyt. Poster. I.* 2, 12 est ἄμεσος, ἧς μὴ ἔστιν ἄλλη προτέρα, qualem nos appellamus immediatam, *unmittelbar.* Quanquam re ipsa idem dicit *Categ. VIII.* 16, *p.* 86 *ed. Lewald.:* τῶν μὲν γὰρ ἐναντίων, ὧν μηδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον, ἀναγκαῖον, ἐν οἷς πέφυκε γίγνεσθαι, ἢ ὧν κατηγορεῖται, θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν ἀεὶ· τούτων γὰρ οὐδὲν ἀνὰ μέσον, ὧν θάτερον ἀναγκαῖον ἦν τῷ δεκτικῷ ὑπάρχειν, οἷον ἐπὶ νόσου καὶ ὑγιείας, καὶ περίττου καὶ ἀρτίου. *Analyt. l. l.:* ἀντίφασις δὲ ἀντίθεσις, ἧς οὐκ ἔστι μεταξὺ κατ' αὐτήν, μόριον δ' ἀντιφάσεως τὸ μέν τι κατά τινός ἐστι κατάφασις, τὸ δέ τι ἀπό τινος, ἀπόφασις. Restat ut paucis disseramus de ipsa διαλεκτικῇ. Et omnino quidem significat disputandi rationem per colloquia quaestionesque institutam. *Plat. Cratyl. p.* 390. *C:* τὸν δὲ ἐρωτᾷν καὶ ἀποκρίνεσθαι δυνάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; *Diog. Laërt. VII.* 42: τὴν διαλεκτικὴν (ἐπιστήμην εἶναι) τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων, et *III.* 48. διαλεκτικὴ δέ ἐστι τέχνη λόγων, δι' ἧς ἀνασκευάζομέν τι ἢ κατασκευάζομεν, ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως τῶν προςδιαλεγομένων. Unde factum est, ut in variis philosophorum doctrinis, prouti illi interrogandi respondendique arti (v. ad c. XVII) vel summum, vel mediocrem, vel adeo nullum honorem tribuerent, plane diverso modo acciperetur. Primus usus esse ea fertur Zeno Eleata (*Diog. Laërt. VIII.* 57. *IX.* 25) primusque eo nomine appellasse Plato (*Id. III.* 24). Et huic quidem, item ut Socrati (*Xen. Mem. S. IV.* 5. 11—6. 1) erat τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι

καὶ μήτε ταὐτόν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήτε ἕτερον ὂν ταὐτόν (*Sophist. p.* 253. *D*, coll. *Menone p.* 75. *C; Philebo p.* 16. *D* — 17. *B. Parmen. p.* 135 *B. Republ. V. p.* 454. *A: VI. p.* 511. *B; VII, p.* 531. *E* — 534. *E;* 537. *C. Phaedr. p.* 265. *D* — 266. *C. Procl. Schol. in Cratyl. β et ξά. Creuzeri Praep. ad Plotin. p. CIV—CVIII. Stallb. Prolegg. ad Phileb. p. LII—LV.*) simulque disciplinarum omnium quasi culmen (*θριγκὸς*, *Republ. VII*, *p.* 534. *E;* cf. *Boisson. ad Nicet. Eugen. I.* 117) et quae a nulla alia superari se pateretur (*Phileb. p.* 57. *E.*) Contra Aristoteles ab *ἀποδείξει*, i. e. disserendi ratione analytica et vere philosophica, sit distinxit dialecticam, ut illam niti statueret *συλλογισμῷ, ὃς ἂν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων ᾖ*, huic tribueretur *συλλογισμὸς ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος*. Ἔστι δέ, inquit, *ἔνδοξα τὰ δοκοῦντα πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς σοφοῖς κ. τ. λ.* (*Top. I.* 1. 4—7; coll. *de Interpr. XI.* 2. *Analyt. Pr. I.* 1. 3. *Poster. II.* 1. 12.) En disputandi rationem fide humana potius, quam veritate fultam et, quamquam a Sophistica studiose distinctam, oratori tamen quam philosopho propiorem. Unde *Diog. L. V.* 28: *ἐχρήσατο διαλεκτικῇ μὲν καὶ ῥητορικῇ πρὸς τὸ πιθανόν· ἀναλυτικῇ δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ πρὸς τὸ ἀληθές*. Stoici disgregatam a Rhetorica reddiderunt philosopho: eamque dicebant inventam esse veri et falsi quasi disceptatricem et judicem, ut ait *Cic. Acad. Pr. II.* 28; e Posidonii finitione, qui statuebat *διαλεκτικὴν εἶναι ἐπιστήμην ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων* (*Diog. Laërt. VII.* 42. 62. *S. Emp. adv. Mathem. p.* 469) quo omnium maxime pertinere *τὴν περὶ τῶν συλλογισμῶν θεωρίαν· τὸ γὰρ ἀποδεικτικόν*, inquit *Diog. l. l.* 45, *ἐμφαίνειν, ὅπερ συμβάλλεσθαι πολὺ πρὸς διόρθωσιν τῶν δογμάτων*. Vides eandem fere esse, quae a nostris Logica appellatur, quo ipso vocabulo utuntur et illi, sed rarius; cf. *Cic. Fin. I.* 7: «in altera philosophiae parte, quae est quaerendi et disserendi, quae *λογικὴ* dicitur». *M. Antonin. V.* 14 etc. Quid quod latius eam quam dialecticam patere et rhetoricam

quoque complecti statuunt? Cf. *Diog. l. l.* 41. Dialectica quid a rhetorica discrepet, bene exposuit *Cicero Orat.* 32; quanquam lepide *Ael. Aristid. Tom. II, p.* 268 *ed. Jebb.*: ᾤμην εἶναι διαλεκτικὴν μέρος τι τῆς ῥητορικῆς, ὥςπερ τὴν ἐρώτησιν τοῦ πάντος λόγου. Postremo Epicurum nullo omnino loco habuisse dialecticam tradit *Diog. L. X.* 31 constatque e *Cic. de Fin. II.* 6: «dum dialecticam contemnit Epicurus, quae una continet omnem et perspiciendi, quid in quaque re sit, scientiam, et judicandi, quale quidque sit, et ratione ac via disputandi; ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur, nec ea, quae docere vult, ulla arte distinguit.» Lucianum ex aevi sui usu posuisse pro *logica disciplina*, non est cur moneam.

Cap. XXXIII.

Καὶ δὴ — ἐστιν] Jamque, inquit, dicat aliquis, area tibi accurate expurgata est, sentesque, quotquot erant, vepresque exstirpatae, reliquorum autem jam rudera sublata, et si quid asperum fuerat, id quoque jam planum est. Repetita est, ut sequentia quoque docent, similitudo ab aedificanda domo, quae antequam exstrui possit, purganda est area, vepribus et dumetis obsita, vili quadam casa vel antiquarum aedium ruinis occupata, ipso denique solo iniqua; illae excidendae, casa diruenda, rudera emolienda, area ipsa in planitiem redigenda. Ἀκάνθας et βάτους jungit et *Longus I.* 9: πᾶς ὁ τόπος ἀκάνθαις καὶ βάτοις καὶ ἀρκεύθῳ ταπεινῇ καὶ σκολύμοις ἠγρίωτο. Βάτοι proprie sunt *rubi*; reddidi *vepres*, quia hoc significatu saepissime de quovis obstaculorum genere usurpantur. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 647. Exspectasses quidem αἱ ἄκανθαί τε καὶ βάτοι, vel αἵ τε ἀκάνθαι καὶ αἱ βάτοι, sed hac trajectione quid frequentius? Cf. *Buttm. ad Plat. Menon. p.* 68. — Ἐκκόπτειν solemne est de caedendis exstirpandisque arbustis. *Her. IX.* 97. Δένδρεα ἐκκόψαντες ἥμερα. *Aristoph. Pace* 630. τὴν κορώνεων γ' ἐμοῦ

ἐξέκοψαν, ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην. *Xen. Anab. I.* 4. 10. τὸν παράδεισον Κῦρος ἐξέκοψε. Conf. *Boeckh. Corp. Inscr. Graec. T. I, p.* 133. Deinde fere ut nostrum *ausrotten* transfertur ad alia quaecunque, quae radicitus delentur. *Demosth. de Halon. p.* 77. 22. εἴ τινες τούτους τοὺς λῃστὰς ἐκκόψαιεν. *Lucian. Vera Hist. I.* 39. χωρήσαντες ἐπ' αὐτοὺς πάντας ἄρδην ἐξεκόψαμεν. *Jove Trag.* 21. ὁδοῦ πάρεργον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους. *Fugit.* 23. ἣν ἐκκόψῃς μιαρὰ οὕτω καὶ ἀναίσχυντα θηρία. Cf. *Baehr. ad Plut. V. Flam. p.* 102.

"Ωστε — δύναιτο.] Quapropter, sic sibi dici porro fingit Lucianus, aedificare te jam et ipsum aliquid oportet, ut non diruendis tantum aliorum operibus virum te fortem esse ostendas, sed idoneum aliquid excogitare et ipsum posse et quod nemo quisquam adeoque ne Momus quidem ipse reprehendere queat. Δεῖξαι c. Partic. minime insolens. *Eur. Med.* 548. ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγὼς, ἔπειτα σώφρων, εἶτά σοι μέγας φίλος. *Demosth. adv. Phaenippum p.* 1045. 24. σὺ τοίνυν δεῖξον χαλκοῦν ἕνα μόνον εἰς τὴν πόλιν ἀνηλωκώς — ἀλλ' ἐγὼ δείξω πολλὰ ἀνηλωκώς. *Matth.* §. 548. 5. — Mox γεννάδας ἀνατρέψαι prorsus est nostrum *ein Held im umwerfen.* — 'Αλλ' οὐδὲ pari modo accipiendum, ut ἀλλὰ καὶ, de quo dixi ad C. XXXI. Simile est illud *Xen. Anab. I.* 3. 3: οὓς ἐγὼ λαβὼν οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων. — Momi omnium primum, quod equidem sciam, mentio fit in *Hesiodi Theog.* 214:

Νὺξ δ' ἔτεκε στυγερόν τε Μόρον καὶ Κῆρα μέλαιναν
Καὶ Θάνατον, τέκε δ' Ὕπνον, ἔτικτέ τε φῦλον Ὀνείρων,
Οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή.
Δεύτερον αὖ Μῶμον καὶ Ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν
Ἑσπερίδας τε κ. τ. λ.

Quanquam haud contemnenda esse videtur lectio Μῶλον, proposita in *Creuz. et Herm. Epistt. Homerr. p.*

170. Hanc certe, qualem postero tempore in proverbium abiisse scimus, Momi notionem Aesopi aevo vix antiquiorem judico. Ipsius Αἰσώπου Μῶμον appellat *Aristot. de Part. Anim. III.* 2, *p.* 1001. *C. ed. Duvall.*, ubi loquitur de noto illo Momi judicio, fabula Aesopica (No. 275 ed. *de Furia*) pervulgato, quod Noster quoque respicit *Nigr.* 32. *Hermot.* 20. *Vera Hist. II.* 3. Intimo Deorum concilio non Lucianus tantum adhibuit; ipsi Jovi consilium dedisse auctor est *Eustath. ad Iliad.* A, *p.* 20. Quanquam ea potius indole est, ut non det consilium nisi re perpetrata; quidquid factum sit, reprehendat, vituperet, subsannet; rerum omnium humanarum imbecillitate fretus, qui nihil unquam tam perfectum effici posse sciat, quin melius fieri potuisset; censor omnium fastidiosissimus, caecus in virtutibus, vitiorum oculatissimus indagator, Argo vigilantior, qualem c. X cognovimus; calumniator atque sycophanta absolutissimus. Unde Noster *Jove Trag.* 23. *τοῦτον μὲν, ὦ θεοὶ, ληρεῖν ἐάσωμεν, ἀεὶ τραχὺν ὄντα καὶ ἐπιτιμητικόν. Icarom.* 31: *ὥσπερ ὁ Μῶμος τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γιγνόμενα συκοφαντῶ. Deor. Dial. XX.* 2. *ἐγὼ μὲν, ὦ Ζεῦ, εἰ καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν ἐπιστήσειας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι.* Omnium maxime nostro loco respondet *Plat. Republ. VI. p.* 487. *A. οὐδ' ἄν γε ὁ Μῶμος, ἔφη, τὸ τοιοῦτον μέμψαιτο*, cui adde, quem Bourdelotius adhibuit, *Aristaen. Epistt. I.* 1: *τὴν ἐμὴν ὡραϊζομένην καὶ τρυφῶσαν ὑπὸ πλούτου τῆς εὐπρεπείας οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος ἐν ἐλαχίστῳ μωμήσαιτο*, ubi confer *Boisson. p.* 239. Omnino videndus est *Erasm. Adagg. Chil. I.* 5. 74, *p.* 146. *B.*

Cap. XXXIV.

Φημὶ — ἑρμηνευτικήν.] Jam expurgata area ad ipsius aedificii opus accessurus Noster, ut rite et ordine progrediatur, fundamenta primum jacere instituit. Nam ut in superiore libelli parte, antequam de vitiis in ipsa operis tractatione conspicuis dissereret, de pravis quorun-

dam in conscribenda historia consiliis monendum esse existimaverat, ita nunc quoque omnium primum illud exponere studet, quid spectare oporteat eum, qui historiae conscribendae consilium suscipiat quibusque rebus instructus ad eam rem tractandam accedere debeat; illi tantum, hanc qui imaginem referat, ipsa historiae conscribendae praecepta traditurus. Dico igitur, inquit, eum, qui historiae conscribendae operam det, duo haec omnium maxime secum domo afferre oportere, prudentiam civilem et eloquendi facultatem. Et cogitare prudenter, et, quae cogitet, copiose eloqui posse vult historicum; Periclis instar, qui est apud *Thuc. II.* 60, quem iterum respexit Noster *Salt.* 36. *Rhet. Pr.* 1. — Ἑρμηνεύειν est *eloqui*, ut ait *Quinctil. Institt. VIII, Prooem.* §. 15: «omnia quae mente conceperis, promere atque ad audientes perferre; sine quo supervacua sunt priora et similia gladio condito et intra vaginam suam haerenti.» V. ad C. V. — Ejus quod est δύναμις usum illustravit *Schaefer. ad Dionys. p.* 410. — Φημὶ cum vi quadam usurpatum est pro ἀξιῶ, fere ut *Xen. Anab. VI.* 4. 16: *φημὶ δὲ, καὶ εἴ τινα ἄλλον αἰτιᾶται, ἑαυτὸν χρῆναι παρασχεῖν κ. τ. λ.* quanquam, quod illic additum est χρῆναι, h. l. deest. Qua de ellipsi cf. *Heind. ad Plat. Protag. p.* 595 et quos praeterea laudat *Baehr. in Plut. V. Artax. p.* 89. Sic *Aristoph. Nub.* 1405: *κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς*; omnium autem maxime huc pertinet *Dionys. Hal. de Compos. p.* 100. 12 *Rsk.*: *φημὶ δὲ τὸν βουλόμενον ἐργάσασθαι λέξιν καλὴν ἐν τῷ συντιθέναι τὰς φωνὰς, ὅσα καλλιλογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἢ σεμνότητα περιείληφεν ὀνόματα, εἰς ταὐτὸ συνάγειν.* — Κορυφαιότατος, pari modo ut alii ejusmodi Superlativi, *τελευταιότατος, κεφαλαιωδέστατος, μονώτατος* etc. consensu Atticistarum rejectum est: *οὔτε γὰρ*, inquit *Philem. p.* 140 *ed. Osann*, *τῆς κορυφῆς ἀνώτερόν τι εὑρίσκεται, οὔτε τοῦ μόνου μονώτερον.* Cf. *Herodian.* post *Herm. de Emend. Rat. Gr. Gr. p.* 310, *no. XXVII. Lobeck. ad Phryn.*

p. 69. 70. *Valck. ad Theocr. p.* 235. *B.* et *Graev. ad Luc. Soloec.* 5, ubi ipse Noster eam formam damnat; eamque ob causam *Thom. M. p.* 551 lusisse eum h. l. in illo vocabulo arbitratus est. Verius, puto, *Hemst. ad Dial. Deor. XIII.* 2: « ipse non veretur saepe discedere ab strictis Atticismi regulis, quas eo in libello, ut alium quendam irrideret, Sophistas ac Grammaticos secutus fixerat». — Mox *οἴκοθεν* dictum est ut *Rhet. Praec.* 15: *λέξω δὲ πρῶτον μὲν ὅποσα χρῆ αὐτόν σε οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν ἐφόδια πρὸς τὴν πορείαν.* Adde *Dem. pro Cor. p.* 303. 19. *ἧς μὲν οἴκοθεν ἥκετ' ἔχοντες δόξης περὶ ἡμῶν ἀμελῆσαι. Dionys. Hal. A. Rhet. VII.* 6, *p.* 279. 13. *αὐτοὺς δὲ τὰς παρὰ τῶν ἀθλητῶν ψήφους τῆς ἐλευθερίας λαμβάνοντας, τὸν τῆς δουλείας οἴκοθεν φέρειν.* Simili modo *Plaut. Mil. Glor. II.* 2. 36:

Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsijurium;
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.

Συνέσιν πολιτικὴν quae partes constituant, c. XXXVII exposuit; mox occasione oblata in universum, quo animo historicum esse oporteat, disseruit c. XXXVIII—XLII; et tum demum ad eloquendi facultatem dicendique genus, quo uti ille debeat, transiit c. XLIII—XLV.

Τὴν μὲν — ἔστω.] Et illam quidem, inquit, naturae donum, quod tradi per doctrinam nequeat; haec autem exercitatione plurima et studio continuo veterumque aemulatione accesserit oportet. Constructione simili utitur *Thuc. III.* 87: *ἡ νόσος τὸ δεύτερον ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκλιποῦσα μὲν οὐδένα χρόνον τὸ παντάπασιν, ἐγένετο δέ τις ὅμως διακωχή.* Ad sententiam iisdem fere verbis *Quinctilianus l. l.*: « Hoc itaque, sc. eloqui, inquit, maxime docetur, hoc nullus sine arte consequi potest; huc studium adhibendum; hoc exercitatio petit, hoc imitatio; hic omnis aetas consumitur» — nisi quod arte quoque indigere vult facultatem eam, cui comparandae exercitationem sufficere, artem nullam esse

Nostro placet. Cf. et *Auct. ad Herenn. I.* 2. Multum omnino diuque disputatum est,

virtutem natura donet doctrinane paret,

ut ait *Hor. Epist. I.* 18. 100; et quam Plato in Menonis limine quaestionem proposuit: *ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή· ἢ οὐ διδακτὸν ἀλλ' ἀσκητόν· ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις*; eandem in omni fere artium facultatumque genere recurrere constat. Quanquam jam ab antiquissimo inde aevo bene intellectum est, ad summam qualiscunque disciplinae perfectionem absolvendam haec tria concurrere debere: indolem, exercitationem, doctrinam. Cf. *Wytt. ad Plut. de Educ. p.* 73—75. *Ast. de Plat. Vita et Scr. p.* 400 *sq.* Unde *Cic. de Inv. I.* 4: « Hoc si forte non natura modo neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam comparatur, non alienum est videre, quid dicant ii, qui quaedam ejus rei praecepta nobis reliquerunt ».

Ταῦτα — ἐξεργάσασθαι.] Haec igitur, inquit, arte et disciplina carent neque meis consiliis indigent. Neque enim illud hic noster libellus prae se fert, prudentes se et acutos efficere posse eos, qui tali indole praediti a natura non sint. Quippe magni ille adeoque quantivis esset pretii, tantos si defectus refingere atque retractare et vel aurum efficere e plumbo vel e stanno argentum posset; Titormumve, qui Conon fuisset, vel, qui Leotrophides, Milonem reddere valeret. *Cicero de Orat. I.* 25: « Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum acuti et ad explicandum ornandumque sint uberes et ad memorima firmi atque diuturni. Et si quis est, qui haec putet arte accipi posse — quod falsum est; praeclare enim se res habeat, si haec accendi aut commoveri arte possint; inseri quidem et donari ab arte non possunt — quid de illis dicet, quae

cum ipso homine nascuntur?» Contra *Plut. de Educ.* 4: εἰ δέ τις οἴεται, τοὺς οὐκ εὖ πεφυκότας, μαθήσεως καὶ μελέτης τυχόντας ὀρθῆς πρὸς ἀρετὴν, οὐκ ἂν τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν εἰς τοὐνδεχόμενον ἀναδραμεῖν, ἴστω πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ πάντος διαμαρτάνων. Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δ' ἐπανορθοῖ διδαχή. Quin ipse Noster *de Gymnas.* 20: οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡμῖν ἔδοξε τὸ μόνον φῦναι ὡς ἔφυ ἕκαστος, ἤτοι κατὰ τὸ σῶμα, ἢ κατὰ τὴν ψύχὴν· ἀλλὰ καὶ παιδεύσεως καί μαθημάτων ἐπ' αὐτοὺς δεόμεθα, ὑφ' ὧν τά τε εὐφυῶς διακείμενα βελτίω παραπολὺ γίγνοιτ' ἂν, καὶ τὰ φαύλως ἔχοντα μετακοσμοῖτο πρὸς τὸ βέλτιον. — Μετακοσμεῖν, *in alium statum, conditionem, dispositionem mutare*, ut expl. *Wytt. ad Plut. p.* 558, exstat jam c. XII. Adde *Pro Imm.* 12, 17. *Prometh.* 12. *Fugit.* 13 etc. — Τοῦ παντὸς ἄξιος noto dicendi genere dictum est; conf. *Heind. ad Euthyd. p.* 418 *sq. ad Sophist. p.* 271. — Tota hac constructione iterum utitur Noster *Merc. Cond.* 13: ἀλλὰ πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς δεῖ. Cf. et *Pro Imm.* 3. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· πολλοῦ γὰρ ἂν ὁ ἔπαινος ἦν τίμιος, εἴ τι καὶ ἔργον αὐτοῦ ἀπολαῦσαι δυνατὸν ἦν. — Auri plumbique oppositionem fere proverbialem esse, bene monuit *Wytt. ad Plut. p.* 500. Locorum, quos ille laudat, subjeci unum: *Petron. Satyr.* 43: « Plane Fortunae filius, in manu illius plumbum aurum fiebat. » De ipso Plutarchi loco dixi in *Spec. Plut. p.* 14. — Cononem, celebrem Atheniensium imperatorem, pusilla statura fuisse, comprobat *Dionys. Hal. A. Rhet. III,* 4. *p.* 245. 15 *Rsk.*: κἂν ᾖ μικρὸς, ὅτι μείζων τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, κατὰ τὸν Τυδέα, κατὰ τὸν Κόνωνα. De Titormo fuse Schol. Voss.: Τιτόρμῳ τῷ βουκόλῳ φασὶ περιτυχεῖν τὸν Κροτωνιάτην Μίλωνα μεγαλοφρονοῦντα διὰ τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. Θεασάμενος οὖν μέγαν τὸν Τίτορμον τὸ σῶμα, ἐβούλετο λαβεῖν αὐτοῦ ἰσχύος πεῖραν. Ὁ δὲ Τίτορμος ἔλεγε μηδὲν μέγα ἰσχύειν· καταβὰς δὲ εἰς τὸν Εὔη-

νον καὶ θοἰμάτιον ἀποδὺς λαμβάνει μέγιστον λίθον καὶ πρῶτον μὲν ἕλκει πρὸς αὑτὸν, εἶτα ἀπωθεῖ· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἦρεν ἕως εἰς τὰ γόνατα· καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερεν ὡς ἐπ' ὀργυιὰς πεντήκοντα καὶ ἔῤῥιψεν. Ὁ δὲ Μίλων μόγις τὸν λίθον ἐκίνησεν. Εἶτα ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθεν ὁ Τίτορμος καὶ τὸν μέγιστον ταῦρον ἄγριον ὄντα λαμβάνει τοῦ ποδός· καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, οὐ μὴν ἐδύνατο. Παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς ὁμοίως εἶχε. Θεασάμενος ὁ Μίλων εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας ἔφατο· ὦ Ζεῦ, μὴ καὶ τοῦτον Ἡρακλῆν ἕτερον ἔσπειρας; ἐντεῦθεν ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν· ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς. Fere ad verbum haec exscripta esse ex *Ael. Var. Hist. XII.* 22, jam a Clerico intellectum est. Nobili genere prognatum fuisse Titormum, colligi potest ex *Her. VI.* 127; hominum autem consuetudinem pertaesus quum in extrema Aetoliae recessisset, bubulcum factum esse negare nolo. Cetera vide apud *Per. ad Ael. l. c.* Illud addo, eandem rem *Paus. VI.* 5. 3 narrare de Polydamante, de quo ad c. XXXV dicendum erit. — De Milone Crotoniata non est quod moneam. Leotrophides Atheniensis nulla alia re quam rara gracilitate et macritudine insignis, quae largam Comicis ridendi materiam praebuit. Sic v. c. Hermippus:

οἱ γάρ, inquit, πενόμενοι
ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βούδια
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος.

Cf. qui laudantur ab Intpp.: *Schol. ad Aristoph. Av.* 1406. *Athen. XII.* 75, *p.* 551. *A*, tum *Suidas s. v.* et *Eustath. ad Iliad. p.* 1288. 41.

Cap. XXXV.

Ἀλλὰ — τέχνης.] At, inquit, disciplinae et consilii ubi usus est? Non ad efficienda ea quae adsunt, sed ad usum illorum con-

venientem. Sic, ut hoc utar, Iccus tibi Herodicusque et Theon et si quis alius artis gymnasticae magister, non pollicerentur Perdiccam hunc se (si quidem is est qui novercae amore captus contabuit, non Antiochus Seleuci filius ob Stratonicae amorem celebratus) in disciplinam suam receptum victorem Olympiae Theagenique Thasio vel Polydamanti Scotussaeo aemulum effecturos; sed datam sibi materiam bene a natura ad recipiendam gymnasticam artem comparatam per artis praecepta multo meliorem reddituros. Statim in limine τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς dici ubi sufficiebat ἡ τέχνη καὶ ἡ συμβουλή, monere taedet. Cf. *Fisch. ad Well. I. p.* 335. *Schaef. Mell. p.* 31. — Τὰ προςόντα dictum est ut *Plat. Menex. p.* 235. *A:* καὶ τὰ προςόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου λέγοντες. *Dem. adv. Mid.* 43. ὧν οὐδὲν εὑρήσετε τούτῳ προςόν. *Luc. pro Imm.* 6. ἢ ὅ,τι ἂν ἄλλο ἐπιθυμήσωσιν αὐτοῖς προςεῖναι. 20. οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι ἢ προςθείη τῶν μήδ' ὅλως προςόντων. H. l. exspectasses fortasse ἐς ποίησιν τῶν μὴ προςόντων vel ὧν χρὴ προςεῖναι, sed hanc Luciani mentem esse accipias: Si quem illa prudentia et facultate instructum consiliis nostris adjuvare constituimus, id tantum agimus, ut, quomodo uti illis debeat, praecipiamus, non ut tradamus ea, quae potius jam insunt ipsi quaeque adeo arte inseri nullo modo possunt. Huc spectant et sequentia οἷόν τι — οὐκ ἂν ὑπόσχοιντο: i. e. ad verbum: *et tale quid* sc. efficere arte, quod arte inseri nequit — *non promittant.* Sic invenies οἷόν τι *Anach.* 20. οἷον τι ἐν ἡμῶν ἑκάστῳ ἐστὶν ἡ ψυχή. 35. οἷόν τι ἐπὶ πυρὸς καὶ λύχνου γίγνεται. De ἀμέλει paucis jam dixi p. 187 sq. H. l. maxime respondet *Phal. I.* 10: ὥςπερ ἀμέλει πρώην καὶ ὁ σοφὸς Πυθαγόρας ἧκεν ὡς ἡμᾶς. Cf. et *Gall.* 23. ἀμέλει οὐδέν σοι τῶν χαλεπῶν τούτων νοσημάτων ἐπιβουλεύει. — Icci, Herodici, Theonis, gymnasticae artis

magistrorum, nomina passim apud Platonem occurrere Wielandus annotavit. At mihi quidem, qui Platonis libros nocturna versem manu, versem diurna, Theonem ad hunc diem nullum indagare licuit; Iccum vero et Herodicum nondum inveni, qui ignoraret, *Geelium* si excipias, qui in *Nov. Actt. Litt. Soc. Rheno—Traject. T. II, p.* 227 silere auctores narrat de Herodico Selymbriano, quem una cum Icco sub gymnasticae specie sapientiae studio indulsisse refert *Plat. Protag. p.* 316. *E.* Qui si tum jam *Anecdota Hemsterhusiana* edidisset, plurima illic p. 61 auctorum testimonia invenisset. Sane plerumque medicus appellatur Herodicus, at non injuria inter gymnasticae quoque artis magistros refertur, qui omnium primus, conjuncta cum gymnastica arte medicina, Jatralipticen quam vocant instituit, reunctoribusque, ut ait *Plin. Hist. N. XXIX.* 2, medicorum ac mediastinis vectigal invenit. Vide *Plat. Republ. III, p.* 406. *A*: *τῇ παιδαγωγικῇ τῶν νοσημάτων ταύτῃ τῇ νῦν ἰατρικῇ πρὸ τοῦ Ἀσκληπιάδαι οὐκ ἐχρῶντο, ὥς φασι, πρὶν Ἡρόδικον γίγνεσθαι. Ἡρόδικος γὰρ, παιδοτρίβης ὢν καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ' ἄλλους ὕστερον πολλούς.* Unde, quem laudat Astius ad h. l., *Hippocr. Epidem. VI.* 3: Ἡρόδικος, inquit, *τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινε περιόδοισι, δρόμοισι, πάλῃσι, πυρίῃσι.* Cf. omnino *Heind. ad Phaedr. p.* 190. *Ast. ad Eund. p.* 223. *Wyttenb. ad Plut. de Sera N. Vind. p.* 50. *Fabr. Bibl. Gr. T. XIII, p.* 183. Pari modo medici nomine insignis est apud *Steph. Byz. s. v.* Τάρας, *Eustath. ad Dionys. Perieg. v.* 376 et Ὀλυμπ. Ἀναγρ. *ad Ol. LXXVII* Iccus Tarentinus, qui a plerisque *γυμναστὴς* fuisse dicitur. *Paus. VI.* 10. 2: Ἴκκος δὲ ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος *τόν τε Ὀλυμπικὸν στέφανον ἔσχεν ἐπὶ πεντάθλῳ, καὶ ὕστερον γυμναστὴς ἄριστος λέγεται τῶν ἐφ' αὐτῷ γενέσθαι.* Primus enim omnium, medicae artis praecepta secutus, athletarum victum severa lege et disciplina adstrinxit, ejusque continentiae princeps ipse exem-

plum edidit. Cf. *Plat. de Legg. VIII, p.* 840. *A:* ἆρ' οὖν οὐκ ἴσμεν τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον ἀκοῇ διὰ τὸν Ὀλυμπιάσιν τε ἀγῶνα καὶ τούς τε ἄλλους, ὧν διὰ φιλονεικίαν καὶ τέχνην καὶ τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος, ὡς λόγος, οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο οὐδ' αὖ παιδὸς ἐν ὅλῃ τῇ τῆς ἀσκήσεως ἀκμῇ. Ubi v. *Astium p.* 411; tum *Per. ad Ael. XI.* 3 et omnino de athletarum disciplina *Spanh. ad Julian. Orat. I. p.* 102—104 et *Pauly Prolegg. ad Luc. Anach. p. XVI—XXI.* Cum Herodico junxit Iccum etiam *Sprengel. Hist. Art. Med. Tom. I. p.* 353 *sqq.* quem vide. Omnino saepissime conjunguntur ἰατρὸς et γυμναστὴς vel παιδοτρίβης. Cf. *Plat. Criton. p.* 47. *B:* γυμναζόμενος ἀνὴρ καὶ τοῦτο πράττων πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ καὶ ψόγῳ καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προςέχει, ἢ ἑνὸς ἐκείνου μόνου, ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὤν; — ταύτῃ ἄρα αὐτῷ πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδεστέον γε καὶ ποτέον, ᾗ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἐπιστάτῃ. *Protag. p.* 313. *D.* οὔτε αὐτοὶ ἴσασιν ὅ,τι χρηστὸν ἢ πονηρὸν περὶ τὸ σῶμα, οὔτε οἱ ὠνούμενοι παρ' αὐτῶν, ἐὰν μή τις τύχῃ γυμναστικὸς ἢ ἰατρὸς ὤν. *Alc. I. p.* 131. *A. Aristot. Eth. Nic. X.* 9. 15 etc. V. *Stallb. ad Phileb. p.* 83. — Γυμναστής quid distet a παιδοτρίβῃ, omnium instar exposuit *Per. ad Ael. II.* 6. Pueros hic, ille athletas erudit exercetque. — Ὑπισχνεῖσθαι, *profiteri,* solemne verbum de qualiscunque disciplinae magistro. *Xen. Mem. S. I.* 2. 3. καίτοι γε οὐδὲ πώποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι τούτου. *Plat. Menone p.* 91. *B.* παρὰ τούτους τοὺς ὑπισχνουμένους ἀρετῆς διδασκάλους εἶναι. *Soph. p.* 232. *D.* ἆρ' οὐχ ὑπισχνοῦνται ποιεῖν ἀμφισβητικούς. Item cum Inf. Fut. v. c. *Menone p.* 90. *E.* παρὰ μὲν τοὺς ὑπισχνουμένους διδάξειν, quae legitima est constructio in sign. *promittendi*, etsi tum quoque non insolens sit Praesens. V. *Heind. ad Sophist. p.* 329. Hic res, illic tempus potissimum respicitur. De Inf. Aor. v. *Lobeck. ad Phryn. p.* 749. Apud

citerioris aevi auctores occurrit etiam *ὑπισχνεῖσθαι τέχνην τινά*, *profiteri artem*; v. c. *Ael. Aristid. T. II. p.* 58 ed. Jebb.: ὥςπερ γάρ ὅςτις ἀποκτιννύει ἰατρικὴν ὑπισχνούμενος, οὐχ ἅμα ἰατρός τέ ἐστι καὶ ἀποκτιννύει. *Dio Chrysost. Orat. XII, p.* 197. Δὲ τέχνην δὲ ἢ ἐπιστήμην οὐδεμίαν ὑπισχνουμένου σχεδὸν κ. τ. λ. — Παραλαβεῖν est *instituendum* sive *erudiendum accipere*, ut v. c. *Plat. Apol. Socr. p.* 18. *B*: ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ἐκ παίδων παραλαμβάνοντες ἔπειθον, et quos laudat *Ast. ad Plat. Remp. p.* 512. — Quod τοῦτον Περδίκκαν ait, quasi digito monstrat hominem, unde factum est, ut Articulo carere posset. Cf. *Engelh. ad Plat. Lach. p.* 3. Notum igitur oportet fuisse; praesentem non oportet; nam de rebus absentibus quoque sed bene notis tamen Pron. οὗτος usurpari constat. V. *F. A. Wolf. ad Demosth. Lept. p.* 295. *Stallb. ad Plat. Menon. p.* 35. Quamquam nobis ille juxta cum ignotissimis ignotus est. Perdiccam enim celebrem illum Macedonum ducem intelligere noli, quem adeo *Ael. Var. H. IX.* 3. rei gymnasticae studiosissimum fuisse refert. Crescitque difficultas eo, quod huic homini idem tribuere Lucianus videtur, quod de Antiocho Seleuci Nicatoris filio tum alii narrant, tum ipse et fuse refert *de Dea Syr.* 17. 18, et obiter tangit *Icarom.* 15, *de Saltat.* 58 et *Calumn.* 14; quem ad l. sic Schol. Vofs.: τὴν Σελεύκου Στρατονίκην λέγει, ἧς ὁ υἱὸς Σελεύκου Ἀντίοχος ἐρασθεὶς πείθει τὸν πατέρα ταύτης παραχωρῆσαι τῷ υἱῷ· πείθει δὲ νόσῳ ἁλοὺς καὶ ἐς αὐτὸ γεγονὼς τὸ θανεῖν διὰ τὸν εἰς τὴν Στρατονίκην ἔρωτα. Ἐν ἀμηχανίᾳ γὰρ τοῦ πατρὸς γεγονότος Σελεύκου διὰ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον, εἶτα σοφίᾳ Ἐρασιστράτου τοῦ ἰατροῦ γνωσθέντος τοῦ παραιτίου τῆς νόσου, τοῦ ἔρωτος, ὑπεξέστη ταύτης ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. Erat autem Demetrii Poliorcetae filia Stratonica, de qua iterum Noster *Pro Imm.* 5. Singula dabunt, quos Intpp. adhibent, *Appian. Syriac.* 59—61. *Val. Max. V.* 7. *Ext.* 1. *Plut. V. Demetr.* 38 etc. Antiochum appellant omnes, Perdiccam nullus.

Quin Lucianus ipse h. l. ad illum potius quam ad hunc sibi haec pertinere videri haud obscure innuit? Quanquam nullum omnino hunc Perdiccam fuisse, minime inde colligere audeam, quum tali potissimum historiarum in genere eandem rem ab aliis auctoribus aliis tribui hominibus solere constet. Sic, ne longius abeamus, quod de Titormo Aelianum, idem Pausaniam de Polydamante narrare supra monuimus; quae idem Aelianus loco modo citato de Perdicca, Plutarchus (*V. Alex.* 40) de Leonnato refert. Nec glossema esse sequentia *εἰ δὴ — ἐκείνης*, tam temere credam Graevio et Solano, quam credidisse Wielandum et Lehmannum vidi. Neque enim intelligo, quo pacto Scholiastae alicui, viso ignoto homine Perdicca, statim illius potissimum de Antiocho narrationis in mentem venire potuerit. Ut dicam quod sentio, sic statuo, Lucianum, quem tum omnino ab ostentandae doctrinae studio pro illius aevi ingenio non adeo alienum fuisse, tum inprimis hanc historiam in deliciis habuisse constet, ejus hoc quoque loco mentionem facere studuisse, ne autem omnia illa *Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου ὁ τῆς μητρυίας Στρατονίκης ἐρασθεὶς καὶ διὰ τοῦτο κατεσκληκὼς* ipsi sententiae perpetuo tenori inculcata languida et inepta viderentur, sub doctae potius annotationis specie id fecisse. Quid quod Graevius ita tantum explicare hoc scilicet Scholion potuit, ut Particulae *εἰ* interrogandi vim: *num* — tribuerit; quam si qui referunt loci, aut antecedit, unde pendeat illud *εἰ*, aut corrupti sunt habendi facilique negotio emendari possunt. Sic *Plat. Republ. V. p.* 478. *D. εἰ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ κεῖται*; lege *ἢ δ' ἀμφοῖν*. *Alc. I. p.* 109. *B. εἰ τὸ ὧδε λέγεις;* lege *ἦ*. In iis, quos attulit *Heind. ad Charm. p.* 89, interrogatio nulla est. Cf. *Stallb. ad Phileb. p.* 63. Immo *εἰ δὴ*, *scilicet si*, medium fere est inter *εἴ γε* et *εἴπερ*, de quibus egregie *G. Herm. ad Vig. p.* 833; si quidem et ab illo *persuasionem* et ab hoc *incertitudinem* habet: *se quidem rem credere, probe tamen nosse, aliis aliter eam videri posse;* quo fit, ut et modestiae et cavillationi inserviat. *Plat. Apol. Socr. p.* 20. *E: τῆς γὰρ ἐμῆς,*

εἰ δή τίς ἐστι, σοφίας μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι. *Gorg. p.* 449. *A.* εἰ δὴ, ὅγε εὔχομαι εἶναι, ὡς ἔφη Ὅμηρος, βούλει με καλεῖν. *Alc. I. p.* 119. *E.* εἰ δὴ τῷ ὄντι γε καλόν τι ἔργον ἀποδείξασθαι διανοεῖ. *Alc. II. p.* 143. *C:* ἅπερ Ὀρέστην φασὶ καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα καὶ εἰ δή τινες ἄλλοι ἐκείνοις τυγχάνουσι ταὐτὰ διαπεπραγμένοι. — Ἐρασθῆναί τινος longe saepissime non tam est *amare aliquem*, quam *amore alicujus capi*, *sich verlieben.* **Plat.** *Alc. I. p.* 131. *C.* εἰ ἄρα τις γέγονεν ἐραστὴς τοῦ Ἀλκιβιάδου σώματος, οὐκ Ἀλκιβιάδου ἠράσθη. *Luc. Tox.* 44. Ὁ γὰρ Ἀρσακόμας οὗτος ἠράσθη Μαζαίας τῆς Λευκάνορος — ὁπότε ἐπρέσβευεν ὑπὲρ τοῦ δασμοῦ. *Philops.* 14. ἄρτι γὰρ ὁ Γλαυκίας τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος παραλαβὼν τὴν οὐσίαν ἠράσθη Χρυσίδος. — Quod h. l. κατασκληκέναι, fusius Noster *de Dea Syr.* 17: καί οἱ ἥ τε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο, καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. « Diversi affectus, inquit Valerius, iisdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas et maxima verecundia, ad ultimam tabem corpus ejus redegerunt. » De ipso vocabulo Rud. laudat *Hermot.* 2. ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. *Dial. Mort. XXVII.* 7. Ὁ δὲ Βλεψίας λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι καὶ ἐδήλου ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος. Adde *Alciphr. III.* 3. μήδ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι. 19. ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῶν πόνων καὶ τῆς δικέλλης κατέσκληκα. Cf. *Dorv. ad Char p.* 615. — De **Theagene** Thasio et **Polydamante** Scotussaeo reliquum vix fecere, quod moneam, tum Intpp. ad h. l. tum *Hemsterh. Anecdd. p.* 61. Iterum conjunguntur a Nostro *Deor. Conc.* 12: ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς ἰᾶται τοὺς πυρέττοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ὁ Θεαγένης ἐν Θάσῳ. Divino honore Theagenem a Thasiis affectum narrat et *Paus. VI.* 11. 3. Quid quod Hercule prognatum ferebant, qui vulgo Timosthenis filius audiret? Ter vicisse Olympia auctor est

Dio Chrysost. Orat. XXXI, p. 339. *D:* reliquas ipsius victorias vide apud Pausaniam et *Plut. de Rep. Ger.* 15, *p.* 811. *D,* quorum ille mille quadringentas, mille ducentas hic palmas eum retulisse narrat. Floruisse Ol. LXXV et LXXVI, constat e *Paus. VI.* 6. 2. Duodevigesima post Olympiade pancratii victoria cessit Polydamanti Niciae filio, Scotussa Thessaliae oppido orto; unde Thessalum appellat *Dio Chrysost. Orat. LXXVIII. p.* 656. *A.* Statura omnium ex hominum memoria maxima illum fuisse refert *Paus. VI.* 5, qui plurima de vita ipsius narrat. Magnas in Persia quoque res gessisse testis est et *Schol. Plat. p.* 146 Ruhnk.: *οὗτος ὁ Πολυδάμας ἀπὸ Σκοτούσης ἦν πόλεως Θεσσαλίας, διασημότατος παγκρατιαστὴς, ὑπερμεγέθης, ὃς καὶ ἐν Πέρσαις παρ' Ὤχῳ γενόμενος τῷ βασιλεῖ λέοντας ἀνεῖλε καὶ ὡπλισμένους γυμνὸς κατηγωνίσατο.* Conf. et *Paus. VII.* 27. 3. Vitae ipsius exitum eundem, quem Pausanias, narrat *Val. Max. IX.* 12. *Ext.* 10: tempestate speluncam subire coactum, nimio et subito incursu aquae labefacta ea et ruente, restitisse, tanquam humeris suis totius ruinae molem sustentaturum, sed pondere omni corpore humano potentiore pressum ibidem sepultum esse. Memorant eum praeterea *Plat. Republ. I. p.* 338. *D. Ael. Aristid. T. II, p.* 256. *ed. Jebb.* et Noster *Herod.* 8, *Pro Imm.* 19. — Ut h. l., *ὑποθέσεως* nomine usus est simili in sententia *Arrian. Diss. Epict. I.* 12. 17: *ταύτης οὖν τῆς διατάξεως μεμνημένους ἔρχεσθαι δεῖ ἐπὶ τὸ παιδεύεσθαι, οὐχ ἵνα ἀλλάξωμεν τὰς ὑποθέσεις· οὔτε γὰρ δίδοται ἡμῖν, οὔτ' ἄμεινον κ. τ. λ.* — Quid sign. *εὐφυὴς*, omnium optime exposuit *Plat. Republ. V. p.* 455. *B: ἆρ' οὕτως ἔλεγες, τὸν μὲν εὐφυῆ πρός τι εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι, ὁ δὲ χαλεπῶς· καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπὶ πολὺ εὑρετικὸς εἴη οὗ ἔμαθεν, ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ μελέτης μήδ' ἃ ἔμαθε σώζοιτο;* Adde *Xen. Mem. S. IV.* 1. 2. *ἐτεκμαίρετο δὲ τὰς ἀγαθὰς φύσεις ἐκ τοῦ ταχύ τε μανθάνειν οἷς προσέχοιεν καὶ μνημονεύειν ἃ ἂν*

μάθοιεν καὶ ἐπιθυμεῖν τῶν μαθημάτων πάντων. Cf. *Ruhnk. Hist. Crit. Orat. p. LXXII. Valck. ad Ammon. p.* 87 *sq. Baehr. ad Plut. V. Philop. p.* 12.

῞Ωςτε — σκοπόν.] Absit igitur, inquit, a nobis quoque ejus pollicitationis invidia, quasi artem reperisse dicamus tam magnae atque difficili rei consequendae; neque enim quemcunque in disciplinam nostram acceptum rerum scriptorem redditures nos pollicemur; verum ei qui et prudentia a natura praeditus et optime ad dicendum exercitatus ad nos accedat, rectas quasdam vias — si quidem rectae esse videbuntur — commonstraturos esse, quas si institerit, celerius et facilius ad finem usque pervenire possit. — Ἐπίφθονος non is tantum appellatur, qui invidiae obnoxius est, ζηλωτὸς, sed eum quoque sign., qui per arrogantiam veluti viam affectat ad excitandam invidiam: molestum, nimium, odiosum. *Dionys. Hal. A. Rhet. X.* 10, *p.* 384. 12: *εἰ δὲ μὴ, καὶ γελοῖοι καὶ ἐπίφθονοι φανούμεθα.* — *Ὑποδεῖξαι* primum quidem dicitur is, qui viam alteri, qua eundem ipsi sit, digito designat; deinde omnino qui rei qualiscunque formam atque rationem primis lineis descriptam ad cognoscendum imitandumve alicui proponit. Illo significatu iterum utitur Noster *Vera Hist. II.* 27. *πολλὰ ἱκέτευον εἰπεῖν τὰ μέλλοντα καὶ ὑποδεῖξαί μοι τὸν πλοῦν. Rhet. Pr.* 7. *ἡ μὲν ἀτραπός ἐστι στενὴ — καὶ ἔφθη γὰρ ἤδη Ἡσίοδος εὖ μάλα ὑποδείξας αὐτήν*: altero v. c. *Imagg.* 3. *καὶ τὸ εἶδος ὡς οἷόν τε ὑποδείξω τῷ λόγῳ, τάχα γὰρ ἂν οὕτω γνωρισαιμι. Calumn.* 2. *ὑποδεῖξαι βούλομαι τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς, ὁποῖόν τι ἐστὶν ἡ διαβολή. Saltat.* 74. *ἐθέλω δὲ ἤδη καὶ ὑποδεῖξαί σοι τῷ λόγῳ* etc. Adde *Aristot. Rhetor. III.* 2. 5. *ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ καὶ ὑπέδειξε πρῶτος.* Conf. *Schaefer. ad Dionys. p.* 410. — Extrema capitis vocabula *εὐμαρέστερον τελέσειεν ἄχρι καὶ πρὸς τὸν σκόπον*

Lehmannus, auctore fretus *G. L. Walchio* in *Emendd. Liviann. p.* 6, versum, si Dîs placet, Trochaicum octonarium catalecticum efficere censet, bene eo nomine reprehensus a *Fritzschio* in *Quaestt. p.* 64 et in erudita Censura Edit. Lehm. in *Jahnii Jahrbüchern für Philologie u. Pädagogik, Tom. II, p.* 301. Neque haerendum in poëtico colore ejus quod est *εὐμαρές*, a quo ut prisci prosae orationis auctores sedulo sibi caverint, posterioris aevi scriptores minime abstinuisse constat. Vide Nostri *Tox.* 31, 34. *Herm.* 47. *Prom. in Verb.* 6 etc. Omnium autem saepissime utitur eo Herodianus. Subst. *εὐμάρεια* priori quoque tempore occurrit. Cf. *Heind. ad Protag. p.* 506. — Verbum *τελεῖν* jam illustratum est in *Var. Lect. p.* 43, ubi quod eandem rationem esse dixi locutionis *εἰς ἄνδρας τελεῖν*, confirmat *Eur. Jon.* 335, ubi est *εἰς ἄνδρα ἀφικνεῖσθαι*. De censu vel ordine virili minime cogitandum.' — Μέχρι πρὸς et ἄχρι πρὸς frequentissime occurrere apud Nostrum quis nesciat? Cf. v. c. *Somn.* 15. *Nigrin.* 36. *Nav.* 24. *Hermot.* 6. *Pseudom.* 55. *Icarom.* 1 etc.

Cap. XXXVI.

Καίτοι — ἀγνοεῖ.] Quanquam, inquit, non ita parvum est, quod disciplinae faciendum restat, ut facile esse videatur; neque enim dicere possis non indigere ingeniosum arte quadam atque doctrina earum rerum quas ignorat. Ellipsin quae est in *καίτοι — γάρ*, de qua erudite disputat *Fritzschius* in *Quaestt. p.* 68, explevi ita, ut totius loci sententiae non consentaneum esse nequit. Doctrina enim, ut ait Horatius (*Odar. IV.* 4. 33.)

vim promovet insitam
Rectique cultus pectora roborant;

quin immo *αἱ ἄρισται δοκοῦσαι εἶναι φύσεις μάλιστα παιδείας δέονται*, quae sententia est Socratis apud *Xen. Mem. IV.* 1. 3. Adde Eundem *III.* 9. 2:

νομίζω μέντοι πᾶσαν φύσιν μαθήσει καὶ μελέτῃ πρὸς ἀνδρίαν αὔξεσθαι. — Ὁρῶ δ' ἔγωγε καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων ὁμοίως καὶ φύσει διαφέροντας ἀλλήλων τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐπιμελείᾳ πολὺ ἐπιδίδοντας. Ἐκ τούτων δῆλόν ἐστιν, ὅτι πάντας χρὴ καὶ τοὺς εὐφυεστέρους καὶ τοὺς ἀμβλυτέρους τὴν φύσιν, ἐν οἷς ἂν ἀξιόλογοι βούλωνται γενέσθαι, ταῦτα καὶ μανθάνειν καὶ μελετᾷν. *Diog. Laërt. VII.* 8. φύσις δὲ εὐγένης μετρίαν ἄσκησιν προςλαβοῦσα, ἔτι δὲ τὸν ἀφθόνως διδάξοντα, ῥᾳδίως ἔρχεται πρὸς τὴν τελείαν ἀνάληψιν τῆς ἀρετῆς. — Quod h. l. ἀπροςδέης, *Polybio XXII.* 6. 4. est ἀπροςδέητος: ὑμᾶς δὲ πάντων τούτων ἀπροςδεήτους οἱ θεοὶ πεποιήκασι. — Συνετός quid sign., discere est ex *Aristot. Magn. Morr. I.* 35, *p* 171. *A*: ὁ γὰρ συνετός που λέγεται τῷ δυνατὸς βουλεύεσθαι· καὶ ἐν τῷ ὀρθῶς τι κρῖναι καὶ ἰδεῖν· περὶ μικρόν τε καὶ ἐν μικροῖς ἡ κρίσις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ σύνεσις καὶ ὁ συνετὸς μέρος τι φρονήσεως καὶ τοῦ φρονίμου καὶ οὐκ ἄνευ τούτου. Cf. *Eth. Nic. VI.* 10.

Ἐπεὶ — αὐτοῦ.] Quod nisi esset, citharam etiam pulsaret nullo magistro usus tibiisque caneret, omnes denique artes atque scientias calleret. Nunc, nisi edoctus fuerit, nullam earum tractare potest; sin viam aliquis commonstraverit, et discet facillime et suo Marte recte exercebit. — De ἐπεὶ dixi p. 190. — Νῦν δὲ ubique obvium. *Herod. I.* 39. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ ὀδόντος — χρῆν δή σε ποιέειν ταῦτα ἃ ποιέεις· νῦν δὲ ὑπὸ αἰχμῆς. *Plat. Criton. p.* 44. *E.* — καὶ καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε. *Theaet.* 143. *E.* εἰ μὲν ἦν καλός, ἐφοβούμην ἂν — νῦν δὲ οὐκ ἔστι καλός. *Alc. II, p.* 142. *B*: — εἶχεν ἄν τινα λόγον· νῦν δὲ καὶ πολὺ τοὐναντίον. *Lucian. Hermot.* 5. ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνίοντες ἦσαν, νῦν δὲ ἀνέρχονται μὲν οὐκ ὀλίγοι κ. τ. λ. *Icarom.* 12. παντελῶς ἄν με ἡ γῆ διέλαθε· νῦν δὲ ταῦτα ὕψηλα ὄντα κ. τ. λ. Latine

Cic. de Fin. I. 13: «non expeteretur, si nihil efficeret; nunc expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis.» Cf. *Tursell. de Particc. L. L. p.* 522—524. Omnium saepissime ita occurrit νῦν δὲ in elliptica illa locutione νῦν δὲ — γὰρ, de qua affatim disputatum est ab *Heind. ad Charm. p.* 114; *ad Theaet. p.* 286; *Heusd. Spec. crit. in Plat. p.* 7—10. *Thiersch. Spec. Edit. Plat. Symp. p.* 35—45. *Ast. ad Symp. p.* 220. *Stallb. ad Euthyphr. p.* 72—74. — Χειρουργία opponitur τῷ συνετῷ fere ut *Plat. Anterast. p.* 135. *B*: προςήκει τοῖς ἐλευθέροις μαθεῖν, ὅσα ξυνέσεως ἔχεται, μὴ ὅσα χειρουργίας. Adde *Gorg. p.* 450. *B.* Vel haec autem, fidibus tibiisve canere, ad χειρουργήματα relata esse, constat ex *Aristot. Politic. VIII.* 6. 1: πότερον δὲ δεῖ μανθάνειν (τὴν μουσικὴν) αὐτοὺς ᾄδοντας καὶ χειρουργοῦντας, ἢ μή, καθάπερ ἠπορήθη πρότερον, νῦν λεκτέον. Quamquam h. l. vix differre arbitror a sequ. μεταχειρίσασθαι, *tractare,* quod supra c. XVI vel de conscribenda historia usurpatum est. Et sic passim: *Aristoph. Equ.* 345. καλῶς γ' ἂν οὖν τι πρᾶγμα προςπεσόν σοι — μεταχειρίσαιο χρηστῶς. *Plat. Hipp. Maj. p.* 304. *B.* λήρους καὶ φλυαρίας ὥςπερ νῦν μεταχειρισάμενος. — Neque in ἐφ' ἑαυτοῦ est quod Graece vel mediocriter doctum offendere possit. Bene expl. *Wolf. ad Lept. p.* 319: *per se solum, sua solius auctoritate, sine alius consilio vel auxilio.* Cf. et *Vig. p.* 613. Sic *Max. Tyr. XXVII*: αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ἐκνηξαμένη συνέχει τε αὑτὴν καὶ ἵδρυται. Noster *Hermot.* 35. νῶϊ δέ, ἐγώ τε καὶ σύ, ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξετάσωμεν. *Her.* 8. ἢν δὲ πολὺ ἐκείνων ἀπαγαγόντες τὴν μνήμην ἐπ' ἐμαυτοῦ μόνον ἀποδύσαντες ἴδητε. *Demon.* 36. ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω: veluti *coram me ipso,* quo de significatu cf. *Schaef. Mell. p.* 100; unde respondetur illic: εἰκότως τοίνυν τοιαῦτα λέγεις, μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

Cap. XXXVII.

Καὶ — ἔχειν.] Tali igitur, inquit, indole praeditus, scil. qualem et gymnasticae artis magistri illi erudiendum suscepturi essent, nobis quoque jam discipulus tradatur, ut C. XXXIV initio descriptus est, neque ad intelligendum neque ad dicendum ingenio tardus, verum acutus quique et negotia publica, si quae ipsi delata sint, administrare possit, animumque militarem adeoque juxta cum civili etiam imperatoriam experientiam habeat. — Pro εἰπεῖν οὐκ ἀγεννὴς exspectasses λέγειν. At cf. *Heind. ad Protag. p.* 533. — Ὀξὺ δεδορκέναι dictum est, ut apud *Hor. Sat. I.* 3. 26 acutum cernere; quanquam h. l. de ingenii potius acie usurpatur, ut v. c. *Char.* 21. ὀξὺ δεδορκότες ἐς τὰ πράγματα καὶ κατεγνωκότες, οἷά ἐστιν. — Πράγμασι χρῆσθαι est *in negotiis versari*, potissimum *civilibus et publicis; rempublicam gerere.* Πράγματα enim quum omnino haud raro sign. *imperium et potentiam*, teste *Wytt. ad Plut. p.* 938. *Baehr. ad Plut. V. Flam. p.* 119, tum saepissime est *reipublicae administratio.* Sic τὰ πράγματα ἔχειν, *Thuc. III.* 72. πράττειν τὰ πράγματα, *Plat. Alc. I. p.* 124. *E;* ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι, *Aristot. Politic. V.* 9. 12; οἱ ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ὄντες, *Demosth. Philipp. III. p.* 110. 22; 125, 7; οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν, *Theophr. Charact. VII*, 2; alia, quae benigna manu congessit *Krüger. ad Dionys. p.* 269. Unde Noster *Nav.* 29: ἄριστος εἶναι δόξας ἀνθρώπων ἡγεῖσθαι καὶ πράγμασι χρῆσθαι. 41. ὥςπερ εἰκὸς ἄνδρα συνετὸν καὶ πράγμασι χρῆσθαι εἰδότα. *Peregr.* 13. γοὴς καὶ τεχνίτης ἄνθρωπος καὶ πράγμασι χρῆσθαι δυνάμενος. Adde *Xen. Mem. S. IV.* 1. 2: καὶ τὸ ὅλον ἀνθρώποις τε καὶ ἀνθρωπίνοις πράγμασιν εὖ χρῆσθαι. Cf. et *Eur. Jon.* 616. τῶν δ᾽ ἐν λόγῳ τε χρωμένων τε τῇ πόλει. — Εἰ ἐπιτραπείη scil. αὐτὸς αὐτά. *Thuc. I.* 126: οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλα-

κὴν. *Lucian. Calumn.* 2. Πτολεμαίου τινὰ ὕπαρχον εἶναι τὰ κατὰ τὴν Φοινίκην ἐπιτετραμμένον. *Tox.* 33. ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος. *Pro Merc. Cond.* 12. ἔθνος ἐπιτραπῆναι ἤ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. Sic etiam πιστεύεσθαι. *Luc. Patr. Enc* 12. οἱ πιστευόμενοι τὰς στρατηγίας. *Diog. Laërt. VII* 38. πιστευθέντος τὴν ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκην. — De ἀλλὰ καὶ v. p. 199.

Καὶ νὴ Δία — περιελαύνειν.] Pergit Lucianus: et qui mehercle in castris quoque aliquando versatus sit militesque viderit dum exercentur instruunturve; tum autem arma norit et machinarum nonnulla genera, et quid sit agmine ducere, quid in frontem; quo pacto ordines, quo pacto equites collocentur et unde vel obequitare vel circumequitare soleant, et quid sit obequitare et circumequitare; omnium denique earum rerum notitiam teneat, quarum ignorantia simulatus iste autopta c. XXIX. ridendum sese praebuit. — De νὴ Δία v. p. 74 sq. — Στρατόπεδα reddidi *castra* cum Gesnero, potuissem et *exercitum,* quo significatu citeriori potissimum aevo passim obvium est. Cf. *Duck. ad Thuc. V.* 55. *Baehr. ad Plut. V. Philop. p.* 58. — Ἐπὶ κέρως et ἐπὶ μετώπου illustravi p. 193 sq. — Ἐξελαύνειν et περιελαύνειν quid differant, dubium esse vix potest. Hoc a tergo, ex adverso illud est aggredi. Ita autem haec accipienda esse censeo, veluti si scripsisset πόθεν sive adeo *πῶς καὶ πόθεν οἱ ἱππεῖς ἢ ἐξελαύνουσιν ἢ περιελαύνουσιν· καὶ τί ἐστι τὸ ἐξελαύνειν ἢ περιελαύνειν.* — Quam vere autem haec Lucianus praecipiat, videre est in Callisthenis exemplo, quem propter ejusmodi ignorantiam merito suo acerbissime *Polybius* reprehendit *XII.* 17—22.

Καὶ ὅλως — ἀπαγγέλλουσι.] Omnino, inquit, non qui domi desideat, illius scilicet instar, qui ne Cenchreas quidem unquam viderat; nec qui referentium fidem unice secuturus sit. Ipsa loca adiisse vult eum, qui historiam conscribendam suscipiat,

Lucianus, quantumque ejus fieri potuit, coram vel vidisse vel audiisse omnia; qua de re ad c. XLVII pluribus dicendum erit. — Κατοικίδιος primum quidem omnino est *domesticus*, v c. κατοικίδιος ὄχλος, domestica turba apud *Dionys. Hal. IX.* 24. 25; deinde autem potissimum, qui, quum prodire in publicum debeat, domi delitescat; v. c. κατοικίδιος βουλή apud Eund. *XI*, 57, de qua sic Canulejus: πονηρῶν τ' ἀρχὰς ἔφη πολιτευμάτων αὐτοὺς εἰςάγειν, ἀπόῤῥητα βουλευτήρια συνάγοντας ἐν ἰδίαις οἰκίαις. H. l. optime respondet nostro *Stubensitzer*, quem alii οἰκουρόν dicunt, v. c. *Plut. Philos. c. Princ.* 1, *p.* 776. *E*: οὐδὲ γὰρ ἰδιώτας οὐδ' οἰκουροὺς οὐδ' ἀπράκτους ἠξίουν εἶναι.

Cap. XXXVIII.

Μάλιστα — δικάζουσιν.] Praecipue autem, inquit, et ante alia omnia animo esto libero, neu metuat quemquam neve rursum quidquam speret; quippe alioquin similis erit pravis judicibus, qui, praemio adducti, vel gratiae aliquid vel simultati tribuunt in judicando. *Cic. de Orat. II.* 15: «Nam quis nescit, primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde, ne quid veri non audeat? neque suspicio gratiae sit in scribendo, neque simultatis?» *Tac. Hist. I.* 1. «incorruptam fidem professis nec amore quisquam et sine odio dicendus est.» Singula fere expedita. — Μήτε — μηδὲ vel οὔτε — οὐδέ, *neque — neque vero*, in vulgus nota post *Dorv. ad Char. p.* 641. *Boisson. ad Philostr. p.* 513. *Schaefer. ad Dionys. p.* 36. *Reisig. Conject. p.* 213. *Stallb. ad Phileb. p.* 56. *Krüger. ad Dionys. p.* 13. *Engelh. ad Lachet. p.* 18 etc. — Locutionem πρὸς χάριν ποιεῖν τι exemplis illustravit *Baehr. ad Plut. V. Alcib. p.* 79. 80. Addere possis v. c. *Demosth. de Cherson. p.* 90. 3. ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν. Simili quodam modo explicandum est, ut ζῆν

πρός τι, de quo paucis egit *Wytt. ad Plut. p.* 1062. Sic *Aristot. Eth. Nic. X.* 9. 10: τὸν ἐπιεικῆ καὶ πρὸς τὸ καλὸν ζῶντα. *Luc. Dial. Meretr. XII.* 2: οὐ πρὸς μόνον σὲ ζῶ; non ad tuum arbitrium vivo? i. e. non te vivendi mihi normam sumo, ad tuas rationes vitam meam compono? non tuam voluntatem sequor in vivendo? Sic πρὸς χάριν δικάζειν est ad gratiae rationes judicium suum componere, gratiam normam sibi in judicando sumere. Iterum occurrit apud Nostrum *Necyom.* 13. μία τις καὶ πρὸς χάριν ἐδικάσθη δίκη. *Hermot.* 36. πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν. Simile est *Bis Abd.* 8. τοὺς μήτε πρὸς ὄργην, μήτε πρὸς διαβολὴν τὸ δίκαιον κρινοῦντας, fere ut *Conv.* 4: μηδὲν πρὸς ὄργην· διηγήσομαι γὰρ, quod e *Soph. Electra* 362 expressum censet *Fritzsch. Quaestt. p.* 74. Conf. et *Aristoph. Ran.* 881: σὺ δὲ μὴ πρὸς ὄργην, Αἰσχύλ', ἀλλὰ πρᾳόνως ἔλεγχ' ἐλέγχου. Quod ibid. c. 26 exstat πρὸς χάριν αὐτῷ σύνεστι, in *Tox.* 12. 15. est πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι sive ὁμιλεῖν.

Ἀλλὰ — ἀναγράφοιτο] Verum ne curet aut Philippum, excusso ipsi ab Astere Amphipolitano sagittario ad Olynthum oculo, sed qualis erat, talis ostendetur; neque an aegre laturus sit Alexander accurate descriptam crudelem illam Cliti caedem in convivio commissam. Memoria lapsus est Lucianus, quum ad Olynthi obsidionem referret id, quod in Methonensi factum esse certatim Intpp. annotarunt. Vide inprimis *Palmer. Exercc. p.* 557 *sq.* qui de re ipsa e *Diodor. Sic. XVI.* 34. *Strab. VIII.* 6. *p.* 374 et *Justin. VI.* 6 fuse exposuit. Astera oppidanum appellat *Solin. Polyhist.* 8, Olynthium autem quisquis conscribillavit *Parallela*, quae inter Plutarchi Moralia exstant, c. 8, *p.* 307. *D*; Amphipolitanum, quod equidem sciam, praeter h. l. nemo. Conf et *Maussac. ad Harpocrat. p.* 239. — Verbo ἐκκόπτειν utitur et *Strabo l. l.* et eadem in re *Demosth. pro Cor. p.* 247. 11. ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦν ὑμῖν ὁ ἀγών, ὑπὲρ

ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον. Adde Eund. *adv. Timocr. p.* 744. 13. ἐάν τις ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἀντεκκόψαι παρασχεῖν τὸν ἑαυτοῦ. *Lucian. Pisc.* 2. *Tox.* 24. 40 et quos laudat *Ast. ad Plat. Remp. p.* 397. — Δειχθήσεται posuit pro δειχθήτω, tanquam antea scripsisset οὐ μελήσει: ita enim haec accipienda esse, demonstrant sequentia φοβήσει, ἡγήσεται etc. Δεικνύναι h. l. est *describere*, ut *Pseudom.* 3: τὸ γὰρ σῶμα, ἵνα σοι καὶ τοῦτο δείξω, μέγας τε ἦν κ. τ. λ., similitudine repetita a pictoribus et statuariis, quo de usu v. *Hemsterh. ad Somn.* 8. — De constr. ἀνιᾶσθαι ἐπί τινι cf., si tanti est, *Jens. Lectt. Lucc. p.* 19. — Ἀναγράφειν haud scio an ita distinguendum sit a συγγράφειν, ut hoc ad dispositionem quoque et artificium pertineat, illud literis tantum consignare res gestas significet. Sic *Dionys. Hal. Jud. de Thuc.* 5, *p.* 819. 4. οἱ μὲν τὰς Ἑλληνικὰς ἀναγράφοντες ἱστορίας, οἱ δὲ τὰς βαρβαρικάς.. *Polyb. II.* 37. 4. οὐ τινὰς πράξεις, καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν, οἷον τὰς Ἑλληνικὰς ἢ Περσικὰς — ἀναγράφειν ἐπικεχειρήκαμεν. *Diodor. Sic. I.* 3. οἱ πλεῖστοι μὲν ἔθνους ἢ μιᾶς πόλεως αὐτοτελεῖς πολέμους ἀνέγραψαν. *Luc. Pseudom.* 1. οὐ μεῖόν ἐστιν ἢ τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου πράξεις ἀναγράψαι. — Σαφῶς h. l. accipias ut διαῤῥήδην, quocum conjunctum vidisti supra C. XIV: *libere, aperte, disertis verbis*, ut v. c. *Demosth. Olynth. III. p.* 31. 13: λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν σαφῶς οὑτωσί. — Ceterum vix dubito quin in his respiciat Callisthenem philosophum, qui, primum quidem ab ipso rege ad prodenda memoriae acta ejus accitus, ut ait *Just. XII.* 6, mox ubi, acerrimus omnino adulationis detrectator, Alexandri animum Cliti caede perculsum per philosophiae blanditias potius quam per adulationem reficere voluisset (*Plut. V. Alex.* 52) regi invisus, sub insidiarum specie in vincula conjectus et crudelissimis suppliciis necatus est; qua caede nulla, ut ait *Curt. VIII.* 8. 21, majorem apud Graecos Alexandro excitavit invidiam, quod praeditum

optimis moribus artibusque, a quo ad vitam revocatus erat, cum interfecto Clito mori perseveraret. — Philippi in historia Theopompum spectari credam; certam quemcunque historicum respici sequentia quoque docent, quae ad Thucydidem (*III.* 36. *IV.* 27. 28. *V.* 10; tum *VII.* 75—86) pertinere dubium esse non possit.

Οὐδὲ — πολλοί.] Neque Cleon eum terrebit, quamvis plurimum auctoritate polleat in concione suggestumque obtineat, quo minus perniciosum illum furibundumque hominem fuisse dicat; neque universa civitas Atheniensium, si cladem Siciliensem narret et captivitatem Demosthenis et Niciae exitum, utque siti laboraverint et qualem aquam hauserint, utque caesi sint inter bibendum plurimi. De Cleone Rud. laudat *Hemst. ad Tim.* 30; mihi, non quo quemquam caput illud sceleratum ignorare credam, sed commendationis gratia appellare liceat *Bremi* et *Döderlein Philologische Beitr. aus d. Schweiz, T. I, p.* 35—60 et *Rötscher, Aristophanes u. s. Zeitalter* (Berolini 1827) *p.* 166 *sqq.* — Μέγα δύνασθαι, *vi et auctoritate pollere,* usu tritum. *Plat. Meno p.* 94. *E.* ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν. *Alc. I. p.* 105. *B.* μέγιστον δυνήσεσθαι ἐν τῇ πόλει. *Gorg. p.* 469. *E.* οὕτω μέγα ἐγὼ δύναμαι ἐν τῇδε τῇ πόλει. Cf. *Lob. ad Phryn. p.* 197. — Κατέχειν τὸ βῆμα dictum est ut in *Suet. V. Titi* 7: scenam tenere. Omnino dixisse Romanos *tenere forum, tenere curiam* de eo qui maxima auctoritate illic polleret, Gronovius observat; idem apte adhibuit Nostri *Conv.* 19: φθονῶν αὐτῷ εὐδοκιμοῦντι καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον. Conf. et *Aristoph. Eccles.* 457: ἀλλ' ἦσαν ἥττους, ὁ δὲ κατεῖχε τῇ βοῇ. — Μανικὸς est, qui vel cupiditate vel iracundia vel aliqua animi perturbatione incitus praeceps ruit ultraque modum sese efferri patitur. Ita de Chaerephonte, quem μανικὸν appellat *Plat. Charm. p.* 153. *B,* idem in *Apol. Socr. p.* 21. *A,* ἴστε δή, inquit, οἷος ἦν Χαι-

ρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὅ,τι ὁρμήσειε. Conf. *Groen van Prinsterer Platon. Prosopogr. p.* 205. Adde *Theaet. p.* 144. *A.* οἵ τε ὀξεῖς ὥςπερ οὗτος καὶ ἀγχίνοι καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι καὶ ἄττοντες φέρονται ὥςπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα καὶ μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι φύονται. Unde *Aristot. Rhetor. II.* 15. 3: τὰ εὐφυέστερα γένη ἐξίσταται εἰς μανικώτερα. — Mox quod captum Demosthenem, interfectum Niciam narrat, oratorio more fecit; distraxit in singulos, quae amborum sors fuerat; uterque enim capti, uterque in carcere a Syracusanis necati. Quicunque praeterea vivi in hostium potestatem venerant, in lapicidinas conjecti sunt, ubi et aestu et fame sitique quam vehementissime illos laborasse refert *Thuc. VII.* 87. Quamquam illa καὶ ὡς ἐδίψων, item ut sequentia, ad ea potius pertinere videntur, quae Niciae deditionem antecessisse narrat *Thucyd. VII.* 84: καί οἱ Ἀθηναῖοι ἐπείγοντο πρὸς τὸν Ἀσσίναρον ποταμόν — ἅμα δε ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας καὶ τοῦ πιεῖν ἐπιθυμίᾳ. — Ἐς δὲ τὰ ἐπὶ θάτερά τε τοῦ ποταμοῦ παραστάντες οἱ Συρακούσιοι ἔβαλλον ἄνωθεν τοὺς Ἀθηναίους πίνοντάς τε τοὺς πολλοὺς ἀσμένους καὶ ἐν κοιλῷ ὄντι τῷ ποταμῷ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ταρασσομένους. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἐπικαταβάντες τοὺς ἐν τῷ ποταμῷ μάλιστα ἔσφαζον. Καὶ τὸ ὕδωρ εὐθὺς διέφθαρτο, ἀλλ' οὐδὲ ἧσσον ἐπίνετό τε ὁμοῦ τῷ πηλῷ ἡματωμένον καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς.

Ἡγήσεται — διώκων.] Arbitrabitur enim, ut aequum est, non fore, in se ut quisquam sana mente praeditus culpam conferat, si, quae vel infeliciter vel imprudenter gesta sunt, ita ut facta sunt, enarraverit; neque enim auctor erat eorum sed nuncius; neque si proelio navali devincantur, ille erit, qui naves demergat, neque si fugiant, ille erit, qui tergis instet. Male, si quid sentio, his Luciani verbis abusus est *Krüger. ad Dionys. p.* 28 ad

impugnandam Dionysii sententiam, qui Thucydidem ob argumentum historiae triste et exsecrandum reprehendit. Neque enim adeo mente captus erat Halicarnassensis, ut auctorem exstitisse illarum cladium Thucydidem existimaret; illud improbat, quod hoc potissimum sibi argumentum tractandum sumserit. Quae controversia ad quaestionem de delectu historico pertinet; Lucianus tractationem tantum spectat. Quales res gestas conscribendas sibi historicus deligere debeat, nullo, si bene memini, loco Noster tradidit; puto, quia omnes historiae aptas existimavit; delectas tantum quemadmodum tractari oporteat, praecipere instituit. Conf. quae dixi p. 66. Ea si Luciani mens esset, quam vult Krügerus, dixisset *ἕξειν αἰτίαν*, non *τὴν αἰτίαν*. Toti h. l. sententiae respondet *Merc. Cond.* 4: *ὅ,τι δ' ἂν οὖν ὁ λόγος αὐτὸς ἐπιὼν ἐξευρίσκῃ, τούτου τὴν αἰτίαν μάλιστα μὲν οἱ ποιοῦντες αὐτοὶ, ἔπειτα δὲ οἱ ὑπομένοντες αὐτὰ δίκαιοι ἔχειν· ἐγὼ δὲ ἀναίτιος, εἰ μὴ ἀληθείας καὶ παῤῥησίας ἐπιτίμιόν τι ἐστίν.* Loquendi rationem *αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος* illustravit *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 314. Sic *Plat. Apol. Socr. p.* 38. *C. ὄνομα ἕξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν.* Quam ut ignorare Lehmannum exspectari vix potuit, ita conspicuum factum est inde quod passive h. l. si Dîs placet accipiendum esse *ἡγήσεται* docuit; omni scilicet id loci structura et sententiae ratione, maxime praepositione *ὑπὸ*, ostendente! — *Κἂν — κἂν* h. l. non tam *sive — sive*, quam potius *si vel*, selbst wenn, significare vult *Fritzsch. Quaestt. p.* 107, vereor ne injuria.

Ἔκτος — παρέλιπεν.] Scilicet, inquit, nisi, ubi votis opus erat, aliquid neglexit. Respici *Demosth. Olynth. III*, *p.* 33. 14: *ἀλλ' οὐχ ἡδέα ταῦτα· οὐκέτι τοῦθ' ὁ λέγων ἀδικεῖ· πλὴν εἴ τι δέον εὔξασθαι παραλείπει· εὔξασθαι μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ῥᾴδιον, εἰς ταὐτὸ πάνθ' ὅσα βούλεταί τις ἀθροίσαντα ἐν ὀλίγῳ* — jam a Solano intellectum est. Conf. et *adv. Leptin.* §. 90: *μήτ' οὖν ἐκεῖνοί ποτε παύσαιντο, εἰ ἄρα εὔξασθαι δεῖ κ. τ. λ.*

Nostro in loco *Schaef. ad Demosth. T. I, p.* 294 delendum esse monuit μή τι, dubito an male. Iterata est, sententiae tenore per parenthesin interrupto, negatio, fere ut *Paras.* 4: εἰ συνᾴδει, σκοπῶμεν, καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μὴ, καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι, μὴ σαθρὸν ἀποφθέγγηται, quem intactum relinquere debebat *Fritzsch. l. l. p.* 153 *sq.* praesertim quum exempla ejusdem usus in part. οὐ et ipse in promtu haberet et apud *Reisig. Comm. Crit. in Soph. Oed. Col. p.* 239. 240 exstare nosset. Nec dubito equidem quin huc pertineat *Soph. Oed. Tyr.* 324: ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε, τἄμ' ὡς ἂν εἴπω, μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά. — De ἔκτος εἰ μὴ dixi p. 92.

'Επεὶ — ἐλπίδων.] Quippe mehercle, inquit, si aut tacendo aut contrariam in partem enarrando restituere illa in integrum poterat, facillimum negotium erat Thucydidi, uno tenuis calami ductu transversam illam in Epipolis munitionem evertere, Hermocratis triremem submergere, sceleratumque istum Gylippum, dum munitionibus vias et fossis intercludit, confodere; postremo Syracusanos quidem in lapicidinas conjicere, Athenienses autem secundum primas Alcibiadis spes Siciliam Italiamque circumvehi. — Παρατείχισμα est τὸ τεῖχος ἁπλοῦν πρὸς τὸ ἐγκάρσιον τετειχισμένον, ut ait *Thuc. VII.* 4, quod statim post Gylippi adventum exstruxerant Syracusani, ne continuo muro urbem ipsorum cingere Athenienses possent. Ipse *Thuc. VII.* 42 appellat τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων, ᾧ ἐκώλυσαν περιτειχίσαι σφᾶς τοὺς 'Αθηναίους. Cf. *Goeller. de situ Syracusarum p.* 95—100. — Ad sequentia bene Rud. post *Dorv. ad Char. p.* 204 et 384 animadvertit, nullam fuisse in illis ad Syracusas proeliis Hermocratis triremem, sed Sicanum et Agatharchum, teste *Thuc. VII.* 70, Syracusanae classi praefuisse. Cessit tamen postea huic homini, praecipuo cladis Atheniensium

auctori, omnis ejus victoriae gloria; adeo ut de illo *Charit. I.* 11: σὺ μὲν, dicat, ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ τριακοσίας ναῦς Ἀθηναίων κατεναυμάχησας: immo *III.* 5 τριήρη illi tribuat στρατηγικὴν, ἔχουσαν ἔτι τὰ σημεῖα τῆς νίκης. — Mox quae ad Gylippum pertinent, iisdem fere verbis refert *Thuc. VII.* 74: Συρακούσιοι δὲ καὶ Γύλιππος τῷ μὲν πέζῳ προεξελθόντες τάς τε ὅδους τὰς κατὰ τὴν χώραν, ᾗ εἰκὸς ἦν τοὺς Ἀθηναίους ἰέναι, ἀπεφράγνυσαν καὶ τῶν ῥείθρων καὶ τῶν ποταμῶν τὰς διαβάσεις ἐφύλασσον. Adde *Plut. V. Niciae* 26: προελθόντες γὰρ ἅμ' ἡμέρᾳ τὰς δυςχωρίας τῶν ὅδων κατέλαβον καὶ τὰς διαβάσεις τῶν ποταμῶν ἀπετείχισαν καὶ τὰς γεφύρας ἀπέκοψαν. Conf. et *Xen. Anab. II.* 4. 4. ἴσως δέ που καὶ ἢ ἀποσκάπτει τι ἢ ἀποτειχίζει, ὡς ἄπορος ᾖ ἡ ὅδος. Illic ἀποσκάπτειν, quod h. l. ἀποταφρεύειν. Sed eo quoque utitur *VI.* 3. 1: ἀπετάφρευσαν, ᾗ ἡ εἴςοδος ἦν εἰς τὸ χωρίον, καὶ ἀπεστάυρωσαν ἅπαντα. Ἀποτειχίζειν est *muro*, ἀποσταυροῦν *sudium vallo munire.* — Τοὺς Ἀθηναίους περιπλεῖν scil. ῥᾷστον ἦν. — Primas Alcibiadis spes narrat *Thuc. VI.* 15: ἐνῆγε δὲ προθυμότατα τὴν στρατείαν Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, βουλόμενος τῷ τε Νικίᾳ ἐναντιοῦσθαι — καὶ μάλιστα στρατηγῆσαί τε ἐπιθυμῶν καὶ ἐλπίζων Σικελίαν τε δι' αὐτοῦ καὶ Καρχήδονα λήψεσθαι. Offensus est h. l. Solanus, si quid sentio, non usu plurali ejus quod est ἐλπίς, quo comprobando operam perdidit Reitzius, sed rara sane loquendi ratione μετὰ — ἐλπίδων, ubi exspectasses κατὰ — ἐλπίδας. At vide an defendi possit loco gemino *Demosth. adv. Leptin.* §. 90: παρὰ τῶν πολιτῶν λόγῳ μετὰ τῶν νόμων τὰ δίκαια λαμβάνοντας, *secundum leges*, i. e. ut expl. Wolf., *ducentibus, praeeuntibus legibus.*

Ἀλλ' οἶμαι — μετατρέψειε.] A t, puto, inquit, quae semel facta sunt, ea ne Clotho quidem retexere nec retro vertere Atropos valeat. Venuste ludit in origine nominum, fere ut

Jove Conf. 11: οὐ γὰρ οἶμαι δυνατὸν εἶναι οὐδὲ αὐταῖς ἔτι ταῖς Μοίραις ἀλλάξαι καὶ μετατρέψαι τι τῶν ἐξ ἀρχῆς δοξάντων περὶ ἑκάστου. Ἡ γοῦν Ἄτροπος οὐκ ἀνάσχοιτο ἄν, εἴ τις εἰς τοὐναντίον τρέψειε τὸν ἄτρακτον, ἀναλύων τῆς Κλωθοῦς τὸ ἔργον. Ἀναλύειν τὸ ἔργον idem est quod h. l. uno vocabulo ἀνακλῶθειν, plane ut apud *Cic. Academ. II.* 29 Penelope telam retexens. Verbum iterum occurrit in Ἐπιγρ. ἀδεσπ. 499 in *Brunck. Anall. T. III, p.* 256:

Εἰ μὲν θνητὸς ἔφυς, πῶς ἀθάνατόν σ' ἐποίησαν
Μοῦσαι καὶ Μοιρῶν νῆμ' ἀνέκλωσαν, ἄναξ;

quod laudat in Lexico Schneiderus. — Οὐδὲ — οὐδὲ cave reddas *nec* — *nec*; id est οὔτε — οὔτε: sicubi geminatur οὐδὲ, priori loco vertendum est *ne* — *quidem*. Cf. *Plat. Jon. p.* 532. *B.* οὐδ' ἐν αὐλήσει γε οὐδ' ἐν κιθαρίσει οὐδ' ἐν κιθαρῳδίᾳ οὐδ' ἐν ῥαψῳδίᾳ κ. τ. λ. *Demosth. de Cherson. p.* 94. 10. μηδὲ προσελθὼν Χεῤῥονήσῳ, μηδὲ Βυζαντίῳ. *Philipp. III, p.* 115. 25. ὥστε οὐδὲ δοκεῖ μοι περὶ Χεῤῥονήσου νῦν σκοπεῖν, οὐδὲ Βυζαντίου. Unum excipio οὐδὲ γὰρ — οὐδέ, ubi pro simplici οὐ dici οὐδὲ constat.

Cap. XXXIX.

Τοῦ — ἐπαίνων.] Unum igitur, inquit, historici negotium est, ut quemadmodum gestae sunt, ita res enarret. Id autem non poterit, dum vel metuat Artaxerxem, quia medicus ipsius est; vel purpuream se candyn aureamque torquem et equum Nisaeum accepturum speret laudum in opere suo praemium. Ctesiam respici, quem medici munere apud Artaxerxem functum esse constat, dudum viderunt Intpp. Conf. *Baehr. ad Ctesiae Fragm. p.* 15. *Rettig* in *Ctesiae Cnidii Vita p.* 15. Maxime ille Nostro ob vaniloquentiam et mendacia invisus. Κτησίας ὁ Κτησιόχου, inquit *Vera Hist. I.* 3, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε

μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσε. Adde *II.* 31. *Philops.* 2 et quos laudat *Baehr. l. c. p.* 41. 51. — Κάνδυς et *στρεπτὸς* ad Medorum proprie cultum pertinebant. Cf. *Xen. Cyr. I.* 3. 2: *ταῦτα γὰρ πάντα* Μηδικά *ἐστι, καὶ οἱ πορφυροῖ χιτῶνες καὶ οἱ κάνδυες, καὶ οἱ στρεπτοὶ περὶ τῇ δέρῃ καὶ τὰ ψέλια περὶ ταῖν χεροῖν· ἐν* Πέρσαις *δὲ τοῖς οἴκοι καὶ νῦν ἔτι πολὺ καὶ ἐσθῆτες φαυλότεραι καὶ δίαιται εὐτελέστεραι.* Adde *Plut. de Virt. Alex. M. Orat. I.* 8, *p.* 329 *F*: Ἀλέξανδρος *οὐ τὴν ἐσθῆτα προςήκατο τὴν* Μηδικὴν, *ἀλλὰ τὴν* Περσικὴν *εὐτελεστέραν οὖσαν.* Τὰ *γὰρ ἔξαλλα καὶ τραγικὰ τοῦ βαρβαρικοῦ κόσμου παραιτησάμενος, οἷον τιάραν καὶ κάνδυν καὶ ἀναξυρίδας κ. τ. λ.* Qui cultus ubi semel ad Persarum principes transierat (*Xen Cyr. VIII.* 3. 1) pedetentim candys juxta cum reliquis omnem Persarum ditionem occupasse videtur, adeo ut, fere ut *ἀναξυρίδες*, barbariei signum haberetur. Unde Noster *Bis Acc.* 27: *βάρβαρον ἔτι τὴν φωνὴν καὶ μονονουχὶ κάνδυν ἐνδεδυκότα εἰς τὸν* Ἀσσύριον *τρόπον. Deor. Conc.* 9. ὁ Μίθρης *ἐκεῖνος* ὁ Μῆδος, *ὁ τὸν κάνδυν καὶ τὴν τιάραν, οὐδὲ ἑλληνίζων τῇ φωνῇ.* Adde *Mort. Dial. XIV.* 4. *Dion. Chrysost. Orat. XXXVII. p.* 467. *B.* Cf. *Spanh. de Usu et Praest. Numism. Diss. VIII. p.* 455—457. *Jacobs. ad Philostr. p.* 558. Purpurea rex insignis erat, e reliquis nemo, arbitror, nisi cui rex dedisset; vulgus scorteis utebantur. Vide quos laudat *Baehr.* in *Creuz. Melett. III, p.* 37; qui quam differentiam purpurae, auctore fretus *Polluce VII.* 58, statuit inter proceres regemque, vereor equidem, ut ulla fuerit. Notum enim vel ex *Estherae Historia VI.* 7 et 8, si quem honore afficere rex vellet, regia veste, qua rex ipse uti consuesset, indutum, equoque regio vectum duci per vias solitum fuisse. Sic urbem Abdera regiis ornamentis, acinace aureo et tiara aurata, donatam a Xerxe narrat *Her. VIII.* 120. Eodemque pertinent aureae torques et Nisaei equi, qui quum proprie regiae dignitatis insignia essent, principibus quoque imperii liberalitate regia donabantur.

Xen. Anab. I. 2. 27: δῶρα, ἃ νομίζεται παρὰ βασιλεῖ τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν καὶ ψέλλια καὶ ἀκινάκην χρυσοῦν καὶ στολὴν Περσικήν. *Cyr. VIII.* 2. 8. τίνος δὲ δῶρα γιγνώσκεται ὥςπερ ἔνια τῶν βασιλέως, ψέλλια καὶ στρεπτοὶ καὶ ἵπποι χρυσοχάλινοι; οὐ γὰρ δὴ ἔξεστιν ἐκεῖ ταῦτα ἔχειν, ᾧ ἂν μὴ βασιλεὺς δῷ. Cf. omnino *Sturz. Lex. Xen. IV. p.* 583. In regiis autem ornamentis torquem collocant *Xen. Cyr. II.* 4. 6. εἴπερ πορφυρίδα ἐνδὺς καὶ ψέλλια λαβὼν καὶ στρεπτὸν περιθέμενος σχολῇ σαλεύων ὑπήκουόν σοι. *Themist. Orat. II, p.* 36. *C*: τιάρα οὐ ποιεῖ βασιλέα, οὐδὲ κάνδυς, οὐδὲ μανδύη, οὐδὲ χρυσοῦς ἀκινάκης, οὐδὲ στρεπτοί τε καὶ ψέλλια. Conf. *Ast. ad Plat. Remp. p.* 585. De equis Nisaeis Gesnerus jam adhibuit *Her. III.* 106. *VII.* 40 et *Casaub. ad Athen. V.* 5, *p.* 216. 16; quibus adde *Jacobs. ad Philostr. p.* 426 et quos laudat *Baehr. ad Plut. V. Pyrrhi p.* 169. — De constr. ἵππον τῶν Νισαίων v. quae dixi p. 62.

Ἀλλ' οὐ — ἁμαρτάνοντος.] At tali, inquit, modo non aget Xenophon, justus scriptor, neque Thucydides; sed sive privato odio aliquem persequatur, multo antiquiora habebit publica commoda, veritatemque pluris faciet quam inimicitias; sive quem amet, peccanti nihilomagis parcet. Iisdem fere verbis historiae officium describit *Polybius I.* 14: πολλάκις μὲν εὐλογεῖν καὶ κοσμεῖν τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις τοὺς ἐχθροὺς, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δὲ ἐλέγχειν καὶ ψέγειν ἐπονειδίστως τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦθ' ὑποδεικνύωσιν. Ὥςπερ γὰρ ζώου τῶν ὄψεων ἀφαιρεθεισῶν ἀχρειοῦται τὸ ὅλον, οὕτως ἐξ ἱστορίας ἀναιρεθείσης τῆς ἀληθείας, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα. Διόπερ οὔτε τῶν φίλων κατηγορεῖν οὔτε τοὺς ἐχθροὺς ἐπαινεῖν ὀκνητέον κ. τ. λ. Adde *XII.* 7. 3.—Xenophontem laudat et *Dionys. Hal. Epist. ad*

Cn. Pomp. 4, *p.* 778. 12. *Rsk.*: ἦθός τ' ἐπιδείκνυται θεοσεβὲς καὶ δίκαιον καὶ καρτερικὸν καὶ εὐπετές, ἁπάσαις τε συλλήβδην κεκοσμημένον ἀρεταῖς. Cf. *Creuzer. de Arte Hist. Gr. p.* 291. Δίκαιον appellat, qui probi judicis instar neque irae quidquam nec tribuat studio; quanquam haud scio an Xenophon, ut ab omni avaritia et cupiditate longissime remotus, ita ob singularem quandam ingenii conformationem aliquanto pronior in Lacedaemoniorum partes fuerit. Longe secus Thucydides; cui quum acerbitatis notam inurere studuisset *Dionys. Hal. l. l.* 3, *p.* 774, 13: ἡ Θουκυδίδου διάθεσις αὐθέκαστός τις καὶ πικρὰ καὶ τῇ πατρίδι τῆς φυγῆς μνησικακοῦσα. Τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἐπεξέρχεται καὶ μάλα ἀκριβῶς, τῶν δὲ κατὰ νοῦν κεχωρηκότων καθάπαξ οὐ μέμνηται ἢ ὥςπερ ἠναγκασμένως: nec sibi ipse constitit, et justa omnium indignatione exceptus est. Cf. *Schulin de Dionysio Hal. p.* 9. *Krüger. ad Dionys. p.* 255. *Poppon. Proleg. in Thucyd. I. p.* 37. Contrariumque testatur in vita ipsius Marcellinus: ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν καὶ τὰ ἤθη μέτριος. — Καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελῆσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας — ὁ δὲ μέτριος καὶ ἐπιεικής, τῆς ἀληθείας ἥττων.

Ἓν γὰρ — αὐτῷ.] U n u m e n i m, inquit, u t d i x i, h o c p r o p r i u m h i s t o r i a e n e g o t i u m, s o l i q u e l i t a r e o p o r t e t, n e g l e c t i s r e l i q u i s o m n i b u s, v e r i t a t i, s i q u i s h i s t o r i a m c o n s c r i b e r e a g g r e d i a t u r. Respicit cap. IX: ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελές, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ: quem ad l. adhibere poteram Timaei dictum apud *Polyb. XII.* 7. 2: τῶν συγγραμμάτων, ὅσα μὲν ἂν ἢ κατὰ τὴν λέξιν, ἢ κατὰ τὸν χειρισμόν, ἢ κατὰ ἄλλο τι διαμαρτάνηται τῶν ἰδίων μερῶν, ἀντέχηται δὲ τῆς ἀληθείας, προσίεσθαί φησι τὸ τῆς ἱστορίας ὄνομα τὰς βίβλους· ὅταν δὲ ταύτης παραπέσῃ, μηκέτι καλεῖσθαι δεῖν ἱστορίαν. Praecla-

rissimam sententiam alii aliter expresserunt. *Diodor. Sic. I.* 2 *προφῆτιν τῆς ἀληθείας ἱστορίαν* appellat. *Dionys. Hal. Jud. de Thucyd.* 8, *p.* 814, 9, ubi honorificentissime sentit de eodem, quem tam acerbe alibi castigasset: *καὶ τῆς ἀληθείας*, inquit, *ἧς ἱερὰν εἶναι τὴν ἱστορίαν βουλόμεθα, πλείστην ἐποιήσατο πρόνοιαν· οὔτε προςτιθεὶς τοῖς πράγμασιν οὐδὲν, ὃ μὴ δίκαιον, οὐδὲ ἀφαιρῶν, οὐδὲ ἐνεξουσιάζων τῇ γραφῇ· ἀνέγκλητον δὲ καὶ καθαρὰν τὴν προαίρεσιν ἀπὸ παντὸς φθόνου καὶ πάσης κολακείας φυλάττων.* Veritatis igitur veluti numinis perpetuo historia servitio est dicata ejusque tanquam oraculo edit mentem; historiam qui colit, veritatis idem quasi sacerdotium suscipit. *Θύειν τῇ ἀληθείᾳ* imitatione quadam dictum est Platonici illius consilii Xenocrati dati, apud *Diog. Laërt. IV.* 6: *θύε ταῖς Χάρισι*, quod ipsum expressit Noster *Lexiph.* 23: *μάλιστα δὲ Χάρισι καὶ σαφηνείᾳ θύε.* Confer et *Philostr. Heroicc. p.* 704: *σεμνὸν γὰρ καὶ μεγαλοπρεπῆ φαίνεσθαι καὶ οἷον ταῖς Χάρισι θύοντα*, ubi vid. *Boisson. p.* 509. Adde *Plut. V. Marii* 2. *Praec. Conjug. p.* 141. *F. Amator. p.* 769. *D* etc. — De *γράψων ἴοι* vide quae dixi *p.* 125.

Καὶ ὅλως — συγγράμμασι.] Omnino, inqnit, regula una mensuraque exacta, ne respiciat eos, qui nunc audiant, sed qui postero aevo cum libris ipsius sint versaturi. Solvere instituit nomen, quod contraxerat cap. IX initio: *μέτρον ἐπακτέον τῷ πράγματι τὸ μὴ ἐπαχθὲς τοῖς ὕστερον ἀναγνωσομένοις αὐτὰ καὶ ὅλως πρὸς τὰ ἔπειτα κανονιστέον τὰ τοιαῦτα, ἅπερ μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν.* Saepius tamen redibit ad eandem sententiam, quam, auctore Thucydide, normam proponit historico: *κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παρὸν ἀκοῦσαι*, cf. c. LXI. Vide omnino adn. p. 38 et 40. — *Συνεῖναι*, ut *ἐντυγχάνειν*, a vitae communis consuetudine ad literarum studia tralatum est. Sic v. c. *Aristoph. Nub.* 1394: *γνώμαις δὲ λεπταῖς καὶ λόγοις ξύνειμι καὶ μερίμναις. Luc. de Saltat.* 2.

ἀφέμενος τοῦ περὶ τὰ βελτίω σπουδάζειν καὶ τοῖς παλαιοῖς συνεῖναι. *Philops.* 5. ἑξηκοντούτης ἀνὴρ ἔτι καὶ φιλοσοφίᾳ ξυνών etc.

Cap. XL.

Εἰ δὲ — γυμναστική.] Praesentis autem si quis, inquit, aevi studia captet, merito ille adulatorum ad gregem referri possit, quos dudum historia statim ab initio non minus aversata est, quam mangonum artem gymnastica. Pridem intellectum est Solano et Gesnero, respici Platonicam illam artium distributionem in *Gorgia, p.* 465. *B,* quam paucis expressit *Quinctil. Institt. II.* 15. 25: „duas partes civilitatis corpori assignat, medicinam et quam interpretantur exercitatricem; duas animo, legalem atque justitiam, adulationem autem medicinae vocat coquorum artificium, et exercitatricis mangonum, qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiuntur; legalis cavillatricem, justitiae rhetoricam." Neque historiae, quam, philosophiae omnis, ut ait Diodor. l. c., veluti μητρόπολιν, artem civilem merito appellare possis, deest altera adulatoria, quae quum habitu externo specieque illam mentiatur, diversissimo consilio, neglectis juxta cum veritate posterorum judiciis, aequalium tantum sibi quocunque modo benevolentiam conciliare studeat. Hoc est τὸ παραυτίκα θεραπεύειν, fere ut c. XIII: τὸ τήμερον, καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ χρειῶδες, ὅ,τι ἂν ἐκ τῆς ἱστορίας ἐλπίσωσι, θεραπεύειν. Bene Rudolphus adhibuit *Sophocl. Philoct.* 149: πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 540. Τὸ παραυτίκα apte expl. *Heind. ad Protag. p.* 620: „cujus in praesens est fructus citoque perit." Adde *Jac. ad Tox. p.* 111. Sic τὸ παραυτίκα ἡδὺ *Plat. Phaedr. p.* 239. *A.* ἡ παραυτίκα ἡδονὴ καὶ ῥαστώνη *Demosth. Philipp. II, p.* 72. 16. ἡ παραυτίκα χρεία, *Lucian. Merc. Cond.* 1 etc. — De εἰκότως dixi p. 181. — Νομισθείη: *consensu omnium communibusque*

judiciis habeatur. *Plat. Gorg. p.* 466. *A*: *δοκοῦσί σοι ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες; Luc. Pro Imm.* 22. *γόης ἂν καὶ τοῦ* Κυναίθου *κολακικώτερος ὄντως νομιζοίμην.* Gen. traxit ut *Soph. Oed. Col.* 39: *τίνος θεῶν νομίζεται;* — Μερίς est pars, quae ipsa rursus quodammodo totum constituat. H. l. dictum est ut *Dem. pro Cor. p.* 246. 10: *τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν; p.* 286. 27: *ἀπιστεῖν αὐτοῖς, ὡς ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν οὖσι μερίδι.* — Ἀποστρέφεσθαι illustravi p. 86. — De eo quod est *ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς* vix est quod moneam post *Baehr. ad Plut. V. Alcib. p.* 78. Nostro loco respondet *Bis Abd.* 29: *πολὺ τοὺν μέσῳ, βίῳ παντὶ καὶ πράξεσιν ὅλαις καὶ πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς κεχωρισμένων.* Nolui autem inserere cum Lehmanno *καὶ* ante *ἐξ ἀρχῆς*, quod inculcatum arbitror a librariis, dulcissimae illius abundantiae ignaris, quam tetigi p. 99. Quid quod jam ipsa illa, *ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς*, pleonasmi speciem referunt? Saepiuscule enim *ἐξ ἀρχῆς* ponitur ut *εὐθύς. Aristoph. Plut.* 1112. *ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν. Demosth. Philipp. III, p.* 114. 14. *ὁ τοίνυν Φίλιππος ἐξ ἀρχῆς ἄρτι τῆς εἰρήνης γεγονυίας κ. τ. λ.* Cf. *Per. ad Ael. IV.* 5. — De *κομμωτικῇ* v. p. 61. 62.

Ἀλεξάνδρου — *εὔνοιαν.*] Sic v. c., inquit, Alexandri, quem jam c. XII justum adulationis in historia existimatorem cognovimus, hoc quoque dictum memoriae proditum est, qui, « libentissime, inquit, Onesicrite, quamvis exiguum ad tempus post mortem reviviscerem, ut, quibus istaec animis tunc homines legerent, experirer. Qui si nunc ea laudibus excipiunt propensisque studiis amplectuntur, mirari noli; non exiguam enim hanc arbitrantur escam, qua sibi quisque benevolentiam nostram hamare possit. » Dubium esse vix potest, quin ipsius potissimum Onesicriti historiarum libros dictum hoc magni regis tangat; quibus

illum Cyropaediae ad instar Alexandri laudes composuisse narrat *Diog. Laërt. VI.* 84, quem vide. Πάντες μὲν, inquit *Strabo XV.* 1, *p.* 698, οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀπεδέχοντο μᾶλλον· ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τοὺς τοσούτους ἐκεῖνος τῇ τερατολογίᾳ. Qui quum, proximus a Nearcho classis praefectus (*Plut. de Fort. Alex. M. Orat. I.* 10. *Plin. Hist. N. II.* 75. *Arrian. VI.* 2.), socius illi in expeditione Indica marisque exteri navigatione fuisset (*Plin. Hist. N. VI.* 24. *Curt. IX.* 10. 3.), inaudita plurima, incredula et prodigiosa, ut ait *Gell. IX.* 4, de regionibus illis conscripsisse fertur, adeo ut οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτης audiat Straboni. Addit tamen, λέγειν δ' οὖν τινὰ καὶ πιθανὰ καὶ μνήμης ἄξια, ὥςτε καὶ ἀπιστοῦντα μὴ παρελθεῖν αὐτά: unde factum est, ut et a Plutarcho in V. Alex. M. (8. 15. 46. 60. 61. 65.) et ab aliis saepissime ejus testimonium adhiberetur. Cf. vel Nostri *Macrob.* 14. *Peregr.* 25. V. omnino, quem Gesn. laudat, *Fabr. Bibl. Gr. III.* 8. et Sanctocrucii *Examen Critique des Historiens d'Alexandre le Grand, p.* 38. 39. — Ἡδέως ἂν — ἀνεβίουν usitatissimo loquendi genere dictum est. V. quos afferunt *Boisson. ad Philostr. p.* 330. *Stallb. ad Plat. Phaed. p.* 181. *Grauert. ad Aristid. p.* 116. Adde *Plat. Theaet. p.* 143. *E.* ἡδέως ἂν πυθοίμην. *Republ. V, p.* 470. *A.* ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. *Lucian. Nigr.* 1. ἡδέως δ' ἂν παρὰ σοῦ πυθοίμην. *Philops.* 16 etc. H. l. Imperf. utitur, quia fieri non posse, quod cupit, intelligit Alexander. — Πρὸς ὀλίγον. *Deor. Dial. XVIII.* 1. *Bis Abd.* 20. 22 etc. Huc potissimum *Mort. Dial. XXIII.* 1: δέομαι δὲ ἀφεθεὶς πρὸς ὀλίγον ἀναβιῶναι πάλιν. *Pisc.* 4. ἀνεληλύθαμεν ἐπὶ σὲ παραιτησάμενοι πρὸς ὀλίγον τὸν Ἀϊδωνέα. — Ἀσπάζεσθαι dicimur omne id, quo delectamur, quod sequimur, ut ait *Dorv. ad Char. p.* 224, quem vide. — Δέλεαρ et ἀνασπᾶν τὴν εὔνοιαν simili quadam figura dicuntur, ut θηρᾶσθαι τὴν εὔνοιαν cap. XI.

Δέλεαρ de quavis captatione usitatissimum. *Hemst. aa Dial. Mort. VIII.* 1.

Ὁμήρῳ — ἐψεύδετ' ἄν.] Quid quod Homero, inquit Noster, quamvis fabulosa plurima Achillis in laudem scripserit, jam fidem ut habeant quidam adducuntur, unum illud gravissimum documentum ad comprobandam eorum quae ille scripsit veritatem esse rati, quod non de vivo scripsit. Neque enim inveniunt, cujus rei causa mentitus fuerit. Constans erat apud veteres opinio, eo potissimum consilio scriptam ab Homero esse Iliada, ut Achillis in ea laudes praedicaret. Quo respicit Alexandri dictum apud *Cic. pro Arch.* 10, qui, quum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, „o fortunate, inquit, adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris." Cf. *Plat. Hipp. Min. p.* 363. *B.* ὅτι ἡ Ἰλιὰς κάλλιον εἴη ποίημα τῷ Ὁμήρῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια· τοσούτῳ δὲ κάλλιον, ὅσῳ ἀμείνων Ἀχιλλεὺς Ὀδυσσέως εἴη· ἑκάτερον μὲν γὰρ τῶν ποιημάτων τὸ μὲν εἰς Ὀδυσσέα ἔφη πεποιῆσθαι, τὸ δ' εἰς Ἀχιλλέα — Restituta vetere lectione ὑπάγονται bene meruisse de textu Luciani Rudolphum recte Lehmannus pronunciavit. Minus bene Rud., quod in testimonium adhibuit *Merc. Cond.* 7: ταῦτα ὑπάγει αὐτοὺς καὶ δούλους ἀντ' ἐλευθέρων τίθησιν. Illic enim potius est *in servitutem redigere*, veluti *collum jugo subdere, subigere*, ut *Fug.* 6: ἐνδεξόμενον τὸν χαλινὸν καὶ ὑπαχθησόμενον τῷ ζυγῷ. *Deor. Dial. XVIII.* 1: τοὺς Θρᾷκας ὑπηγάγετο etc. Nostro loco sign. ratione vel arte subigere, i. e. *inducere, compellere, persuadere.* Sic *Icarom.* 5. πείθεσθαί τέ με ἠξίουν καὶ πρὸς τὸν αὑτοῦ λόγον ἕκαστος ὑπάγειν ἐπειρῶντο. *Bis Abd.* 23. τὰ γὰρ τοιαῦτα ἱκετείαις καὶ δεήσεσιν, οὐ νόμοις καὶ ὀργαῖς καὶ δικαστηρίοις ὑπάγειν, οἶμαι, προσήκει. Fons locutionis, nisi fallor, *Demosthenes*, quem conf. v. c. Π. Συμμ. *p.* 188. 4. οὔτε φοβεῖσθαί φημι δεῖν πέρα τοῦ μετρίου, οὐθ' ὑπαχθῆναι προ

τέρους ἐκφέρειν τὸν πόλεμον. Licueritne etiam dicere ἐπάγονται, discernere nolo; elegantissimum, si quid sentio, fuisset προάγονται. *Herc.* 7. πάντα ποιεῖν προάγομαι. *Eun.* 6. καὶ ἤδη γελᾷν καὶ αὐτὸς προάγομαι. *Gall.* 15. προάγεις γάρ με λοιδορεῖσθαί σοι. *Nigr.* 25. οἱ δὲ ἀστειότεροι πολλάκις αὐτῶν καὶ ᾆσαι προήχθησαν. 30. ἃ δὲ καὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ γελάσαι προήχθην. Adde *Dem. adv. Mid.* 23 : οὐ γάρ ἔγωγε προαχθείην ἂν εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς τῶν τότε ῥηθέντων οὐδέν. *De Falsa Leg. p.* 355. 11 : κἂν ἄρα εἴπητέ τι καὶ προαχθῆθ᾽ ὑμεῖς ἐπαγγείλασθαι. *Ael. Aristid. Tom. I. p.* 85 ed. Jebb. διὰ ταῦτα μάλιστα ἐπιστεῖλαι προήχθην. Conf. *Dorv. ad Char. p.* 313. — Mox abundanter dictum est τεκμήριον εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας, ubi sufficiebat τεκμήριον τῆς ἀληθείας. Cf. *Weſs. ad Diod. I.* 10. — Ad extr. οὗ τινος ἕνεκα ἐψεύδετ᾽ ἂν suppl. εἴπερ ἄρα ἐψεύδετο : quod quia negant illi, per Imperf. expressum est.

Cap. XLI.

Τοιοῦτο — ὀνομάσων.] Talis igitur mihi, inquit, historicus esto, intrepidus, incorruptus, ingenuus, libertatis veritatisque amicus, qualis apud Comicum est, qui ficum ficum, scapham appellaturus sit scapham. — Ἀδέκαστος est, qui se non patitur δεκάζεσθαι. Bene Rudolphus adhibuit *Timaei Lex. p.* 75 : Δεκάζει ὁ κρίσιν ὠνούμενος παρὰ δικαστοῦ. Δεκάζεται ὁ κρίσιν πιπράσκων· ἔνθα ἀδέκαστος ὁ μὴ πιπράσκων καλεῖται. Adde *Bekk. Anecdd. p.* 236. 3 : δεκάζειν τὸ διαφθείρειν τοὺς δικαστὰς ἢ ἐκκλησίας τοῖς χρήμασι καὶ δώροις. Ἐκλήθη δὲ τὸ πρᾶγμα οὕτως, ἐπεὶ κατὰ δέκα συναθροιζόμενοι ἐλάμβανον τὰ δῶρα. Eundem sensum refert lat. *decuriare*, i. e. « in decurias conscribere, quod, ut ait *Ernest.* in *Clavi Ciceron.*, faciebant, qui tribuum largitione corrumpendarum causa coitiones faciebant. » Cf. *Sigon. de*

Ant. Jure P. R. Tom. II. p. 648. Coiisse videntur in decurias, δεκάδας, qui largitionem accepturi essent, ut et celerius negotium expediri et sua cuique portio aequabiliter tribui posset. Quamquam bene novi, esse, qui aliter statuant. V. *Schömann* et *Meier, der att. Procefs, p.* 150. Exemplis illustrat δεκάζειν *Wytt. ad Plut. p.* 636. Nostri vocabuli haec sufficiant: *Aristot. Eth. Nic. II.* 9. 6. ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν· οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν. *Dionys. Hal. Jud. de Thucyd.* 34. 5, *p.* 898. 8: Ὅσοι δ' ἀδέκαστον τὴν διάνοιαν φυλάσσουσι. *Aelian. V. H. I.* 34. ἀκριβὴς ἔσται δικαστὴς καὶ ἀδέκαστος. *Lucian. Hermot.* 64. νοῦ ὀξέος καὶ διανοίας ἀκριβοῦς καὶ ἀδεκάστου, οἵαν δεῖ εἶναι τὴν περὶ τῶν τηλικούτων δικάσουσαν. *Amor.* 4. σὺ δὲ ἐκτὸς ὢν, ἀδεκάστῳ κριτῇ τῷ λογισμῷ τὸ βέλτιον αἱρήσει. Et, quo usus est Sol., *Philostr. Sophistt. p.* 593: ἀδεκάστους δὲ ἀκροατὰς καλῶ τοὺς μήτε εὔνους μήτε δύςνους. — Quae in extr. e Comico quodam — quem ut Aristophanem esse verisimile est, ita comprobari ullo modo nequit — sententia excitatur, hunc fere versum senarium constituisse credam:

Τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων.

Eandem respici in *Jud. Voc.* 8: οὐ μετρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ καὶ πίμπραμαι, δεδιὸς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκά τις ὀνομάσῃ — jam Solano ibi intellectum est. Paulum mutata iterum exstat in *Jove Trag.* 32: ἐγὼ γάρ, ὡς ὁ Κωμικὸς ἔφη, ἄγροικός εἰμι τὴν σκάφην σκάφην λέγων. Cf. et Philippi dictum: σκαιοὺς καὶ φύσει ἀγροίκους εἶναι Μακεδόνας καὶ τὴν σκάφην σκάφην λέγοντας, apud *Plut. Apophth. p.* 178. *B,* ubi *Wyttenb. p.* 1063 adhibuit *Julian. Orat. VIII. p.* 208. *A:* κατὰ τὸν Κωμικὸν τὴν σκάφην σκάφην λέγοντα. Hinc judicium fiat de ipsa loci sententia. Et hoc quidem perspicuum est, proverbii loco esse, de eo homine, qui nude et aperte eque animi sui sententia,

omissa omni vel arte vel ambage vel mitigandi studio, quod res sit, dicat, neque adeo turpia atque inhonesta vel odiosa suis nominibus appellare refugiat: rustici instar, qui de rebus agrestibus nisi agrestibus verbis exponere nesciat. Ἁπλοῦς, enim, ut ait *Eur. Phoeniss.* 470:

ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ
κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.

Quamquam haec duo potissimum, σῦκα et σκάφη, cur appellata sint, occultas qualescunque causas subesse debere quem fugiat? Nec dubito quin per σῦκα tangantur, ut saepissime, sycophantae. « Elegantissime, *Casaub.* inquit *ad Aristoph. Equ.* 259, utitur voce συκάζειν, alludens ad v. συκοφαντεῖν. » Adde *Bergl. ad Ejusd. Plutum* 947. Sic *Athen. VIII.* 27, *p.* 342. *C*, allato *Axionici* loco *e Phileuripide:*

σὺ μὲν ἀμφὶ σῦκα καὶ ἀμφὶ τάριχ' ἀγάλλει:

τὰ μὲν σῦκα, inquit, ὡς ἂν συκοφάντην λοιδορῶν· τὰ δὲ ταρίχη μήποτε καὶ ὡς αἰσχροποιοῦντος. Hinc *Eustath. ad Odyss.* M, *p.* 1719. 9: τοῖς δέ τε φευκτέοις, inquit, καπνοῖς ἐναριθμητέον καὶ τὸν κωμικευόμενον ἀπὸ σύκων εἶναι καὶ αἰνιττόμενον τὸν συκοφάντην, ὃς οὐ βλέφαρα δάκνων λυπεῖ ἀλλὰ ψυχὴν αὐτήν: quo utitur *Brunck. ad Aristoph. Vesp.* 145. Quae quum ita esse constet, per σκάφην quoque respici arbitror inquilinos. Etenim, teste *Harpocr. p.* 198, ἐκάλουν οἱ κωμικοὶ σκαφέας τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι: qua de σκαφηφορίᾳ laudasse sufficiat *Valesium ad l. c. p.* 172, *Per. ad Ael. VI.* 1 et *Boeckh. Oec. Civ. Ath. T. II, p.* 76. — Hunc igitur interiorem Comici sensum fuisse accipe: « sycophantam appello qui sycophanta est, et qui inquilinus est, inquilinum. » Inquilini quo pacto sycophantarum in societatem venerint, si mirare, plerosque illorum, qui post Periclis mortem Athenarum principatum affectarunt, inquilinos natos fuisse memento; v. *Döderlein* (*Philol. Beitr.*) *l. l. p.* 39.

Οὐ μίσει — δυςωπούμενος.] Pergit Noster: qui neque odio quidquam neque amicitiae tribuat; nec parcat ulli, nec misericordia se vel pudore vel verecundia moveri patiatur. — Νέμειν, *dare* sive *tribuere* aliquid, multum, plurimum, dicimur quibuscunque rebus, quas in actione aliqua maxime respicimus, quarumque nos auctoritate ad hoc vel illud potissimum faciendum impelli sinimus. Sic *de Saltat.* 25: *καὶ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἠξίου, μέγιστον νέμων εὐρυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ. Zeux.* 2. *οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, οὔτε* (lege *οὐδὲ*) *ὅλον τῇ καινότητι νέμειν ἠξίουν.* Cf. *Schaef. ad Dionys. p.* 197. *Valck. Diatr. p.* 77, et *ad Hippolyt. p.* 306, ubi quod nostro in loco *οὔτι* legi jussit, non injuria Accusativum desideravit; quamquam haud scio an legere praestet *οὐ μίσει οὐδὲ φιλίᾳ νέμων οὐδέν*, quod facile excidere potuit ante *οὐδέ*. — *Αἰσχύνεσθαί τινα*, *reverentia alicujus moveri* vel *prohiberi, cavere ne praesente* vel *conscio aliquo quid committas*, minime insolens est. *Plat. Euthyphr. p.* 15. *E: καὶ τοὺς θεοὺς ἂν ἔδεισας παρακινδυνεύειν — καὶ τοὺς ἀνθρώπους ᾐσχύνθης. Critone, p.* 47. *D. ὃν δεῖ καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους. Tim. p.* 49. *D. παγίως διισχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖταί τις αὐτόν; Epist. VII, p.* 328. *C. αἰσχυνόμενος μὲν ἐμαυτὸν τὸ μέγιστον. Aristot. Rethor. II.* 2. 22. *οὓς αἰσχύνονται ἢ ἐν τοῖς αἰσχυνομένοις αὐτούς.* Alia vide apud *Sturzium* in *Lex. Xen. T. I, p.* 90. — Qui nec parcere ulli nec misericordia unquam adduci debeat, ne ea quae vel minus prospere vel imprudenter vel turpiter alicui gesta sint, ita, ut gesta sunt, narret, eum ne sibi ipsi quidem si quae male cesserunt in negotiis publicis administrandis, pudore ductum vel tacere illa vel in meliorem partem narrare historicum vult Noster, sed Thucydidem potius imitari, qui vel exsilii sui causas, ita ut facta res est, aperte refert. Maxime autem cavendum est illi a vitioso pudore sive *δυςωπίᾳ*, *ὑπερβόλῃ τοῦ αἰσχύνεσθαι*, ut ait Plutarchus, qui singulari libello de

ea egit; qua, vel ubi careat noxa, anxie circumspectet, ne ulla re reprehensionem incurrat aque malevolo quodam sibi ob hoc illudve vel invidia excitari vel imprimi nota possit: neve offendat quempiam, quem suspicere debeat, neve aut reverentiae aut verecundiae aut pietati parum tribuisse videatur. Etenim, *Plutarchus* inquit *p.* 528. *F*, *καὶ τοῦ πρὸς τὸν ψόγον ὑπόπτου καὶ ψοφοδεοῦς τὸ ἄγαν ἀφαιρετέον· ὡς οὐχ ἧττον ἔνιοι πολλάκις ἀκοῦσαι κακῶς ἢ παθεῖν δείσαντες, ἀπεδειλίασαν, καὶ προήκαντο τὸ καλὸν, οὐ δυνηθέντες ὑπομεῖναι τὸ ἄδοξον.* Omnino *δυςωπεῖν* nos dicuntur illa, quae scrupulum nobis et religionem injiciunt itaque nos ab agendo eo, quod instituimus, absterrent. Sic *Plut. an seni sit ger. resp.* 1, *p.* 783. *B. μάλιστα δὴ τούτῳ τὸ φιλότιμον ἀμβλύνειν καὶ δυςωπεῖν δοκοῦσι. Δυςωπεῖται* igitur quicunque vel metu vel suspicione vel verecundia vel aliqua religione aut cohiberi se aut impelli aliquo patitur. Unde *Bekk. Anecdd. p.* 234. 23: *δυςωποῦμαι τὸ αἰσχύνομαι καὶ ὑφορῶμαι καὶ φοβοῦμαι· καὶ τὸ ἀηδῶς ὁρᾷν ἢ ὁρᾶσθαι. Thom. M. p.* 255: *τὸ δυςωποῦμαι παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαίοις ἀντὶ τοῦ ὑφορῶμαι καὶ ὑποπτεύω τίθεται, καθὰ καὶ Πλάτων ἐν Φαίδρῳ χρῆται· παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον ἀντὶ τοῦ ἐντρέπομαι καὶ οὐκ ἀντέχω δι' αἰδῶ· ὅ βούλεται καὶ Πλουτάρχῳ τὸ περὶ δυςωπίας βιβλίον.* Nomen ductum ab anxietate ipso vultu conspicua, *τρόπον τινὰ τοῦ προςώπου τῇ ψυχῇ συνδιατρεπομένου καὶ συνεξατονοῦντος*, ut ait Plutarchus. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 502. *Ruhnk. ad Timaeum p.* 90. *Lobeck. ad Phrynich. p.* 190. Cum Accusativo quoque construi, fere ut *ἀποστρέφεσθαι*, docent loci, qualem unum Rud. adhibuit *Dionys. de Compos.* 12, *p.*69. 12. *Rsk.*: *δυςωπεῖσθαι δ' οὐδὲν οἴομαι δεῖν οὔτ' ὄνομα οὔτε ῥῆμα ὅ γ' ἐπιτέτραπται μὴ σὺν αἰσχύνῃ λέγεσθαι*: ubi idem est quod *ὀκνεῖν λέγειν.*

Ἴσος — δέοντος.] A e q u u s j u d e x e t q u i f a v e a t o m n i b u s, m o d o n e q u i d a l t e r u t r i s u p r a q u a m j u s t u m s i t, t r i b u e r e d e b e a t. Ἴσος

δικαστὴς est, qui eundem animum gerit adversus omnes aque partium studio procul abstinet. Distinguit sane subtilissime Prodicus apud *Platon. Protag. p.* 337. *A:* *χρὴ γὰρ τοὺς ἐν τοιοῖςδε λόγοις παραγιγνομένους κοινοὺς μὲν εἶναι ἀμφοῖν τοῖν διαλεγομένοιν ἀκροατὰς, ἴσους δὲ μή. Ἔστι γὰρ οὐ ταὐτόν.* Κοινῇ *μὲν γὰρ ἀκοῦσαι δεῖ ἀμφοτέρων, μὴ ἴσον δὲ νεῖμαι ἑκατέρῳ· ἀλλὰ τῷ μὲν σοφωτέρῳ πλέον, τῷ δὲ ἀμαθεστέρῳ ἔλαττον.* At saepissime haec eandem fere potestatem gerere jam *Heind. ad h. l. p.* 559 allatis exemplis comprobavit. Adde quos laudat *Ast. de Plat. Vita et Scr. p.* 72, inprimis copiosissimam disputationem *Valcken. ad Ammon. p.* 106—109. Sic Noster *Amor.* 4: *καί μοι γένου δικαστὴς ἴσος, ἐπεὶ μηδ' εἰς ἕτερόν σε τοῦ πάθους ῥέποντα ὁρῶ:* *Achill. Tat. VI.* 9. *ἓν οὖν σου δέομαι· γένου μοι δικαστὴς ἴσος, καὶ καθάρας μέν σου τὰ ὦτα τῆς διαβολῆς, ἐκβαλὼν δὲ τῆς καρδίας τὴν ὀργὴν, τὸν δὲ λογισμὸν ἐπιστήσας κριτὴν ἀκέραιον ἄκουσον.* Cf. et *Hemsterh. Anecdd. p.* 185. Simile est illud *Demosth. pro Cor. p.* 226. 10: *τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι*, quod expressisse arbitror Nostrum in loco omnino gemino *Calumn.* 8: *ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν, ἄχρις ἂν ὁ τοῦ δευτέρου λόγος παρατεθεὶς θατέρου χείρων ἢ ἀμείνων φανῇ.* Bene dictum est *ἀπονέμειν* de judice, qui de jure, veluti communi civium omnium thesauro, suam cuique portionem aequabiliter exhibeat. Omnino *ἀπονέμειν* sign. *justam alicui partem pro dignitate meritisque tribuere.* Sic *Aristot. Eth. Nic. IV.* 6. 8. *ὁμοίως δὲ κατὰ τὰς ἄλλας διαφορὰς ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον.* Saepissime apud Nostrum invenies *ἀπονέμειν συγγνώμην*, *merito alicui ignoscere*, *Nigr.* 14. *Prom.* 10. *Alex.* 17. *Deor. Dial. XXV.* 3. *Ἀπονέμειν χάριτας Diod. I.* 1; *τιμὴν*, id. *I.* 14 etc.

Ξένος — λέγων.] Peregrinum denique in libris suis se gerere historicum vult Lucianus, et qui

patriam nesciat legibusque utatur suis nec regem norit; securum, hic vel ille quid existimaturi sint, nec nisi quae facta sunt, narrare studiosum. Eandem *Polybius* quoque sententiam professus est *I.* 14: *καὶ γὰρ φιλόφιλον δεῖ εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ φιλόπατριν καὶ συμμισεῖν τοῖς φίλοις τοὺς ἐχθροὺς καὶ συναγαπᾷν τοὺς φίλους. Ὅταν δὲ τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ τις, ἐπιλανθάνεσθαι χρὴ πάντων τῶν τοιούτων κ. τ. λ.* Conf. ad c. XXXIX. Peregrinum in libris Lucianus appellat eum, qui dum historicum opus condat, civem se esse obliviscatur, scilicet ut ne patriae caritate corruptus iniquus hostibus, civibus justo aequior exsistat. Quod ideo moneo, ne ut *hospitem* accipias *in re literaria*, i. e. *ignarum, rudem*, uti est apud *Plat. Apol. Socr. p* 17. *C: ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. Cicero de Orat. I.* 50: «Fateor enim, callidum quendam hunc et nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.» *II.* 30: Si erit idem in consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes.» — *Λογιζόμενον* puta veluti rationes ducentem apud animum suum computantemque atque perpendentem, quantum sibi ab hoc gratiae, ab illo inimicitiarum eventurum sit. Latine optime reddideris *apud se reputare.* Sic *Dem. adv. Mid.* 23. *σκέψασθε δὴ — καὶ λογίσασθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς.* — Potuit et *ὑπολογιζόμενος. Plat. Crit. p.* 48. *D. μὴ οὐ δέῃ ὑπολογίζεσθαι οὔτ' εἰ ἀποθνήσκειν δεῖ παραμένοντας κ. τ. λ. Apol. Socr. p.* 28. *B. οὐ καλῶς λέγεις, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι. Politic. p.* 293. *D. τούτων ὑπολογιστέον οὐδέν. Phileb. p.* 28. *D. μηδὲν μῆκος ἡμῖν ὑπολογιζόμενος. Aristot. Politic. VII.* 3. 3: *μήτε πατέρα παίδων μήτε παῖδας πατρὸς μήθ' ὅλως φίλον φίλου μηθένα ὑπολογίζειν. Lucian. Hermot.* 23. *μήτε κάματον ὑπολογιζόμενος τὸν ἐν τῇ ὁδῷ κ.τ.λ.* Idem est *ὑπολόγον ποιεῖσθαι* sive *τίθεσθαι.* Cf. *Heind. ad Protag. p.* 607.

Cap. XLII.

Ὁ δ' οὖν — βιβλία.] Omnino, inquit, Thucydides praeclarissime hanc legem tulit virtutemque in historico inter et vitium distinxit; ut qui maxima omnium admiratione florentem Herodotum videret, adeo ut Musarum etiam nominibus libri illius appellarentur. — Δ' οὖν saepissime usurpatur in fine vel continuae cuidam enumerationi vel dubitationi difficili ac diuturnae imponendo; qui quum latissime usus pateat, non iisdem ubique verbis reddere latine possis. Sic v. c. est *tandem* vel *postremo* apud Nostrum *Pseudom.* 31: *ὁ δὲ — περιῄει, τὰ μὲν διηγούμενος ὡς ἀκούσειε, τὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ προςτιθείς. Ἐνέπλησε δ' οὖν τὴν πόλιν κ. τ. λ. Tox.* 16. *ἀπολιποῦσα αὐτὸν ἄλλον τινὰ — ἐθήρα καὶ μετέβαινεν ἐπ' ἐκεῖνον καὶ ἤρα ἤδη αὐτοῦ κἀκεῖνος ἐπίστευεν. Ἀμελούμενος δ' οὖν ὁ Δεινίας κ. τ. λ. Philops.* 14. *τὸ μὲν γὰρ πρῶτον γυναικείαν μορφὴν ἐπεδείκνυτο, εἶτα βοῦς ἐγένετο πάγκαλος, εἶτα σκύλαξ ἐφαίνετο. Τέλος δ' οὖν ὁ Ὑπερβόρεος κ. τ. λ. Icarom.* 23. *ἅπαντα διηγούμην σαφῶς ἄνωθεν ἀρξάμενος — μειδιάσας δ' οὖν ὁ Ζεὺς κ. τ. λ.* Est ubi signif. *quid verbis opus est?* vel *quae utut sint*; v. c. *Plat. Tim. p.* 28. *B: ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ,τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω — σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον. Alc. II. p.* 140. *B: οὐκοῦν τοὺς σκυτοτόμους καὶ τέκτονας καὶ ἀνδριαντοποιοὺς καὶ ἑτέρους παμπληθεῖς — οὓς τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν; ἔχουσι δ' οὖν διειληφότες δημιουργίας μέρη. Anterast. p.* 133. *A. ὅ,τι μὲν οἱ ἐρασταὶ ἔπαθον, οὐκ οἶδα, αὐτὸς δ' οὖν ἐξεπλάγην*: quem l. expressum arbitror ad illius similitudinem *Apol. Socr. p.* 17. *A: ὅ,τι μὲν ὑμεῖς πεπόνθατε ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγόρων, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἐμαυτοῦ ἐπελαθόμην. Epist. III, p.* 315. *E. σὺ δ' εἰ μὲν διὰ τοὺς λόγους τούτους ὠφελεῖ, γιγνώσκεις αὐτός· ἀδικεῖς δ'*

οὖν ἐμὲ τἀναντία τῶν γενομένων λέγων. Plerumque est *nihilominus*. *Eur. Jon.* 422. οὐκ ἠξίωσε τοῦ θεοῦ προλαμβάνειν μαντεύμαθ', ἐνδ' οὖν εἶπεν. *Plat. Cratyl. p.* 386. *B:* πάνυ χρηστοὶ οὔπω σοι ἔδοξαν εἶναι ἄνθρωποι; ΕΡΜ. καὶ μάλα ὀλίγοι. ΣΩ. Ἔδοξαν δ' οὖν; *Epist. VII. p.* 327. *C.* ἐγγιγνομένην δ' αὐτὴν καὶ ἐν ἄλλοις ὁρῶν κατενόει, πολλοῖς μὲν οὔ, γιγνομένην δ' οὖν ἔν τισιν. *Luc. Alex.* 17. ἐκεῖνο γοῦν προπεπεισμένον, ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας, τὸ δ' οὖν πᾶν ψεῦδός ἐστι. *Herm.* 48. καὶ μὴ ἐξαίρει καὶ τὰ πέντε ἔτη ἐκεῖνα τὰ τῆς σιωπῆς· σὺν δ' οὖν τοῖς πέντε κ. τ. λ. *Phal. II.* 7. εἰ δ' οὖν τι καὶ πέπρακται τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ, τοῦτ' οὐ Δελφοῖς ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν. Adde *Themist. Orat. III. p.* 44. *C:* ἀλλ' οἷον μὲν ἐξεῦρεν, ὃν προείλετο, οὐκ ἐμὸν λέγειν· προείλετο δ' οὖν φιλόσοφον: et quos laudat *Boisson. ad Philostr. p.* 409. — Εὖ μάλα dictum esse videtur pro μάλα εὖ, quocum omnino passim confunditur. Cf. *Heind. ad Theaet. p.* 328. *Stallb. ad Phileb. p.* 184. — De ἀρετῇ et κακίᾳ συγγρ. vide ad C. VI. — Extrema fere ad verbum exstant in *Herodoto c.* 1: οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτόν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας: quo de loco v. *Creuz. de Arte Hist. p.* 203. Nec solius illud Herodoti libris evenit. Cf. *G. J. Voss. de Hist. Gr. I.* 3. *Fabr. Bibl. Gr. I.* 1. 3.

Κτῆμα — ποσί.] Sequitur lex ipsa a Thucydide lata: Aeternitati enim potius se thesaurum, quam ad actum rei, ut *Quinctilianus* vertit *Institt. X.* 1. 31, pugnamque praesentem historicum opus componere ait; neque amplecti fabulosa, sed quae gesta revera sint, fideliter exposita posteritati relinquere; tum subjungit utilitatem, et, quem ipsum historiae finem, quicunque sapiat, propositurus sit, ut si quando rursum similia in-

gruant, habeant, inquit, quae respiciant, olim conscripta, quorum ope recte versari in praesentibus possint. Perspicuum est respicere Nostrum praestantissimum *Thucydidis* locum *I.* 22: *καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φανεῖται· ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ, ἀρκούντως ἕξει· κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξυγκεῖται.* Extrema tum a Nostro c. V, tum a multis praeterea tanguntur, quorum partem laudat *Goeller.* in *Actt. Monacc. T. II, p.* 216. Cf. inprimis *Plin. Epistt. V.* 8. 11: « Nam plurimum refert, ut Thucydides ait, *κτῆμα* sit an *ἀγώνισμα*: quorum alterum oratio, alterum historia est: » ubi bene *Gierigius ἀγώνισμα* latine esse admonuit commissionem, adhibito *Suet. V. Oct.* 89. cui addere possis cum Gesnero *V. Cal.* 53. Cf. omnino *Ernesti Lex. Techn. Rhet. Lat. p.* 67. — Thucydidem respexit et *Polybius III*, 31. 12: *Ἱστορίας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ πῶς, καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη καὶ τὸ πραχθὲν πότερα εὔλογον ἔσχε τὸ τέλος· τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δὲ οὐ γίγνεται· καὶ παραυτίκα μὲν τέρπει, πρὸς δὲ τὸ μέλλον οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ παράπαν.* Conf. et *II.* 56. 11 et 12: *τὸ γὰρ τέλος ἱστορίας καὶ τραγῳδίας οὐ ταὐτὸν ἀλλὰ τοὐναντίον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ δεῖ διὰ τῶν πιθανωτάτων λόγων ἐκπλῆξαι καὶ ψυχαγωγῆσαι κατὰ τὸ παρὸν τοὺς ἀκούοντας· ἐνθάδε δὲ διὰ τῶν ἀληθινῶν ἔργων καὶ λόγων εἰς πάντα τὸν χρόνον διδάξαι καὶ πεῖσαι τοὺς φιλομαθοῦντας· ἐπειδήπερ ἐν ἐκείνοις μὲν ἡγεῖται τὸ πιθανὸν, κἂν ᾖ ψεῦδος, διὰ τὴν ἀπάτην τῶν θεωμένων· ἐν δὲ τούτοις τἀληθὲς διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν φιλομαθούντων.* V. ad C. IX: *ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνον συνάγεται.* — De ipsa

loci Thucydidei constructione, difficillima illa nec post *Wyttenb. ad Sel. Hist. p* 363. *Schaef. ad Soph. Trach. p.* 341. *Poppon. Obss. Thucydd. p.* 99 *sqq. Goeller. l. l. p.* 215. *Lehner. ibid. T. III, p.* 15. *Krüger. ad Dionys. p.* 75. *G Hermann. Opuscc. T. I, p.* 285 etc. omnino expedita, longus esse h. l. nolo, quum de sententia vel nostro ex loco constet. Omnino quem in usum Thucydidis testimonium Lucianus adhibeat, clarum est; cum Herodoto quid illi rei sit, et disceptatum est a multis nec primo sane aspectu patet. Statim ab initio enim hoc dicere videri possit, Herodoti laudum aemulatione Thucydidem incensum hunc sibi viae ducem in conscribenda historia sumsisse. At mox ea potissimum Thucydidis verba affert, quae non tantum non cadant in Herodoti historiarum opus, sed ejus et rationi et indoli quam maxime sint contraria. Neque enim utilitatem sibi sed unicam rerum gestarum memoriam Herodotus statim in historiae limine finem proposuit; neque illarum in expositione respuit fabulosa, immo vel studiosissime ea conquisisse videri potest. Absterritum igitur potius et Herodoti exemplo edoctum suam sibi Thucydidem viam munisse Lucianum dicere accipe, neque aequalium se studiis popularive aura seduci passum, ut comtarum fabularum illecebris suffragia illorum captare, quam veritate fideliter exponenda posterorum commodis ingeniique famae consulere mallet. Unde recte collegisse videtur Wielandus, ab illorum partibus stetisse Lucianum, qui ab ipso Thucydide illo in loco Herodoti historias obscure tactas existimarent inque primis verbum ἀγώνισμα ad recitationem illam, quam in mercatu Olympico Herodotus instituisse traditur, referrent. Neque mirari possis, eum, cui pari cum Ctesia loco Herodotus esset (*Vera Hist. II*, 31. *Philops.* 2), exemplar suum Thucydidem secum idem de illo sensisse arbitratum. Recte autem Lucianum arbitratum, comprobare aggressus est *Creuzerus* in peculiari libello: *Herodot und Thucydides; Versuch einer nähern Würdigung einiger ihrer historischen Grundsätze mit Rücksicht auf Lucians Schrift, wie man Geschichte schreiben*

müsse (Lips. 1797.) ubi nostro de loco exposuit p. 1—23. Contra *Dahlmannus* in *Vita Herodoti* (*Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte; Tom. II. P. 1.*) ubi ullam fuisse recitationem illam negasset (p. 12—37), mox ne cognovisse quidem Thucydidem Herodoti libros asserere est conatus p. 214—227. Denique nuperrime *C. G. L. Heyse* in *Quaestionum Herodotearum Spec. I* et recitationem Olympiae et Herodoti notitiam Thucydidi et nostro loco tectam Herodoti reprehensionem vindicare studuit. Vide inprimis p. 40. Non nostrum est, tantas componere lites, neque necesse est ad illustrandam Luciani mentem, quae dubia esse post Wielandum nequit; unum illud monebo, neque, si de recitatione illa dubites, ideo ne nosse quidem Herodoti libros Thucydidem debere, neque si et nosse illos et quibusdam in locis tetigisse constet, hoc potissimum loco factum id esse oportere. Certe quod auditu ingratam fore historiam suam ait, quia fabulis careat, non magis Herodoto quam reliquis omnibus illis opposuit, de quibus c. 21 dixerat: *καὶ οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτῶν, ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες, μᾶλλον πιστεύων· οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προςαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον*: in extremis autem universissime loquitur: non sophista sum equidem neque orator, cui ab audientium nutu sermo pendeat; sed historicus, qui totum genus humanum comprehendere animo audeat. « *Ἀγωνίζεσθαι*, *Wyttenb.* inquit *ad Plutarch. p.* 342, proprie de civili oratione in foro aut concione valet, invaluit postea etiam de genere scholastico ac declamatorio ». Unde Hesychius: *ἀγωνισμάτων, ὀχλικῶν ἐπιδείξεων.* Conf. *Duck. ad Thuc. VII.* 86. *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 376; *ad Remp. p.* 667. *Loers. ad Ejusd. Menex. p.* 74. — Sed ad Lucianum ut redeamus, idem cum illo sentit *Aphthonius* in *Progymn. p.* 34: *εἶτα τίς αὐτῷ παραβάλλοι τὸν Ἡρόδοτον; ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν διηγεῖται πρὸς ἡδονήν, ὁ δὲ πρὸς ἀλήθειαν ἅπαντα φθέγγεται. Ὅσον δὴ τὸ πρὸς χάριν τοῦ πρὸς ἀλήθειαν ἔλαττον, τοσοῦτον Ἡρόδοτος τῶν Θουκυδίδου καλῶν*

ἀπολείπεται. Cf. et *Poppon. Prolegg. Thucyd. I, p.* 19. — In extremis alium quoque *Thucydidis* locum spectari verisimile est *II*, 48: «ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο, λέξω, καὶ ἀφ' ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ' ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω. Adde *Diodor. Sic. I*, 1: Οἵ τε τὰς κοινὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις καθάπερ μιᾶς πόλεως ἀναγράψαντες ἕνα λόγον καὶ κοινὸν χρηματιστήριον τῶν συντετελεσμένων ἀπέδειξαν τὰς ἑαυτῶν πραγματείας. Καλὸν γὰρ τὸ δύνασθαι τοῖς τῶν ἄλλων ἀγνοήμασι πρὸς διόρθωσιν χρῆσθαι παραδείγμασι, καὶ πρὸς τὰ συγκυροῦντα ποικίλως κατὰ τὸν βίον ἔχειν μὴ ζήτησιν τῶν πρασσομένων, ἀλλὰ μίμησιν τῶν ἐπιτετευγμένων. — Τοῖς μὲν γὰρ νεωτέροις τὴν τῶν γεγηρακότων περιποιεῖ σύνεσιν· τοῖς δὲ πρεσβυτέροις πολλαπλασιάζει τὴν ὑπάρχουσαν ἐμπειρίαν κ. τ. λ. Nec aliter, quem Sol. laudat, *Livius* in Historiarum Prooemio: « Hoc illud, inquit, est praecipue in cogitatione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento contueri: inde tibi tuaeque reipublicae, quod imitere, capias: inde, foedum inceptu, foedum exitu, quod vites.» — Ἐπάγει dictum est, ut c. XIV: εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον. — Pro καὶ ὃ Rud. suasit ὃ καί. Male. V. *Fritzsch. Quaestt. p.* 44. — Ad εὖ φρονῶν cf. c. XX: ταῦτα οὐκ οἶδα, εἴ τις ἂν εὖ φρονῶν ἀνάσχοιτο. *Saltat.* 27. σολοικίαν εὖ φρονῶν εἰκότως φαίη ἄν τις τὸ πρᾶγμα. *Dio Chrysost. Orat. XXXVIII, p.* 475. *C.* ἐφ' οἷς οἱ μὲν ἀνόητοι φιλοτιμηθεῖεν ἂν ἴσως, εὖ δὲ φρονῶν ἂν οὐδείς. — Τέλος ὑποθέσθαι dixit ut c. XLIV σκόπους ὑπεθέμεθα. Exspectasses sane potius προτίθεσθαι vel τίθεσθαι, ut v. c. *Plat. Soph. p.* 228. *C*, sed quum finis saepissime idem sit veluti argumentum actioni alicui subjectum, (*Wytt. ad Plut. p.* 510 *sq.*) recte uti eo verbo licuit Nostro, ut *Aristot. Eth. Nic. VI.* 12. 9. τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα. — De καταλαμβάνειν

vide p. 177. Inprimis usurpatur etiam de periculis casibusque infaustis: v. c. *Plat. Epist. IX, p.* 358. *A.* πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδοται τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι. *Marc. Anton. III.* 3. εἶτα καὶ αὐτοὺς τὸ πεπρωμένον κατέλαβεν. Cf. *Hemst. ad Somn.* 12. *Ast. ad Plat. de Legg. p.* 314. Apte Rud. adhibuit *Liban. T. IV, p.* 215. *Rsk.* καὶ γὰρ καὶ ὑμεῖς, ἤν τι τοιοῦτον καταλαμβάνῃ, ταῦτα περὶ τούτων αἰτεῖτε. — Τὰ ἐν ποσὶ illustravi p. 15.

Cap. XLIII.

Καὶ — διακειμένους.] Et tali quidem, inquit, ingenio praeditus ad me accedat rerum scriptor; ad dictionem autem atque elocutionis facultatem quod attinet, vehementi quidem illa et aspera periodisque continua et argumentis contorta et quae praeterea ad vim oratoriam pertinent, non admodum instructus, sed tranquilliore animo scribendi initium faciat. „In historia enim, ut ait *Cicero Orat.* 20, tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio." Et iisdem fere verbis *de Orat. II.* 15: „verborum autem ratio, inquit (in historia) et genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabili profluens, sine hac judiciali asperitate et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est." — Ἴσχυν appellat, quam supra c. XXXIV δύναμιν ἑρμηνευτικήν. „Quod ego vim appello, *Quinctil.* inquit *Institt. II.* 15, plerique potestatem, nonnulli facultatem vocant; quae res ne quid afferat ambiguitatis, vim dico τὴν δύναμιν". — Τὴν σφοδρὰν ἐκείνην dicit, ut Cicero *hanc asperitatem*, ut de dicendi genere bene noto, quod et quotidie exaudiri in judiciis posset, cuique vel soli, neglectis reliquis, operam darent, quicunque literis studerent; quapropter sedulo monendus erat historicus futurus, non minore se sibi studio jam inde a disciplinae primordiis lenitatem quandam et mansuetudinem in dicendo quam

contentiosam illam et judicialem vehementiam atque atrocitatem adsciscere oportere. Hoc enim est τὸ σφοδρὸν καὶ κάρχαρον, vehemens et pugnax in oratore ingenium, quo acerbissime possit et ferocissime in adversarium invehi. Omnino σφοδρὸν est, cujus vim impetumque nec continere quisquam nec sustinere valeat; vehemens sive concitatum; latissimo sensu et cujus ubique obvia sint exempla. Cf. v. c. *Dorv. ad Char. p.* 467. *Jacobs. ad Philostr. p.* 341. De oratoria ejus vocabuli notione conf. *Voſs. Inst. Orat. VI.* 6. 16, et *Ernest. Lex. Techn. Gr. p.* 337, ubi ita distinguitur a τραχύτητι, *asperitate*, ut illa sit, qua adversus inferiores paresve utamur; haec, qua inferiores in superiores invehantur. Eandem h. l. jam Scholiastes Lucianum intelligere vidit per κάρχαρον, quod quum proprie de canum mordacitate usurpetur, optime dici potest de vulgi contumacia, viris principibus veluti oblatrantis. Καρχαρόδοντας κύνας appellat *Hom. Iliad.* K. 360. *N.* 198. Unde Noster *Bis Acc.* 33. Μένιππόν τινα τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν καὶ κάρχαρον. *Saltat.* 4. ὡς κάρχαρόν τινα ἔλυσας ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ κύνα. *De luctu* 4. κύων τρικέφαλος μάλα κάρχαρος. Et de ipso oratore *Merc. Cond.* 35, οἶδα δ᾽ ἐγὼ καὶ ῥήτορα τῶν καρχάρων ἐπὶ τῷ δείπνῳ κελευσθέντα μελετήσαντα, quos excitare Solanus occupavit. Adde *Lycophr. Cassandr.* 34:

Τρίτωνος ἡμάλαψε κάρχαρος κύων.

Eandem mordacitatis notionem refert τεθηγμένος: veluti dentes qui habeat acutos atque exasperatos, ad pugnamque instructos et exsertos ostendat. Sic cum eo quod est τραχὺς junxit, quem Rud. adhibuit, *Aeschyl. Prometh.* 311:

Εἰ δ᾽ ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
Ῥίψεις:

non ille neglectus *Valckenario* ad *Eur. Hippolyt. p.* 239. Unum addo Nostri *Tox.* 11: ἔστι μέν, ὦ Τόξαρι, οὐ·

φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοι πολεμιστῇ μονομαχῆσαι, πάνυ εὐστόχους καὶ τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους: venusta allusione ad sagittarum usum apud Scythas. — Quod raro tantum συνεχῆ ταῖς περιόδοις dictionem esse Lucianus vult, idem fere *Cicero de Orat. III.* 50: « neque semper, inquit, utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum, sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est ». Eandem c. 48. *continuationem verborum* appellat, quae ipsa est περίοδος, densa, ut ait *Auct. ad Herenn. IV.* 19, et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum; etsi alios ambitum sive circuitum orationis, comprehensionem alios aut circumscriptionem appellasse constet *Cic. Orat.* 61. — Ἀγκύλον, *flexuosum* sive *contortum*, proprie dicitur v. c. iter, quod non uno obtutu comprehendi possit; unde usurpatur etiam de argumentationibus altius repetitis et captiosis quarumque non statim consilium exitusque pateat. Sic *Hermot.* 1: ἐρώτημα δέ ἤ τι τῶν ἀγκύλων συντιθεὶς *). 15. καὶ μὴν οὐ πάνυ ἀγκύλον ἠρόμην: ubi Plato dixisset οὐδὲν ποικίλον: tanguntur autem obscure Stoicorum captiosae quaestiones, de quibus vide quae disserui p. 120. *Bis Accus.* 31. τοὺς μὲν ἀγκύλους ἐκείνους λόγους καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους ἀπέφυγε. Sic et *Cic. Tusc III.* 10: « Haec sic dicuntur a Stoicis concluduntur que contortius ». Adde *Alciphr. III.* 64: λόγων τινὰς σκινδαλμοὺς ἐκμαθὼν ἐριστικὸς καὶ ἀγκύλος τὴν γλῶσσαν γίγνεται. Quae quum ita sint, non injuria alicui statuisse Rudolphus videri possit, respici h. l. Stoicum illum, quem c. XVII cognovimus, syllogismorum in historia artificem; nisi

---

*) Obiter moneo, nihili esse Seageri conjecturam δή τι: non quo alia sint τὰ ἀγκύλα quam ἐρωτήματα, ut Lehmannus vult — quid enim oratoriae amplificationes, ut *Mort. Dial. X.* 8: καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους καὶ λόγους ἀκανθώδεις καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, conferre ad notionum distinctiones possunt? — sed quia semper, quod equidem sciam, in illa constructione, de qua dixi p. 62, τις omittitur.

proprium hoc verbum oratoriae quoque arti esset. Utitur eo *Dionys. Hal.* v. c. *Jud. de Isaeo* 13, *p.* 609. 14: ἐκεῖνα δὲ κατὰ συστροφὴν καὶ παρακεκινδυνευμένα, τῷ τε βραχέως καὶ ἀγκύλως καὶ ἐκ παραδόξου συντίθεσθαι καὶ οὐχ ἅπασιν οὐδὲ ἐκ προχείρου γνωριζόμενα: omnium autem saepissime ita, ut Thucydidem eo nomine reprehendat: *Jud. de Thuc.* 32, *p.* 893. 4: ταῦτα γὰρ ἀγκύλως μὲν εἴρηται καὶ βραχέως, ἐν ἀφανεῖ δὲ κείμενον ἔχει τὸ σημαινόμενον. 35, *p.* 899. 14: καὶ γὰρ αἱ γλωττηματικαὶ καὶ ξέναι καὶ πεποιημέναι λέξεις ἐν ταύταις μάλιστα ἐπιπολάζουσι καὶ τὰ ἀγκύλα καὶ βεβιασμένα σχήματα πλεῖστα περὶ ταύτας ἐστίν. Quanquam id quoque pertinere ad ῥητορικὴν δεινότητα testatur ipse *c.* 25, *p.* 873. 8: ἀγκυλωτέρα μὲν οὖν ἡ φράσις οὕτω σχηματισθεῖσα γέγονε καὶ δεινοτέρα: etsi statim subjungat: σαφεστέρα δὲ καὶ ἡδίων ἐκείνως ἂν κατασκευασθεῖσα. — Δεινότητα eam facultatem esse ait *Aristot. Eth. Nic. VI.* 12. 9, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα (fort. πάντα) πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν· ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλὸς, ἐπαινετή ἐστιν· ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία· διὸ καὶ τοὺς φρονίμους, inquit, δεινοὺς καὶ τοὺς (sic leg.) πανούργους φαμὲν εἶναι. Conf. *VII.* 10. 2; *Magn. Morr. I.* 35; et omnino *Loc. ad Xen. Eph. p.* 240. Oratori autem quum is propositus sit finis, ut audientium animos quoquo velit impellat et quaecunque placuerit rata reddat, eas potissimum facultates pertinere ad δεινότητα ῥητορικὴν consentaneum est, quibus et auctoritatem sibi conciliare et deturbare adversarios possit, et stupore vulgus, doctos admiratione commoveri efficiat. Quales sunt apud *Dionys. l. l.* 23, *p.* 865. 7, ἐξ ὧν μάλιστα διάδηλος ἡ τοῦ ῥήτορος γίνεται δύναμις, — ὕψος λέγω καὶ καλλιρρημοσύνην καὶ σεμνολογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν — tum τόνον, βάρος, πάθος, διεγείροντα τὸν νοῦν: postremo τὸ ἐρρωμένον καὶ ἐναγώνιον πνεῦμα· ἐξ ὧν, inquit, ἡ καλουμένη γίνεται δεινότης. Alia vide apud *Ernestium l. l.*

p. 69. — Ῥητορείαν jam p. 162 annotavi inprimis usurpari de futili oratorum ejus aevi garrulitate, qui dum externo orationis habitu dicendi artificium comprobare studerent, ipsius argumenti sententiarumque et dignitatem et convenientiam et perspicuitatem prorsus negligerent. Sedulo igitur distinguenda est haec τῆς ῥητορείας δεινότης a δεινότητι ῥητορικῇ, qua nec Thucydides caruit et Demosthenes omnium instar excelluit. Omnino perspicuum est, dedita opera Lucianum ea potissimum vocabula elegisse, quae in vitium potius opprobriumque, quam in laudem verti oratoriae arti possent. Sic quam τραχεῖαν posset, appellare κάρχαρον maluit; et ἀγκύλην τοῖς ἐπιχειρήσεσι dicere, quam rhetor fortasse ποικίλην τοῖς ἐνθυμήμασιν appellasset. Nam quum ἐνθύμημα omnino sit syllogismus rhetoricus, ἐπιχείρημα ad calliditatem potius oratoriam pertinere commentumque artificiosius et captiosius significare a plerisque existimatur. Cf. *Ernesti l. l. p.* 133. Quanquam alii aliter statuunt de verbis, quorum etsi apud Graecos sit aliqua nominum differentia, vis tamen eodem fere tendat, ut ait *Quinctilianus Institt. V.* 10, qui fusissime ea de re exposuit. Omnino signif. viam, qua sententias nostras comprobare, adversariorum refutare aggredimur; quam sive *rationem* reddas latine, ἐπιχείρησις *ratiocinatio;* sive *argumentum*, illa *argumentatio* erit. Cf. v. c. *Dionys. Hal. Epist. I ad Ammaeum* 8, *p.* 733. 10: ψυχρὰν μὲν καὶ ἀπίθανον ἐπιχείρησιν εἰςάγων, βιαζόμενος δὲ τὸ κακουργότατον τῶν ἐπιχειρημάτων ποιεῖν πιθανώτατον. Protagoram narrat *Diog. L. IX.* 53 πρῶτον καταδεῖξαι τὰς πρὸς τὰς θέσεις ἐπιχειρήσεις: idem *V.* 29 Aristotelem refert in Topicorum libris παραδεδωκέναι προτάσεων πλῆθος, ἐξ ὧν πρὸς τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων οἷόν τε εὐπορεῖν. — Postremo εἰρηνικώτερον perspicuum est, vehementiae et asperitati oppositum, ad lenitatem in dicendo et quam appellat *Cicero de Orat. II.* 49 mansuetudinem pertinere; fere ut jungit Noster *Tox.* 31: τιθασσὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὸν ἀπειργάζετο αὐτόν.

Καὶ ὁ μὲν — ὑποκείμενον.] Et sententia quidem, inquit, concinna et crebra esto, dictio autem dilucida et civilis qualisque clarissime exponere argumentum videri possit. Νοῦν πυκνὸν quum dubium non sit esse quam latini dicant sententiarum crebritatem, τὸ σύστοιχον positum esse existimo in venustate illa et concinnitate sententiarum, cui una cum illa *Cicero Brut.* 95 studuisse refert Asiatico in genere oratores, quorum e disciplina Lucianus quoque rhetor exstiterat. Omnino σύστοιχον est, quod iisdem utitur elementis, στοιχείοις, ut v. c. *Aristot. Rhetor. I.* 7. 27: ἐκ τῶν συστοίχων καὶ τῶν ὁμοίων πτώσεων καὶ τἄλλα ἀκολουθεῖ· οἷον εἰ τὸ ἀνδρείως κάλλιον καὶ αἱρετώτερον τοῦ σωφρόνως, καὶ ἀνδρεία σωφροσύνης αἱρετώτερα: deinde *aptum, congruum, concinnum.* Quamquam alii malunt *densum*, similitudine a militibus repetita, qui in eodem ordine sint et unam continuam seriem constituant. Quod si esset, ἐκ παραλλήλου positum esset cum sequenti πυκνός: quod quum jam apud Homerum usurpetur de ingenio cato et prudenti, veluti solido et quod multis et egregiis quasi confertis scateat commentis, ne postea quidem eam vim deposuit. *Bekk. Anecdd. p.* 60. 9: πυκνότης τρόπου ἐπὶ συνετοῦ καὶ φρονίμου. Respicit *Aristoph. Equ.* 1140: εἴ σοι πυκνότης ἔνεστιν ἐν τῷ τρόπῳ. Adde *Acharn.* 452. *Avib.* 429. *Eccl.* 595 etc. In oratore πυκνόν est sententiosum, veluti densum sententiis et compactum, raro oppositum, ubi altera alteram nullo vel exiguo intervallo excipiat, fuso illi et profluenti dicendi generi, quod plus verborum quam sententiarum habeat, plane contrarium. Sic *Dionys. Hal. Jud. de Lys.* 5, *p.* 463. 6: καὶ οὐκ ἐπὶ μὲν τῆς ἑρμηνείας τοιοῦτός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασιν ἄκαιρός τις καὶ μακρός· συνέστραπται δὲ εἰ καί τις ἄλλος, καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασιν· καὶ τοσούτου δεῖ τῶν οὐκ ἀναγκαίων τι λέγειν, ὥστε καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων ἂν δόξειε παραλιπεῖν. Facere huc potest et *Ciceronis* judicium de

Thucydide: *de Orat. II.* 13: «qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur; ita porro verbis aptus et pressus, ut nescias, utrum res oratione an verba sententiis illustrentur». *Quinctil.* quoque *Institt. II.* 5 crebram appellat et subtilem argumentationem etc. Si quis igitur operam dat scriptor, ut ne verbis sententiae sed sententiis verba ut serviant, tali dicendi genere utetur, ut in Lysia laudat Dionysius, ὥςτε οὐδὲν τοῖς διὰ χεῖρα ἔχουσι τὸν ἄνδρα οὔτε ἀκυρολογίας, οὔτε ἀσαφείας δόξαν λαβεῖν. Contrariam esse ἀκυρολογίᾳ, *improprio sermoni*, quam h. l. legimus λέξιν πολιτικὴν, veluti *civium consensu receptam*, conjicere liceat e *Suetonii* loco *de Illustr. Gramm.* 10: «quum sibi sciat nil aliud suadere, quam ut noto civilique et proprio sermone utatur». Quanquam h. l. cum Graevio potius opponi existimo dicendi generi declamatorio et scholastico; quo de usu multus est *Ernest. l. l, p.* 278—281, sed ita ut mire confundat diversissima. Nam quum civilis oratio sit illa, «quali utuntur in comitiis, in concionibus, in senatu, in judiciis viri, qui in republica versantur», sive privatae (ἰδιωτικῇ) sermocinationi opponitur, et habere debet, qua a vulgaris sermonis negligentia et garrulitate differat, conformationem limatam, pressam et arte studioque elaboratam, nec pro rei magnitudine dignitate quadam et vehementia carere — unde *Dionys. Hal. de Compos.* 26, *p.* 215. 3: ἐγὼ τοῦ λόγου τὸν μὲν ἰδιώτην ἐπιστάμενος ὄντα, τὸν ἀδολέσχην τοῦτον λέγω καὶ φλύαρον· τὸν δὲ πολιτικὸν, ἐν ᾧ πολὺ τὸ κατεσκευασμένον ἐστὶ καὶ ἔντεχνον: — sive sophistico illi et umbratili generi, ad plebis intelligentiam accommodatam esse oportet, claram, perspicuam, concinnam: proculque abstinere ab omnibus iis artificiis, quibus eruditorum in subselliis eloquentiae ingeniique et ostentari dotes laudesque captari solent. Unde v. c. quem adhibuit Graevius, Ernestius neglexit, *Seneca Rhetor* in *Controv. I.* 8. *extr.*: «Dorion, inquit, dixit rem paullo quidem elatiorem, quam pressa et civilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris

affectus exprimeret ». Quibus autem rebus assequi possimus, ut ea, quae dicamus, intelligantur, omnium instar *Cicero* exposuit *de Orat. III.* 13: « Latine scilicet dicendo, verbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quae significari ac declarari volumus, sine ambiguo verbo aut sermone, non nimis longa continuatione verborum, non valde productis iis, quae similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur, non discerptis sententiis, non praeposteris temporibus, non confusis personis, non conturbato ordine ». Adde *Quinctil. IV.* 2.

Cap. XLIV.

Ὡς — πρᾶγμα.] Animo enim scriptoris, inquit, ut veritatem libertatemque, quas expetere debeat, proposuimus, ita dictioni quoque ipsius unum illud inprimis propositum esto, ut perspicue significet et clarissime declaret, quod res est. — Δὲ post οὕτω illatum ne mirere, cf. *Heind. ad Phaed. p.* 73. *Schaef. Melett. p.* 59. Laudat is v. c. Nostri *Diss. c. Hes.* 3: πρέποι γὰρ ἄν, ὥςπερ οἱ θεοὶ δοτῆρες ἐάων εἰσὶν, οὕτω δὲ καὶ ὑμῖν τοῖς φίλοις καὶ μαθηταῖς αὐτῶν. Adde *Nigr.* 37. ὥςπερ γὰρ τοῦ φρυγίου αὐλοῦ ἀκούοντες οὐ πάντες μαίνονται — οὕτω δὲ καὶ φιλοσόφων ἀκούοντες οὐ πάντες ἔνθεοι καὶ τραυματίαι ἀπίασιν. — Mox Rudolphus dubitavit de graecitate locutionis εἷς σκόπος ὁ πρῶτος, nisi fallor, quia, qui unicus esset, primus dici nullo modo posset. Defendere studuit per simillimam hanc μόνος καὶ πρῶτος *Fritzsch. Quaestt. p.* 12; non neglecto Homerico illo εἷς οἰωνὸς ἄριστος. At, si quid sentio, εἷς h. l. non est i. q. μόνος, sed opponitur *duabus* illis, veritati et libertati: duplex erat in animo principale propositum, in dictione unum tantum est, res ut clarissime declarentur. Reddere latine studui soni similitudinem, qui est in φανότατα ἐμφανίσαι, non illam, me judice, fortuitam, sed ad artificium oratorium pertinentem, in quo dici non potest quantum sibi inde ab antiquissimo aevo Graeci

scriptores placuerint. Invectum a Gorgia *Cicero* tradit *Orat.* 53, unde apud Sophistas potissimum viguisse consentaneum est. Cf. *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 263 *sq. Wefs. ad Diod. XII.* 53. Quo spectat dictum illud apud *Platon. Sympos. p.* 185. *C:* Παυσανίου δὲ παυσαμένου — διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οὑτωσὶ οἱ σόφοι. Item *Hipparch. p.* 225. *C:* ἐν ὁποίᾳ ἄξια φυτευθῆναι καὶ ὥρᾳ καὶ χώρᾳ· ἵνα τι καὶ ἡμεῖς τῶν σόφων ῥημάτων ἐμβάλωμεν, ὧν οἱ δέξιοι περὶ τὰς δίκας καλλιεποῦνται. Quanquam nec Thucydides eo nec ipse Plato abstinuerunt. Illius *Poppo Prolegg. I, p.* 261, Platonica *Groen van Prinst. Platon. Prosopogr. p.* 104 exempla plurima congesserunt. Adde *Phileb. p.* 17. *E.* τὸ δ' ἄπειρόν σε ἑκάστων καὶ ἐν ἑκάστοις πλῆθος ἄπειρον ἑκάστοτε ποιεῖ τοῦ φρονεῖν. *Tim. p.* 55. *C.* τὸ ἀπείρους (κόσμους εἶναι λέγειν) ἡγήσαιτ' ἂν ὄντως ἀπείρου τινὸς εἶναι δόγμα. *Lach. p.* 188. *B.* ἐμοὶ μὲν οὐδὲν ἄηθες οὐδ' αὖ ἀηδές etc. — Quod nisi esset, vix arbitror Nostrum usurum fuisse eo quod est φανός, quod quum omnino poëticum potius colorem habeat, tum inprimis tralatitio significatu rarissime dicatur. Opponitur illi ἀμυδρός, unde *Plat. Tim. p.* 49. *A:* νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰςαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. — Quod φανότατα scribere pro φανώτατα non dubitavi, latissime ejusmodi corruptiones et Nostri et aliorum in Codd. Mss. patere memento. Cf. *Jens. Lectt. Lucc. p.* 120. *Struv. Lectt. Lucc. p.* 233. De quantitate vocabuli adde, quem Lehm. laudat, *Spitzner. de prosod. p.* 89.

Μήτε — ἐπαινέσαι.] Neque obscuris, inquit, et inusitatis verbis, neque illis de foro et veluti cauponum e consuetudine arreptis, sed ut et intelligere vulgus et laudare eruditi possint. Conf. *Dionys. Hal. Arte Rhet. X.* 7; *p.* 382: περὶ δὲ τὴν λέξιν συχνὰ τὰ ἁμαρτήματα. Οἱ μὲν γὰρ πάνυ εὐτελῶς φθέγγονται καί φασι τὸ κατὰ φύσιν δὴ καὶ γνώριμον

μεταδιώκειν, οὐκ εἰδότες, τί ἐν τῷ καλῷ μάλιστα γνώριμόν ἐστι. Ἐν δὲ τῷ ἀγοραίῳ τῆς λέξεως οὐδὲ τὸ σαφὲς, μήτι γε γνώριμον φαίνεται. Τὸ γὰρ ἀγοραῖον οὔτε τὴν δήλωσιν ἀκριβῆ οὔτε τὴν φαντασίαν ἐναργῆ παρέχεται. Οἱ δὲ τὸ παράσημον τῆς λέξεως ἀναγκάζονται, εἴ που τι ἀνακεχωρηκὸς ὄνομα ἢ ῥῆμα εἴρηται, τοῦτο θηρῶντες καὶ πανταχοῦ φθειρόμενοι, ἐπ' ἀρχαιότητι δή τινι σεμνυνόμενοι· γελοῖον πεπονθότες, εἴ γε μὴ λογίζονται, ὅτι τὰ βιβλία διὰ τῶν γνωριμωτάτων ἀγωνίζεται, τὰ δ' ἀνακεχωρηκότα ταῦτα σπάνιά ἐστι. Adde *Quinctil. Institt. IV.* 2: „Erit autem aperta narratio et dilucida, si fuerit primum exposita verbis propriis et significantibus, et non sordidis quidem, nec tamen exquisitis et ab usu remotis." Apte nos Scholion admonuit loci illius *Horationi*, *A. P.* 60:

Ut silvae foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit aetas,
Et juvenum ritu florent modo nata vigentque;

itemque Caesaris sententiae apud *Gell. I.* 10 et *Macrob. Saturn. I.* 5, „tanquam scopulum fugiendum esse infrequens atque insolens verbum; quam semper in memoria atque in pectore habere Favorinus philosophus jussit adolescentem quendam veterum verborum cupidissimum et plerasque voces nimis priscas et ignotissimas in quotidianis communibusque sermonibus expromentem"; quales eo in seculo, cui sorderent omnia, quae natura dictasset, neque ornamenta quaererentur, sed lenocinia, multos fuisse et consentaneum est et auctorum testimoniis comprobatur. „Nam ut corporis, inquit *Auct. ad Herenn. IV.* 11, bonam habitudinem tumor imitatur saepe, ita gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget et inflata est, quum aut novis aut priscis verbis aut duriter aliunde translatis aut gravioribus, quam res postulat, aliquid dicitur". Unde *Themist. Orat. XXI, p.* 253. *C:* πολὺ τῇ ἀπειρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιτίθεται αὕτη ἡ γοητεία, καὶ αἰσθανομένη ξένως ἔχοντας ἡμᾶς τῆς σοφωτέρας διαλέκτου, συσκευασα-

μένη ῥηματίσκια παμπάλαιά τε καὶ αἰνιγματώδη ὑπὸ χρόνου, ἐκπαταγεῖ ἡμῖν τὰ ὦτα κ. τ. λ. Lucian. Demonacte 26: *καὶ μὴν κἀκείνων καταγελᾶν ἠξίου τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. Ἑνὶ γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ καὶ ὑπεραττικῶς ἀποκριθέντι· ἐγὼ μέν σε, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ.* Totum huc pertinere Nostri Lexiphanem, vix est quod moneam. Adde omnino *Gell. XI.* 10: «Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque, aut insolentibus novitatisque durae et illepidae, par esse delictum videtur; — nova autem videri dico etiam ea, quae sunt inusitata et desita, tametsi sint vetusta. Est adeo id vitium plerumque serae eruditionis, quam Graeci *ὀψιμαθίαν* appellant». — *Ἀπόῤῥητα ὀνόματα* sit, qui ad verbum reddat *vocabula dici desita;* at id haud scio an Graecum non sit. Praestat sane accipere *mysteriorum instar obscura*, quorumque nisi initiato sensus non pateat. *Hermot.* 20: *οὐ γὰρ φιλεῖ τὰ τοιαῦτα οὕτω διαφαίνεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἀπόῤῥητα καὶ ἐν ἀφανεῖ κείμενα.* — *Τὰ ἔξω πάτου ὀνόματα*, quae, dum trita insistas via, non offendas, prorsus contraria sunt *τοῖς ἐκ τριόδου*, de quibus dixi ad C. XVI extr. Laudat Rud. *Pseudol.* 13. *τὰ μὲν γὰρ ἄλλα κἂν ἀγνοῆσαι συγγνώμη, ὁπόσα ἔξω τοῦ πολλοῦ πάτου καὶ ἄδηλα τοῖς ἰδιώταις.* De *ἔξω* c. Gen. cf. *Schaef. ad Dionys. p.* 141. *Lobeck. ad Phryn. p.* 128. — Ad sequ. conf. *Petron.* 118: «Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate et sumendae voces a plebe submotae, ut fiat: odi profanum vulgus et arceo». — *Ἀγοραῖα ὀνόματα* sunt, quae *verba de foro arrepta* Ciceroni *de Finn. III.* 2; i. e. sordida quibusque uti turba forensis soleat, ad quam pertinent et *κάπηλοι. Aristot. Politic. IV.* 3. 11: *λέγω δὲ ἀγοραῖον τὸ περὶ τὰς πράσεις καὶ τὰς ὠνὰς καὶ τὰς ἐμπορίας καὶ καπηλείας διατρίβον.* Cf. *Hemst. ad Nigr.* 25. — *Οἱ πεπαιδευμένοι* hic, ut ubique, *eruditi*, indocto vulgo oppositi. *Apol. Merc. Cond.* 3. *εὐδοκίμηταί σοι τουτὶ*

τὸ σύγγραμμα καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δειχθὲν — καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις. *Pseudom.* 1. ὃν οὐκ ἀναγιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πεπαιδευμένων ἦν ἄξιον, ἀλλ' ἐν πανδήμῳ τινὶ μεγίστῳ θεάτρῳ ὁρᾶσθαι. *Saturn.* 12. καταράτους μὲν καὶ μιαροὺς ἀνθρώπους ὑπερπλουτοῦντας καὶ μόνους τρυφῶντας ὁρῶ, αὐτὸς δὲ καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν πεπαιδευμένων ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ σύνεσμεν. *Diod. Sic. I.* 2. τούτῳ γὰρ (λόγου δυνάμει) οἱ μὲν Ἕλληνες τῶν βαρβάρων, οἱ δὲ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων προέχουσι. *Diog. Laërt. V.* 19. ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ὅσῳ, εἶπεν, οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων. *Dio Chrysost. Orat. XXXII, p.* 363. *C* etc. Plures enim excitare taedet. Cf. et p. 74.

Καὶ μὴν — λόγους.] Quin etiam figuris, inquit, exornata esto, non tamen importunis exquisitisve; quippe alioquin offis per nimia condimenta corruptis similem orationem efficiet. Sic vertendum erat e Gesneri sententia, nisi quod is edidit faciunt, scil. τὰ σχήματα, ob vulg. lect. ἀποφαίνει. At Graevius: si quidem suam orationem (vel suos libros) reddet similem juri bene condito. Graevium Rudolphus sequitur; Gesnero adstipulati sunt Wielandus, Schneiderus (in Lexico), Lehmannus; adstipulari videtur et Fritzschius, cui morem equidem gessi scribendo ἀποφανεῖ, haud scio an male. Quod si diceretur de scriptore, futuro, fateor, opus esset; at figuras quoque subjectum esse et posse et debere, bene, si quid sentio, Gesnerus intellexit. Tunc vero rectissime dici in universum figuras posse juri bene condito similem orationem efficere, quis, rogo, negare audeat? Restituta igitur vulg. lect., non dubito haec quin Luciani mens fuerit: Quin etiam figuris exornata esto jucundis atque inaffectatis; hae enim juri bene condito similes orationes efficiunt. Quid quod haec tantum vis esse potest ejus quod est κατηρτυμένος? *Scholiast.*

Philostr. V. Apollon. V. 35. (*Bekker. Spec. Philostr. p.* 124): *κατηρτυκέναι*, ἀντὶ τοῦ τετελέσθαι. Εἴληπται δὲ ἀπὸ τῶν ὄψων, ἃ τὸ τέλειον ἀπολαμβάνει, ὁπηνίκα ταῖς ἀρτυσίαις ἀναμιχθῇ. Omnino *καταρτύειν* est temperare recteque ab omni parte instruere, ut ne nimium quicquam neve parum insit. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 320—322. *Ast. ad Plat. de Legg. p.* 369. — Apte Sol. adhibuit *Aristot. Rhet. III.* 3. 3: *οὐ γὰρ ὡς ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις.* Sunt enim veluti condimenta orationis figurae, quibus efficitur, ne insipida sit adeoque etiam delicatiorum hominum judiciis satisfacere ut possit. Neque enim sufficit ad absolvendam elocutionis vim, ut perspicua sit et aequabiliter perpolita oratio, nisi dignitas accesserit, quae cernitur in verborum et sententiarum exornatione. Sic *τὰ σχήματα τῆς λέξεως καὶ διανοίας* interpretatur *Auct. ad Herenn. IV.* 13; figuras dicere ne Cicero quidem unquam sustinuit. Cf. *Orat.* 25: «Illam autem concinnitatem, quae verborum collocationem illuminat his luminibus, quae Graeci, quasi aliquos gestus orationis, *σχήματα* appellant, quod idem verbum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur etc.» *Brut.* 17: «Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant *τρόπους*, et sententiarum orationisque formis, quae vocant *σχήματα*». V. omnino *Ernest. Lex. Techn. Rhet. Lat. p.* 165 *sqq.* Pertinent igitur figurae ad orationis ornatum, — unde *κενοσμήσθω* Noster — qui etsi quodammodo contrarius sit perspicuitati, si quidem haec propriis, translatis ille eget verbis (*Quinctil. VIII.* 3), tamen si deficiat, metuendum est, ne sordida et vulgaris esse oratio videatur, ut *Dionys. Hal. A. Rhet. X.* 11, *p.* 385. 9: *καὶ ἀπλάστως καὶ ἀσχηματίστως λέγουσι, ὥσπερ καὶ ἀγοραίως, τοῖς ὀνόμασι.* «At hic ornatus, ut cum Quinctiliano loquar, virilis, fortis et sanctus sit, nec effeminatam levitatem, nec fuco eminentem colorem amet, sanguine et viribus niteat.» Conf. quae de priscis Graeciae historicis refert *Dionys. Hal. Jud. de Thuc.* 23,

p. 864. 13. *πάντες γὰρ οὗτοι περὶ τὴν κυρίαν λέξιν μᾶλλον ἐσπούδασαν, ἢ περὶ τὴν τροπικήν· ταύτην δὲ ὥςπερ ἥδυσμα παρέλαβον. Σύνθεσίν τε ὀνομάτων ὁμοίαν ἅπαντες ἐπετήδευσαν, τὴν ἀφελῆ καὶ ἀνεπιτήδευτον· καὶ οὐδ' ἐν τῷ σχηματίζειν τὰς λέξεις τὰς νοήσεις ἐξέβησαν τῆς τετριμμένης καὶ κοινῆς καὶ συνήθους ἅπασι διαλέκτου κ. τ λ.* Itaque *ἀνεπαχθῆ σχήματα* illa vult esse Noster, i. e. quae fastidium legentibus creatura non sint; omnium autem maxime *τὸ ἀνεπιτήδευτον* habere, scilicet ut non anxie quaesita esse, sed sponte et ex reposito velut thesauro se obtulisse videantur, ut ait *Quinctil. II.* 7. «Optima enim, *Idem* inquit in *Prooemio L. VIII*, sunt minime arcessita, et simplicibus atque ab ipsa veritate profectis similia. Nam illa, quae curam fatentur et ficta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur et fidem amittunt». Unde *Dionys. l. l.* 48, *p.* 935. 8: *ψυχρὰ γὰρ ἡ παρονομασία καὶ οὐ προςβάλλουσα πάθος ἀλλ' ἐπιτήδευσιν.* Idem: *ὁ γὰρ ὄγκος*, inquit, *καὶ τὸ ξένον καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἅπαν ἀνηθοποίητον*, in *Jud. de Lysia c.* 8: cui *Quinctilianus* quoque *IX.* 4 maximam tribuit gratiam simplicis atque inaffectati coloris, *Dionysius* autem: *οὐ θαυμάσαιμ' ἄν*, inquit, *εἰ πᾶσι μὲν τοῖς ἰδιώταις, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ τῶν φιλολόγων τοιαύτην τινὰ παράσχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται.* V. *Wytt. ad Plut. p.* 501. 502. — Toto cum capite conf. *Creuz. de Arte Hist. p.* 242—247.

Cap. XLV.

Καὶ — νοῦν.] Et mentem quidem ait historici non expertem esse debere poetici cujusdam impetus, sed eum quoque aliquantisper attingere, quatenus magna et ipsam eloqui et erigere se oporteat, praesertim sicubi in acierum atque pugnarum proelio-

rumque navalium expositiones inciderit. Tunc enim illi poëtico quodam spiritu opus fore, qui secundo afflatu vela intendat navemque sustentaturus sit sublimem summos per fluctus vectam: scilicet ne fluctibus illis, quos c. IV historiae conscribendae negotio inesse Lucianus autumavit, in imum fragilis scapha detrahatur. — Παρ' ὅσον, *quatenus*, illustravit *Fritzsch. Quaestt. p.* 125. — Μεγαλήγορος cave malam in partem accipias. Poëtarum proprium est. Sic Noster *de Sacrif.* 9: Οἱ δὲ θεοὶ παρ' Ζηνὶ καθήμενοι — πρέπει γὰρ, οἶμαι, ἄνω ὄντα μεγαληγορεῖν i. e. *poëtae verbis uti.* Unde «magniloquus Homerus» est *Statio Silvar. V.* 3. 62. — Nec reprehenditur τὸ διηρμένον, *amplum* et *elatum* dicendi genus Vitium illi opponitur *inflatum* et *corruptum.* Conf. *Cic. Brut.* 55 et omnino *Ernest. Lex. Rhet. Gr. p.* 74. *Schaef. Melett. p.* 10. *Wytt. ad Plut. p.* 1001. — Συμπλέκεσθαι historicum dicit, implicari proeliis, fere ut c. XX ἐμπίπτειν, veluti in hostes incidere manumque conserere, quorum moli, nisi optime instructus et fortissimo animo obviam processerit, succumbere debeat. *Pseudom.* 48. ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. *Conv.* 30. *Tox.* 43 etc. Cf. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 964. *Baehr. ad Plut. V. Flam. p.* 88. — Δεήσει sc. αὐτῷ. — Ad sequ. bene Rudolphus adhibuit *de Domo* 12: εἰ βλέποι τὴν μὲν αὔραν κούφως ἐπουριάζουσαν τὴν ὀθόνην, τὴν δὲ ναῦν προσηνῶς τε καὶ λείως ἐπ' ἄκρων ἠρέμα διολισθαίνουσαν τῶν κυμάτων. Dicunt et ἐπουρίζειν, solemni varietate vv. in -ίζειν et -ιάζειν (*Valcken. ad Theocr. p.* 189. *Bast. ad Longin. p.* 639. *Wsk.*) ut *Plat. Alc. II. p.* 147. *A:* qui locus post felicissimos Buttmanni conatus ita restituendus esse videtur: ἄνευ γὰρ ταύτης, ὅσῳπερ ἂν λαβρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, ἢ περὶ κ. τ. λ. *) Alia vide apud *Schneider.*

*) Non offendere debebat Virum ingeniosissimum ἐπουρίζειν de pravis cupiditatibus usurpatum. Neque enim ἄνεμος οὔριος, *ventus secundus*, is est, qui ad opes, felicitatem, res-

in *Lexico, T. I. p.* 541. — Ἀκάτια, *Phrynichus* inquit in *Bekk. Anecdd. p.* 19. 10, τὰ τῶν ἀκατίων ἱστία. Κυρίως μὲν σημαίνει τὰ μικρὰ ἱστία, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μεγάλων. Et de *lintre* dici vides et de *velo* ἀκάτιον. Cf. *Wytt. ad Plut. p.* 176. — Συνδιαφέρειν, ad exitum usque varios per casus rerumque discrimina aliquem opera sua praesentem adjuvare, de bellis inprimis usitatissimum est. *Herod. I.* 18. *V.* 79. *Aristoph. Equ.* 601 etc.

Ἡ λέξις — ἐνθουσιῶσα.] Dictio autem, inquit, nihilominus pedibus incedat, ita quidem, ut una cum pulcritudine atque magnitudine earum rerum, quae narrentur, se attollat, quantumque ejus fieri possit, illis accommodetur; ab insolentia tamen sibi et intempestivo tumore ut caveat. Idem paulo imbecillius expressit *Dionys. Hal. Jud. de Thuc.* 51, *p.* 941 *sq.*: ἐγὼ δ' οὔτ' αὐχμηρὰν καὶ ἀκόσμητον καὶ ἰδιωτικὴν τὴν ἱστορικὴν εἶναι πραγματείαν ἀξιώσαιμ' ἄν, ἀλλ' ἔχουσάν τι καὶ ποιητικὸν, οὔτε παντάπασι ποιητικὴν, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον ἐκβεβηκυῖαν τῆς ἐν ἔθει. Quem ad l. *Krüger. p.* 207, dum nostra laudat, ex parte ea a Thucydidis exemplo ducta esse existimat; haud injuria, praesertim si respicias, quod de Thucydide praedicat *Cicero Orat.* 12: «incitatior fertur et de rebus bellicis canit etiam quodammodo bellicum». Unde et *Poppo*, in *Prolegg. ad Thucyd. I, p.* 252: «atque ita etiam in historia ipsa, inquit, ubi sermo alacrior fit, ut interdum in descriptionibus proeliorum, poëtici aliquid admisceatur necesse est». Cf. et *p.* 263 *sq.* et *Creuz. de Arte Hist. p.* 271. — Κάλλος et μέγεθος dici non potest quoties consocientur. *Hom. Odyss.* A. 301:

Καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε,
Ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

---

que secundas navim ferat, sed qui a puppi spiret adeoque eam in partem navim compellat, quo animus nautarum atque cupido gestit.

Plat. Charmid. p. 154. *C.* ἐκεῖνος ἐμοὶ θαυμαστὸς ἐφάνη τό τε μέγεθος καὶ τὸ κάλλος. *Alcib. I. p.* 104. *A:* οἴει γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιστός τε καὶ μέγιστος. *Aristot. Rhetor. I.* 5. 6. θηλειῶν δὲ ἀρετὴ σώματος μὲν κάλλος καὶ μέγεθος. *Mor. Eud. I.* 4, *p.* 197. *D.* μὴ μέγαν ὄντα καὶ καλὸν καὶ πλούσιον. *Dio Chrysost. Orat. XXVIII, p.* 289. *A.* ἦν οὖν νεανίσκος πάνυ μέγας καὶ καλός. *Or. XXXVI, p.* 439. *B.* ἦν δὲ ὡς ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ὁ Καλλίστρατος, πάνυ καλὸς καὶ μέγας. *Ael. Aristid. Enc. Fun. Eteonei, T. I. p.* 76: ἰδεῖν μὲν κάλλιστος καὶ μέγιστος καὶ τελεώτατος τῶν ἐν τῇ ἡλικίᾳ. *Lucian. Vera Hist. II.* 25. *Tox.* 24. 44. *Mort. Dial. XXIV.* 1. *Anach.* 13. *Alex.* 3 etc. Quid quod ne esse quidem posse pulcritudinem sine proceritate quadam existimabant? *Aristot. Eth. Nic. IV.* 3. 5. ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία ὥςπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι, οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ. — Ἐπαίρεσθαί τινι, *incitari aliqua re,* illustravit *Heind. ad Phaedr. p.* 204, quanquam falsus in eo, quod ἐπαίρεσθαι, sicubi signif. *inflari, efferri aliqua re,* adjunctam semper praepositionem habere narrat. Cf. v. c. *Thucyd. I.* 42: καὶ τὸ μέλλον τοῦ πολέμου ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται καὶ οὐκ ἄξιον, ἐπαρθέντας αὐτῷ, φανερὰν ἔχθραν ἤδη κτήσασθαι. *Demosth. adv. Mid.* 43 ὅσα μὲν τῆς ἰδίας τρυφῆς ἕνεκα κτᾶται, οὐκ οἶδ' ὅ,τι ὠφελεῖ· ἃ δ' ἐπαιρόμενος τούτοις ὑβρίζει κ. τ. λ. — De ξενίζειν paucis dixi p. 160. In dictione τὰ ξενίζοντα sunt quae μὴ συνήθη μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βαδίζει τοῖς ἄλλοις, ut expl. Noster *Zeux.* 2, unde apparet omnino abesse debere ab historia, quam nonnisi ἐπ' ὀλίγον ἐκβεβηκέναι τῆς ἐν ἔθει vult Dionysius l. l. Sublimi tantum illa et grandi orationis generi conveniunt, unde τὴν ὑψηλὴν καὶ ξενοπρεπῆ ὀνομασίαν jungit *Dionys. de adm. vi dic. in Dem.* 34, *p.* 1061. 3, *Aristot.* autem *Poëtic.* 23. 3: σεμνή, inquit, καὶ ἐξαλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη. Ξενικὸν

δὲ λέγω γλῶτταν καὶ μεταφορὰν καὶ ἐπέκτασιν καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. *V. Ernest. Lex. Rhet. Gr. p.* 164. Ἐνθουσιᾷν dicere videtur orationem eam, quae veluti fanatico quodam spiritu correpta ultra limites rapi se modi nesciam patiatur. Et mentem quidem interdum vel ἐνθουσιᾷν oportet, ut tanquam praesens omnia et videre et audire sibi videatur; dictionem intra fines propositos consistere necesse est. Ipso vocabulo utuntur *Plat. Theaet. p.* 180. *C. Phileb. p.* 15. *E. Cratyl. p.* 396. *D. Xen. Cyr. I.* 4. 8. *Dionys. l. l.* 22, *p.* 1022. 1. *Longin. de Sublim. III.* 2. etc. *Athen I.* 35; *p.* 19. *E:* ἀφ' ἧς ἐνεθουσίων οἱ περὶ Εὐριπίδην. Reprehendit in historico et *Plut. V. Arat.* 38: ἐνθουσιᾷ γὰρ, ὅταν ἅψηται τοῦ Κλεομένους, ὑπ' εὐνοίας. Substant. ἐνθουσία lexicis addi jussit *Creuz. ad Procli Scholia p.* 198.

Κίνδυνος — γίγνεται.] Tunc enim ait in maximo illam periculo versari, ne insaniat praecepsque poëticum in furorem ruat. Tunc igitur omnium maxime frenis obtemperare et sobrietati studere historicum debere, cogitantem, esse, ut equorum, ita etiam orationis morbum non parvum nimiam ferociam. Sic Gesner., recte necne, mox videbimus. Quae utut sint, facile conspicuum est, Lucianum, omissa navigationis similitudine, ad aliam a re equestri repetitam transiisse. Quanquam verbum κατενεχθῆναι adhuc ad priorem pertinere videtur; quod etsi saepissime omnino signif. *praecipitem delabi,* v. c. *Aelian. V. H. III.* 4. ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ ἐκ τοῦ τέγους κατενεχθείς. *Plut. de Sera N. Vind.* 22. κατενεχθεὶς γὰρ ἐξ ὕψους τινὸς εἰς τράχηλον. *Achill. Tat. V.* 15. ἡμῖν δὲ πᾶσι κατεφέρετο δάκρυα — h. l. intelligere malo de undarum vi, qua ab itinere constituto detorta navis in saxa saepe atque inhospitalia litora defertur, ut c. LXII: μὴ καταφέροιντο εἰς τὴν Παραιτονίαν. Cf. *Thuc. III.* 69. πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν. *Polyb. III.* 22. 6. ἐὰν μὴ ὑπὸ χειμῶνος ἢ πολεμίων

ἀναγκασθῶσιν· ἐὰν δέ τις βίᾳ κατενεχθῇ κ.τ.λ. — Παρακινῆσαι *furore corripi, mente capi,* non inusitate dictum est. Cf. c. I: ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο. Activum et Medium promiscue usurpari docuit jam *Budaeus Comm. L. Gr. p.* 762. Adde *Vig. p.* 184. *Schaef. ad Soph. Ajac. p.* 227. *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 311. Sic v. c., quos Rud. laudat, *Calumn.* 5. γύναιον ἐς ὑπερβολὴν πάγκαλον, ὑπόθερμον δὲ καὶ παρακεκινημένον, οἷον δὴ τὴν λύτταν καὶ τὴν ὀργὴν δεικνύουσα: contra *Necyom.* 10 ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκτησε μέν τι καὶ παρεκίνησε. Adde *Nav.* 45. γέροντα ἤδη ἄνδρα οὕτω παρακεκινηκότα τὴν γνώμην. Huic notioni optime respondet, qui poëtis tribuitur, ἐνθουσιασμὸς (v. p. 54) quem mox κορύβαντα appellat, etsi raro vocabuli significatu, perspicua tamen indole. *Timaeus:* κορυβαντιᾷν παρεμμαίνεσθαι καὶ ἐνθουσιαστικῶς κινεῖσθαι: quem ad l. vide *Ruhnk. p.* 163. — In sequ. πειστέον τῷ χαλινῷ male et a Rudolpho et a Lehmanno intellectum est, *adhibendas esse habenas;* melius Gesner.: *exaudiendae sunt habenae.* Optime enim *Heind. ad Phaed. p.* 46 πειστέον animadvertit ubique descendere ab eo quod est πείθεσθαι vertendumque semper esse *obediendum.* Quod si active h. l. accipiendum esset, mox non σωφρονητέον sed σωφρονιστέον Lucianus scripsisset. Hoc enim quum de omni castigatione tum inprimis de coërcenda equorum ferocia solemne. Cf. *Hemsterh. Anecdd. p.* 203. — De Accusativo post Verbalia vide p. 42. — Ἱπποτυφία praeter h. l. non legi nisi apud *Diog. Laërt. III*, 39, qui, „Plato, inquit, ἐφ' ἵππου καθίσας εὐθέως κατέβη, φήσας εὐλαβεῖσθαι μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῇ". Graevius non esse existimat nisi *magnum fastum*, ut ἱππογνώμων i. q. μεγαλογνώμων (adde ἱππομάνης i. q. μεγαλομάνης apud *Schol. ad Soph. Ajac.* 143 et cf. omnino *Bergl. ad Arist. Nubb.* 1066.) quanquam egregie ipse intellexit, haud adeo nullam esse h. l. equorum mentionem, immo veluti equestrem orationem poëticam opponi pedestri i. e. prosae. V. p. 59. Et

profecto Diogenis locum si respicias, dubitare non possis, quin Lucianus dictionem historici pari modo ab *ἱπποτυφίᾳ* sibi cavere jubeat, ut Platonem ille fecisse narrat, scilicet pedibus ut eat equumque inscendere fugiat. Ad equitem igitur, non ad equum hunc morbum pertinere perspicuum est. Frenis sane obedit equus; cui similitudini ut constaret, Gesnerus *ἱπποτυφίαν nimiam equorum ferociam* (Koller) interpretatus est, at in sequ. alia res fit: equo vehi mentem, dictionem pedibus incedere videmus. Quae quum arctissimo vinculo cum nostris conjungantur, haec quoque ita vertenda fore existimo: magnum non in vita communi tantum, sed etiam in oratione vitium esse nimium et fastuosum equitandi studium, scilicet si quis pedibus suis uti fastidat, nec prodire in publicum velit quin equo insideat. *Τύφεσθαι, τυφοῦσθαι, insana vel cupiditate vel fastu incendi,* unde *τῦφος*, illustrant *Per. ad Ael. IX.* 41. *Dorv. ad Char. p.* 522. *Ast. ad Plat. Phaedr. p.* 231. *Jacobs. ad Philostr. p.* 554.

Ἄμεινον οὖν — φορᾶς.] Praestat igitur, inquit, tum veluti equo vectam mentem pedestri cursu dictionem comitari, ephippium modo tenentem, ne ab illius impetu sola destituatur. — Abstinere igitur historicum vult ab *ἱπποβάμοσι ῥήμασι*, quorum apte Graevius admonuit ex *Aristoph. Ran.* 840; ut quae poëtis tantum conveniant. Unde et Noster *Dem. Enc.* 5: *δῆλον ὡς τὴν ποιητικὴν ἔργον ἡγεῖ μόνην, τοὺς δὲ ῥητορικοὺς λόγους καταφρονεῖς, ἀτεχνῶς ὥςπερ ἱππεὺς παρὰ πεζοὺς ἐλαύνων.* — *Συμπαραθεῖν* dixit etiam v. c. *Demosth. Philipp. I. p.* 52. 2: *συμπαραθεῖτε ἄνω καὶ κάτω*, ubi non erat cur *Jens. Lectt. Lucc. p.* 379 conj *συμπεριθεῖτε.* — *Ἀπολείπεσθαί τινος, pone ab aliquo deseri*, i. e. *sequi non posse strenue praecedentem*; ubique obvium est. *Nav.* 4. *μὴ ἀπολειφθεὶς ἡμῶν ἀποβουκοληθῇ. Vera Hist. II.* 18. *πολλοὺς δὲ αὐτῶν ἔφασκον ὁρμηθέντας ἀκολουθεῖν ὑπὸ νωθείας δὲ ἀπολείπεσθαι* etc. Usurpatur etiam de in-

tellectu, v. c. *Plat. Hipp. Min. p.* 364. *B.* ἀπελείφθην σου τῶν λεγομένων. *Epist. V. p.* 321. *B.* πλεῖστον δ' ἀπολείπονται τοῦ κατανοεῖν αὐτάς. — Φορὰ, ut ὁρμὴ, de animi atque corporis vehementia, impetu et fervore usurpatur. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 365. *Wytt. ad Plut. Mor. p.* 848. *Boisson. ad Philostr. p.* 571. *Baehr. ad Plut. V. Pyrrhi p.* 160.

Cap. XLVI.

Καὶ μὴν — ἀκούουσι.] Quum tria sint, quae habere debeat elocutio commoda et perfecta, ut ait *Auct. ad Herenn. IV*, 12, elegantiam, compositionem, dignitatem; de elegantia, quae facit, ut unumquodque pure et aperte dicatur, dictum est c. XLIII et XLIV; de dignitate c. XLIV et XLV; restat compositio, i. e. verborum constructio aequabiliter perpolita, cujus negotium est οἰκείως θεῖναι τά τ' ὀνόματα παρ' ἄλληλα καὶ τοῖς κώλοις ἀποδοῦναι τὴν προςήκουσαν ἁρμονίαν καὶ ταῖς περιόδοις διαλαβεῖν αὐτὸν ὅλον τὸν λόγον, ut ait *Dionysius*, qui peculiari libello de illa exposuit. Cf. *Ernest. Lex. Rhet. Lat. p.* 73. Cui easdem fere, quas reliquis, leges Lucianus proposuit: Quin etiam compositione, inquit, vocabulorum temperata et media utendum est, neque distractis nimium et ad hiatum conformatis verbis (asperum enim) nec numeris paene, ut plerique faciunt, conclusis; illud enim vitiosum, hoc ingratum audientibus est. In omni compositione tria necessaria esse *Quinct.* ait *Institt. IX.* 4: ordinem, juncturam, numerum. Et de ordine quidem tacet Noster, nisi ἀφιστάντα ita accipias, non esse nimium disjungenda numerorum gratia vocabula, quae sensus conjungat. Sic *Dorv. ad Char. p.* 393. At illud potius item ut ἀπαρτᾷν ad juncturam pertinere existimo, ubi hoc inprimis cavetur, ne hiet oratio, neve aut vocalium concursus aut extremarum syllabarum asperior commissura aut cadentia similiter et similiter desinentia et eodem modo declinata leni et concinnae sententiae abso-

lutioni officiant. Rarior sane potestas ejus quod est *ἀπαρτᾷν*, *disjungere*, ut *Demosth. Philipp. I, p.* 43. 22: *ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευάις καὶ ταῖς γνώμαις.* — Ad sequ. apte Sol. adhibuit *Cic. Orat.* 57: « Itaque ut versum fugimus in oratione, ita hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio nec quidquam inimicius, quam illa versibus». Et mox: « Ego autem sentio, omnes in oratione esse quasi permistos et confusos pedes; nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur; quia neque numerosa esse, ut poëma, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio. Alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat; alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur; ut ab altero non delectere, alterum oderis». Adde *Aristot. Rhet. III.* 8. 1: *τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄμετρον· τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον· πεπλᾶσθαι γὰρ δοκεῖ· — τὸ δὲ ἀπέραντον.* — Ῥυθμὸν dixisse Nostrum, ubi *μέτρον* oportebat, vix ut moneam opus est jamque monuit Rudolphus. — Παρ' *ὀλίγον* signif. *parum ab esse quin* —. Expl. est fere ut *παρ' ὅσον*, de quo dixi ad c. XVIII extr. Occurrit enim etiam *παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν* v. c. *Vera Hist. II.* 43: *ἡ μὲν οὖν ναῦς, καθελόντων ἡμῶν τὰ ἱστία, ῥᾳδίως ἔστη, παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι. Diog. Laërt. V.* 79: *παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι.* Cf. omnino *Vig. p.* 646. Multo frequentius est *παρὰ μικρὸν*. *Somn.* 6. *Prom. in Verb.* 1. *Alex.* 48. *Nav.* 7 etc. — Εὔκρατος illustravit *Gataker ad M. Antonin. p.* 27.

Cap. XLVII.

Τὰ *δὲ — γεγονόσι.*] Quoniam tria videnda sunt, non oratori tantum, ut ait *Cicero Orat.* 14, sed omni homini, qui recte se vel dicere vel scribere cupiat, primum quid dicat, deinde quo quidque loco, postremo quomodo dicat, quorum primum inventione, secundum dispositione, tertium elocutione continetur, absoluto loco de elo-

cutione in historia ad reliquas partes Lucianus transit. Et de dispositione quidem inde a sequenti capite fusius dicetur, nunc paucis de eo expediet, quod in historia inventionis in locum succedit. Neque enim invenire debere, quae dicat, historicum jam p. 155 monuimus; at vero ad indagandam quoque eam, quae exstet, congerendamque materiam arte illum indigere nec praeceptis quibusdam legibusque carere posse consentaneum est. Non temere igitur Lucianus ait, sed laboriose et assidue versari historicum oportere in conquirendis rerum gestarum notitiis, vel saepius eadem de re quaestione instituta. Et optimum quidem fore, si coram ipse videat omnia; quod si non liceat, iis potissimum aures praebendas esse, qui incorruptissime rem exponant et quos minime vel gratia se vel simultate adduci pati conjicias, ut aut detrahant quidquam aut ad res gestas addant. Bene Rudolphus: «Sententias, inquit, hoc capite propositas auctor videtur debere *Thucydidi,* quem vide *I.* 22: *τὰ δὲ ἔργα τῶν πραχθέντων ἐν τῷ πολέμῳ οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος πυνθανόμενος ἠξίωσα γράφειν, οὐδ' ὡς ἐμοὶ ἐδόκει, ἀλλ' οἷς τε αὐτὸς παρῆν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσον ἐδύνατο, ἀκριβείᾳ περὶ ἑκάστου ἐπεξελθών. Ἐπιπόνως δὲ εὑρίσκετο, διότι οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις ἑκάστοις οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι*". Adde *V.* 26. Quanquam alii quoque et gravissimi historicorum eodem modo instructi ad historiam conscribendam accesserunt, veluti Polybius (III. 59); item Theopompus, *πολλῶν μὲν αὐτόπτης γεγενημένος, πολλοῖς δ' εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν ἀνδράσι τοῖς τότε πρωτεύουσι, καὶ στρατηγοῖς, δημαγωγοῖς τε καὶ φιλοσόφοις, διὰ τὴν συγγραφὴν τῆς ἱστορίας*, ut narrat *Dionys. Hal. ad Cn. Pomp.* 6, *p.* 783. 8. Cf. *Wess. ad Diodor. Sic. I,* 4, qui et ipse: *μετὰ δὲ πολλῆς*, inquit, *κακοπαθείας καὶ κινδύνων ἐπήλθομεν πολλὴν τῆς τε Ἀσίας*

καὶ τῆς Εὐρώπης, *ἵνα τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ πλείστων μερῶν αὐτόπται γενηθῶμεν.* De Thucydide autem Dionysius: *οὐκ ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων,* inquit, *τὰς πράξεις συντιθεὶς, ἀλλ' οἷς μὲν αὐτὸς παρῆν, ἐξ ἐμπειρίας, ὧν δ' ἀπελείφθη διὰ τὴν φυγὴν, παρὰ τῶν ἄριστα γιγνωσκόντων πυνθανόμενος. Jud. de Thucyd. 6, p.* 822. 2. Sed illo aevo, quum veluti fundamenta adhuc historiae ponenda essent, fieri vix aliter potuit (*Creuz. de Arte Hist. Gr. p.* 74 *sqq.*); aequalibus suis, qui tanta librorum antiquorum opportunitate uterentur, erat sane, quod Lucianus consilium daret, ut priscorum potius scriptorum exempla imitari, quam alienis auctoritatibus nixi leviter officio suo perfungi mallent. — *Συνάγειν* jam supra c. XVI: *ὑπόμνημα τῶν γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν*, et c. XXIV: *οὕτω ῥαθύμως συνήγαγε τὰ πράγματα,* usurpari vidimus de temeraria et negligenti historici operis compositione, in qua neque ars aliqua neque consilium conspicuum esset, quaeque a caeca potius fortuna quam ab ingenio humano profecta esse videretur Optime huic respondet *ὡς ἔτυχε. Nigr.* 35. Οὐ *γὰρ ἐξ ἐπιπολῆς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἡμῶν ὁ λόγος καθίκετο. Icarom.* 4. *τούς τε γὰρ ἀστέρας ἑώρων ὡς ἔτυχε τοῦ οὐρανοῦ διεῤῥιμμένους* etc. — *Φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως* junxit ut c. XXVII, *λιπαρῶς καὶ φιλοπόνως.* Idem enim fere quod *λιπαρὴς* est *ταλαίπωρος*, qui nullo labore aerumnave terreri potest, ut ab incepto desistat, fortiterque gravia omnia et iniqua fert, dum plene illud atque absolute perficiat. *Schol. Aristoph. Plut.* 33: *Ταλαίπωρος δὲ παρὰ τὸ τλῆναι τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πένθος.* V. ibi *Hemsterh. p.* 22 et *Schellenb. ad Antimachi Rell. p.* 96 *sq.* Unde Noster *Hermot.* 6: *τοσούτους πόνους ἀνέχεσθαι καὶ ταλαιπωρεῖν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν.* Contrarium jam in suis aequalibus reprehendit *Thuc. I.* 20: *οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας καὶ ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται:* qui iis, quae prima se quaerentibus obtulissent, contenti diligentius

eas in res inquirere negligerent. Lucianus contra historicum vult πολλάκις ἀνακρίνειν i. e. iterum iterumque diligentissime et severi judicis instar, quae fando acceperit, examinare atque perscrutari. Verbum ubique obvium. *Vitt. auct.* 2. *Vera Hist. II.* 26. *Saturn.* 9. *Gall.* 18. *Icarom.* 24 etc. — Μάλιστα μὲν — εἰ δὲ μὴ affatim illustraverunt *Boeckh. in Plat. Minoem, p.* 87. *Krüger. ad Dionys. p.* 27. Adde v. c. *Thuc. I.* 32: ἀναδιδάξαι πρῶτον, μάλιστα μὲν, ὡς καὶ ξύμφορα δέονται· εἰ δὲ μὴ, ὅτι γε οὐκ ἐπιζήμια. *Plat. Republ. V. p.* 461. *C.* διακελευσάμενοι προθυμεῖσθαι μάλιστα μὲν μήδ' εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδὲν, ἐὰν γένηται· ἐὰν δε τι βιάσηται κ. τ. λ. *Theag. p.* 125. *B.* τύραννος γενέσθαι μάλιστα μὲν πάντων ἀνθρώπων· εἰ δὲ μὴ, ὅτι πλείστων. *Aristot. Politic. VI.* 1. 7. ἐντεῦθεν δ' ἐλήλυθε τὸ μὴ ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν ὑπὸ μηθενὸς, εἰ δὲ μὴ, κατὰ μέρος. — De ἀδέκαστος dictum est ad c. XLI. Quod ἀδεκαστότερον posuit, quum sequatur ἥκιστα, Comparativo usus est pro Superlativo, quo de usu vide quae dixi in *Spec. Plut. p.* 8 et 9. Adde jam *Nitzsch. ad Platon. Jon. p.* 77 *sqq. Jac. ad Luc. Tox. p.* 103. Latine *Gell. N. A. I.* 25: « Ex multis, quae jam audivimus vel legimus, probabilius id, quod dicam, videtur. » — Ἐξηγεῖσθαι i. q. διηγεῖσθαι. Cf. *Loc. ad Xen. Eph. p.* 213. — Προςέχειν τινὶ de *fide habenda* iterum dixit Noster *Anach.* 17. καὶ ὅπως μὴ καθάπερ νόμοις προςέξῃς οἷς ἂν λέγω πρός σε, ὡς ἐξ ἅπαντος πιστεύειν αὐτοῖς. Sed lippis haec et tonsoribus nota. — Πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν illustravi p. 231. — Postremo ad ἀφαιρήσειν ἢ προςθήσειν desiderari possit τι, ut c. XLI ad νέμων. At cf. v. c. *Soph. Oed. Tyr.* 515:

εἰ γὰρ ἐν ταῖς συμφοραῖς
Ταῖς νῦν νομίζει πρός γ' ἐμοῦ πεπονθέναι
Λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν εἰς βλάβην φέρον.

Plat. Politic. p. 287. *D:* καὶ μὲν δὴ χαλεπὸν ἐπιχειροῦμεν δρᾷν. Lucianea congessit *Fritzsch. Quaestt.*

p. 93—95, quem vide. Neque insolentior est Masculini omissio. *Platon. Phileb. p.* 14. *E:* *ὅταν τις — πάντα ταῦτα τὸ ἓν ἐκεῖνο εἶναι διομολογησάμενον ἐλέγχῃ. Lucian. Hermot.* 29. *ἄχρις ἂν εὕρωμεν τἀληθῆ ὑπισχνούμενον.* Cf. *Ast. ad Plat. Remp. p*. 340.

Κἀνταῦθα — ἔστω.] Neque vero invenisse, quid dicat, historicum sufficiet, expendere etiam, ut ait *Cic. Orat* 14, opus est, adhibendumque judicium; quid quod ne invenisse quidem eum, qui non judicaverit, credit, *Quinctil. Institt. III.* 3. 6. Tum igitur, scilicet ubi alienis ab auctoritatibus ipsi pendendum sit, ad conjecturam quoque acutum et qui argumentis colligere probabilius possit, historicum esse Lucianus jussit. — *Συνθετικὸν*, si quid sentio, Lucianus h.l. appellat eum, qui sicubi disjecta tantum per hominum ora narrationis alicujus membra invenerit, quorum alia absondita, alia mutila, situ et vetustate alia obsoleta sint, unum inde historiae corpus rursus componere adeoque ex ungue de leonis magnitudine conjecturam facere valeat (*Combinationsgabe*); *στοχαστικὸν* eum, qui tum a natura tum exercitatione eum veri veluti sensum acceperit, ut, duabus tribusve sententiis propositis, quarum altera ab altera discrepet, quasi instinctu quodam perculsus ad eam potissimum, vero quae proxima sit, feratur (*Tact*); similitudine repetita ab habili sagittario, cui quum centum amplius circum loca pateant, non alio, quam quo debeant, ictus dirigantur. Cf. *Plat. Gorg. p*. 463. *A*. *Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα, τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρείας καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις.* Alia vide ad C. LXI.

Cap. XLVIII.

Καὶ — ἀδιάρθρωτον.] Jamque ad dispositionem transgressus Noster: Quodsi omnia, inquit, congesserit, vel plurima, primum quidem commentarium illorum sibi contexat corpus-

que faciat decore adhuc et membrorum distinctione destitutum. Ὑπομνήματα latissimo significatu appellantur, quaecunque adjuvandae memoriae gratia summatim tantum atque incondite literis consignantur. *Plat. Phaedr. p.* 276. *D.* ὅταν δὲ γράφῃ ἑαυτῷ ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται κ. τ. λ. *Theaet. p.* 142. *D.* ἐγραψάμην μὲν τότ' εὐθὺς οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπομνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος ἔγραφον. *Politic. p.* 295. *C.* μὴ μνημονεύσειν οἰηθέντα τὰ προσταχθέντα — ὑπομνήματα γράφειν ἂν ἐθέλειν αὐτοῖς. Unde eo nomine appellantur ea quoque, quae discipuli magistri ab ore haerentes festinanti calamo excipiunt. *Hermot.* 2: παρὰ τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα καὶ ὡς τὸ πολὺ ἐς βιβλίον ἐπικεκυφότα, ὑπομνήματα τῶν συνουσιῶν ἀπογραφόμενον. *Diog. Laërt. VI.* 5: γνωρίμου ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἀποδυρομένου, ὡς εἴη τὰ ὑπομνήματα ἀπολωλεκώς. Item omnino acta tam publica quam privata eo vocabulo designari, non est quod moneam. Cf. *Pseudom.* 27. *Dem. Enc.* 26 etc. H. l. fere ut c. XVI usurpatur de schedis nostros tantum in usus conscriptis, quibus in sententias potius quam in vocabula intenti primas rei qualiscunque tractandae lineas consignamus, quales nos *Concepte* sive *Brouillons* appellamus; quibusque ne oratores quidem, ubi ad dicendum accederent, facile carebant. Sic de Severo Cassio *Seneca Rhetor Exc. Controv. Prooem. l. III:* «Sine commentario nunquam dixit; nec hoc commentario contentus erat, in quo nudae res ponuntur; et maxima parte perscribebatur actio». V. omnino *Toup. Emend. in Suidam II. p.* 130. Unum illud addere liceat, errasse videri *Wyttenb. ad Plutarch. p.* 195, quum verbum ὑπομνηματίζεσθαι uno tantum loco *Plut. Cons. ad Apoll. p.* 120. *D.* exstare autumaret; iterum eo utitur *Longin. de Sublim. I.* 2. — Συνυφαίνειν aliquoties usurpatur a *Dionys. Hal. de Compos.* v. c. *C.* 23, *p.* 171. 1: συνειλῆφθαί τ' ἀλλήλοις ἀξιοῖ καὶ συνυφάνθαι τὰ μόρια τῆς λέξεως

ἑνὸς (sic leg.) ὄψιν ἀποτελοῦντα ἐς δύναμιν. — De ἀκαλλές v. p. 84. — Ἀδιάρθρωτον appellat, cujus nondum, ut catuli recens nati, singula membra laxata sint atque absoluta, i. e. quod nondum in partes suas distributum, per capita et libros distinctum, digestumque ordine sit. Hoc enim est διαρθροῦν, *suis membris instruere, adornare, absolvere*, ut explicat *Zell. ad Aristot. Eth. Nic. p.* 39, quem vide. Sic *Diodor. Sic. l.* 8. κατ' ὀλίγον διαρθροῦν τὰς λέξεις. Cf. *Gataker. ad Antonin. p.* 83. Τῷ ἀδιαρθρώτῳ mox apud Nostrum opponitur ἐπιθεῖναι τὴν τάξιν: τῷ ἀκαλλεῖ respondet ἐπάγειν τὸ κάλλος: quorum hoc ad elocutionem, ad dispositionem illud pertinere perspicuum est.

Εἶτα — ῥυθμιζέτω.] Tum, inquit, ordo ubi accesserit, et dignitatem adjungito dictionisque colore et figurarum numerorumque ornamentis orationem instruito. Extrema tria χρωννύναι, σχηματίζειν, ῥυθμίζειν, ab arte pingendi repetita esse apparet. Sicuti enim pictori, postea quam operis sui veluti formam universam mente concepit et de argumento partibusque ejus apud animum suum constituit, tria potissimum agenda sunt, primum, ut singulas res suo quamque loco et ordine per omnes tabulae partes cum concinnitate quadam aequabiliter disponat; deinde ut eos gestus flexusque et motus unicuique tribuat, qui et consilio ipsius et argumento quam maxime consentanei sint intuentiumque animos vividissime afficere valeant; postremo colores inducat idoneos et jucundos; ita historicum quoque tria efficere vult Lucianus, ut et numeris apta et figuris varia et grata colore sit oratio. Namque ut veluti tacita poësis est pictura, ita loquens pictura non poëma tantum est, ut Simonidi placuit, sed omnis oratio arte composita atque elaborata; ἃς γὰρ οἱ ζωγράφοι πράξεις ὡς γινομένας δεικνύουσι, ταύτας οἱ λόγοι γεγενημένας διηγοῦνται καὶ συγγράφουσιν. Εἰ δὲ οἱ μὲν σχήμασι καὶ χρώμασιν, οἱ δὲ ὀνόμασι καὶ λέξεσι ταὐτὰ δηλοῦσι, ὕλῃ καὶ τρόποις μιμήσεως διαφέρουσι, τέλος δ' ἀμφοτέ-

ροις ἓν ὑπόκειται, καὶ τῶν ἱστορικῶν κράτιστος ὁ τὴν διήγησιν ὥςπερ γραφὴν πάθεσι καὶ προςώποις εἰδωλοποιήσας. *Plut. de Gloria Ath.* 3, *p.* 346. *F.* — Egregie distinxit inter colorem orationis figurasque *Cicero de Orat. III.* 25: „Ornatur igitur oratio genere primum et quasi colore quodam et succo suo. Nam ut gravis, ut suavis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat, quantum opus sit; non est singulorum articulorum, in toto spectantur haec corpore. Ut porro conspersa sit quasi verborum sententiarumque flosculis, id non debet esse aequabiliter fusum per omnem orationem, sed ita distinctum, ut sint quasi in ornatu disposita quaedam insignia et lumina". Cf. *Ernest. Lex. Rhet. Lat. p.* 63—66. Non injuria autem nostro in loco Lucianus colorem accedere perhibet per dictionem, qua vestimenti instar nudum illud orationis corpus cujusque modo membra atque articuli conformati absolutique sint, integitur atque amicitur ita, ut quemadmodum in vita communi diversae hominum conditiones et fortunae per amictus diversitatem internosci solent, ita in libris quoque pro argumentorum consiliique varietate variis dicendi generibus utendum sit. — *Flosculi verborum sententiarumque* sunt Ciceroni, quae reliquis σχήματα λέξεως καὶ διανοίας: v. p. 272. Omnino saepissime conjunguntur χρῶμα et σχῆμα. Cf. *Heind. ad Plat. Phaedr. p.* 228. *Stallb. ad Phileb. p.* 13. *Göttl. ad Aristot. Politic. p.* 457. — Quae quum ita sint, vix arbitror fore quenquam, qui dubitare audeat, quin cum Solano et Lehmanno pro vulg. χρηματιζέτω legi oporteat σχηματιζέτω. Sive enim cum *Hemsterh.* apud *Geel. p.* 61 ut glossema ejeceris, deerit, quod vix separari a colore potest, ad dignitatem autem orationis omnino necessarium est; sive in vulgata lectione constiteris, verbum habebis, quod explicari h. l. nullo modo possit. Rudolphus enim quod explicat χρηματίζειν *in negotiis versari,* πράγμασι σχολάζειν, genuinam ejus vocabuli vim non perspexit, quae nisi in principes magistratusque et conciones po-

puli cadere non videtur. Cf. *Morus et Spohn. ad Isocr. Paneg.* 42. Σχηματίζειν autem quum omnino de ornamentis cultusque externi lenociniis et singulari quodam apparatu usurpetur — v. c. *Jove Trag.* 16. *Philops.* 36. *Fugit.* 13 etc. Cf. *Ruhnk. ad Tim. p.* 245. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 857 — tum inprimis solemne verbum est de oratione flosculorum varietate distincta et figurata. *Dionys. Hal. de Compos.* 8, *p.* 46. 5 : — οἷς ἀκολούθως καὶ τὴν λέξιν πειρώμεθα σχηματίζειν. Πολλοὶ δὲ δή που σχηματισμοὶ καὶ τῆς λέξεώς εἰσιν, ὥςπερ καὶ τῆς διανοίας, οὓς οὐχ οἷόν τε κεφαλαιωδῶς περιλαβεῖν· ἴσως δὲ καὶ ἄπειροι, περὶ ὧν πολὺς ὁ λόγος καὶ βαθεῖα ἡ θεωρία. *Jud. de Thuc.* 23. 4, *p.* 865. 1. etc.

Cap. XLIX.

Καὶ — Μυσῶν.] Omnino, inquit, similem tunc se praestet Jovi, qui apud Homerum est, modo equestrium Thracum modo Mysorum terras inspicienti. *Iliad.* N. 4 :

Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε,
Τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἔχεμεν καὶ ὀϊζὺν
Νωλεμέως· αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ
Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν,
Μυσῶν δ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππομολγῶν.

Et haec quidem serio Noster; alibi festive ridet Jovem πολυπράγμονα, dum sic querentem fingit in *Bis Acc.* 2: ἀλλά με δεῖ καὶ ταῦτα μὲν ποιεῖν, ἀποβλέπειν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἁπανταχόσε καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν — καὶ τὸ πάντων ἐπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ παρεῖναι καὶ ἐν Βαβυλῶνι τοὺς πολεμοῦντας ἐπισκοπεῖν καὶ ἐν Γέταις χαλαζᾷν καὶ ἐν Αἰθίοψιν εὐωχεῖσθαι. Nec sine occulta quadam cavillatione illo ipso loco utitur *Icarom.* 11 : διανεπαυόμην ἐς τὴν γῆν ἄνωθεν ἀποβλέπων καὶ ὥςπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς

ἐκεῖνος ἄρτι μὲν τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν. Cujus loci auctoritate ductus cum Solano et Lehmanno Articulum e Codd. addidi, quum in vulg. esset τῶν ἱπποπόλων Θρῃκῶν γῆν ὁρῶντι. Quanquam omitti is potuit ad Thucydidis exemplum, quem vide v. c. *I.* 3: δηλοῖ δὲ καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθένειαν. 19: Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πόλεων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες etc. Alia congessit *Krüger. ad Dionys. p.* 168. Genitivo enim accedente satis definita esse vocabuli notio videri possit, ut Articulo facile careamus. — Ἄρτι μὲν — ἄρτι δὲ vix arbitror usquam frequentius esse quam apud Nostrum. Cf. *Somn.* 6. *Prom. in Verb.* 6. *Sacrif.* 5. *Mort. Dial. XIII.* 5. *Bis Abd.* 10. *Necyom.* 4 etc. Cf. *Witter. ad Thom. M. p.* 112. — Ὁρᾷν, *spectare, respicere,* dixit ut *Eur. Hec.* 488:

Ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾷν;

Sic *Plat. Alc. I, p.* 122. *D*: εἰ ἐθέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτους ἰδεῖν, quum ante dixisset εἰ δ' αὖ ἐθελήσεις εἰς σωφροσύνην τε καὶ κοσμιότητα ἀποβλέψαι: fere ut *Soph. Oed. Col.* 1195:

Σὺ δ' εἰς ἐκεῖνά μοι τανῦν ἀποσκόπει
Πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἃ 'παθες·
Κἂν κεῖνα λεύσσῃς, οἶδ' ἐγὼ γνώσει κ. τ. λ.

i. e. quae si respicias. Cf. *Per. ad Ael. XIV.* 44.

Κατὰ — ἐπίβασιν.] Ad hoc enim, inquit, exemplum et ipse modo Romanorum res seorsum modo Parthorum adspiciat referatque nobis, quales ex alto spectanti ipsi visae sint; deinde, si forte proelium commiserint, amborum; jamque ipsa in acie non unam tantum partem respiciat unumve equitem peditemve (ut ille c. XXVIII) nisi Brasidas sit ille, qui ex acie prosiliat, vel Demosthenes, dum aggressionem hostium repellit. Certatim annotarunt Intpp. respici ea quae in

Pyli oppugnatione gesta refert *Thucyd. IV.* 9—12: ubi inprimis de Brasida haec narrantur: πάντων δὲ φανερώτατος ὁ Βρασίδας ἐγένετο. Τριηραρχῶν γὰρ καὶ ὁρῶν, τοῦ χωρίου χαλεποῦ ὄντος, τοὺς τριηράρχους καὶ κυβερνήτας, εἴπου καὶ δοκοίη δυνατὸν εἶναι σχεῖν, ἀποκνοῦντας καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν, μὴ ξυντρίψωσιν, ἐβόα λέγων, ὡς οὐκ εἰκὸς εἴη ξύλων φειδομένους τοὺς πολεμίους ἐν τῇ χώρᾳ περιιδεῖν τεῖχος πεποιημένους — — καὶ ὁ μὲν τούς τε ἄλλους τοιαῦτα ἐπέσπερχε καὶ τὸν ἑαυτοῦ κυβερνήτην ἀναγκάσας ὀκεῖλαι τὴν ναῦν ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν ἀνεκόπη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ τραυματισθεὶς πολλὰ ἐλειποψύχησε. Demosthenis ideo tantum mentionem injecisse Lucianus videtur, ut alterius quoque partis insignem aliquem virum nominaret; nulla enim manu ejus fortiter facta refert Thucydides; consilio tantum ipsius auspiciisque gesta res est. Verbum προπηδᾷν non est in frequentissimis. Iterum de Protesilao usurpat Noster *Mort. Dial. XIX.* 2: οὕτω φιλοκινδύνως καὶ ἀπονενοημένως προεπήδησας τῶν ἄλλων δόξης ἐρασθεὶς, δι' ἣν πρῶτος ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανες. Ἀνακόπτειν ex ipso Thucydidis loco sumsisse Nostrum perspicuum est. Usurpatur de omni impetu pari cum vehementia repellendo. Sic de coërcendis consiliis *Nigr.* 35. *Pseudom.* 57: de reprimendo fluctuum impetu *Dionys. Hal. Arch. Rom. III.* 44: unde ἀποκοπή: cf. *Wytt. ad Plut. p.* 564. *Baehr. ad Plut. V. Pyrrh. p.* 187. Eundem ἐπίβασιν τῆς θαλάττης appellat *Polyb. XXXIV.* 9. 6. Nostro loco ἐπίβασιν Gesn. vertit *exscensionem*; ad rem accommodate, ad verbum oportebat *oppugnationem.* Sic *Dionys. l. l. V.* 41: παρασκευασάμενος τάφρου τε χώσει καὶ χάρακος ἐπιβάσει ἃ πρόςφορα εἶναι ἔμελλεν. *Exscensio* est ἀπόβασις. Pari modo distinguendum est inter ἐπιβάθρāν et ἀποβάθραν. Hae sunt scalae, quibus exscensio fit e nave; illae, quibus ad hostium munimenta adscenditur. Cf. *Spanh. ad Callim. p.* 394. *Baehr. ad Plut. V. Alc. p.* 157. Quan-

quam saepissime confunduntur in Mss. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 565. *Creuz. ad Plotin. p.* 143. *Lehmann. ad Mortt. Diall. p.* 24.

Ἐς τοὺς — συμφευγέτω.] In proeliis igitur describendis initio quidem ante pugnam consertam ad imperatores animum advertere historicum vult Lucianus et si quid adhortati sint milites, id quoque audivisse quoque et ordine et consilio ac argumento acies instruxerint; sin manum conseruerint, eodem omnes animo spectare, et quasi in trutina tum suspensa tenere, quae gerantur, coramque et persequentibus adesse et fugientibus. — Παρακελεύεσθαι solemne verbum est de adhortatione militari, qua ante proelium imperator militum animos incendit. *Thuc. II.* 86. ξυνεκάλεσαν τοὺς στρατιώτας πρῶτον, καὶ ὁρῶντες αὐτῶν τοὺς πολλοὺς διὰ τὴν προτέραν ἧσσαν φοβουμένους καὶ οὐ προθύμους ὄντας παρεκελεύσαντο. *IV.* 125. καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους ἐγγὺς εἶναι, παρεκελεύσατο τοῖς στρατιώταις τάδε. *VII.* 60. ξυγκαλέσας ἅπαντας παρεκελεύσατο τότε πρῶτον etc. Omnino, ut bene *Fischer. ad Plat. Phaed. c.* 4, *n.* 17, quem Rud. laudat, ἐπικελεύειν sign. *incitare, stimulos addere ei, qui jam operi faciendo implicitus est;* παρακελεύεσθαι contra *ad opus faciendum hortari.* Quae ideo tantum annotavi ut ne quis cum Gesnero verteret *imperare.* — Γνώμην et ἐπινοίαν vix et ne vix quidem differre, apparet e *Zeux.* 1, ubi postea quam dixerat τὴν γνώμην τῶν συγγραμμάτων ξένην οὖσαν, mox iterat: οὐδὲν ἄν τις εἴποι τῆς ἐπινοίας νεαρώτερον. Γνώμη est *mens* sive *argumentum:* ἐπινοία est *commentum* sive *consilium solers atque ingeniosum. Aristoph. Equ.* 543. *Xen. Cyr. II.* 3. 19. *Luc. Alex.* 1. *Icarom.* 3 etc. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 220. — Ἐπειδὰν ἀναμιχθῶσι i. q. C. XXIX: ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσι. — De κοινός vide p. 252. — In sequ. rursum repetita est similitudo ab Jove Homerico, qui

ipse duas aequato examine lances
Sustinet et fata imponit diversa duorum;
Quem damnet labor et quo vergat pondere letum.

Cf. *Iliad.* X. 209. *Virg. Aeneid. XII.* 725. Sic *Polyb. I.* 20. 5: ἐζυγοστατεῖτο, inquit, αὐτοῖς ὁ πόλεμος, i. e. ἰσοῤῥόπησε, pari utrinque fortuna gerebatur. *Idem VI.* 10. 7: ἵνα μηδαμοῦ νεύῃ μηδ' ἐπὶ πολὺ καταῤῥέπῃ μηδὲν αὐτῶν, ἀλλὰ ἰσοῤῥοποῦν καὶ ζυγοστατούμενον ἐπὶ πολὺ διαμένῃ. Ipse Noster *Vitt. Auct.* 27: ζυγοστατῶ ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνω. Neutram igitur in partem propensiorem esse neque ea tantum, quae ab altera fortiter fiant, memoriae tradere historicum jubet Noster, sed aequo animo utrique exercitui spectatorem adesse, donec alterutri victoria cesserit; ac ne tum quidem vel fuga se vel persequendi studio abripi sinere, sed diversas in partes abeuntem et victoribus se et victis comitem et veluti socium addere.

Cap. L.

Καὶ — καλῇ.] Hisque omnibus modum inesse vult Lucianus neque ad taedium usque et ultra quam res poscat exponi neque juvenili quodam ardore scriptorem rapi, sed facile se expedire, ut haec, quae modo tractet, sistere ibi, quo forte perventum sit, et ad alia, res ubi urgeat, transire, mox, inde dimissus ubi fuerit, ad priora, si vocent, redire possit. — Εἰς χόρον v. p. 82. — Ἀπειροκάλως illustravi p. 169. — Νεαρῶς accipere possis pro ξένως, ut est in loco modo excitato *Zeux.* 1. At id haud scio an minus aptum sit nostro loco, qui abundantiae potius effusae et nimiae tenacitatis notationem requirere videtur. Praestat igitur rhetorico sensu intelligere de verbis ornatis, floridis, studiose comtis, qualia proficisci solent e tumidis atque exuberantibus adolescentum ingeniis, qui primis dum labiis has literas attigerunt. *Hesychius:* νεαροὶ νέοι ἀνόητοι. Cf. *Ernest. Lex. Rhet. Gr. p.* 223, quo

utitur et *Jacobs. ad Philostr. p.* 717. Sic *Dionys. de Compos.* 23, *p.* 185. 7: οἱ σχηματισμοὶ πολὺ τὸ νεαρὸν ἔχοντες· εἰσὶ γὰρ ἀντίθετοι καὶ παρόμοιοι καὶ πάρισοι καὶ οἱ παραπλήσιοι τούτοις. *De adm. vi dic. in Dem.* 4, *p.* 963. 10: ἁμαρτάνει δὲ, ἐν οἷς ὡραΐζεταί ποτε τοὺς Γοργίου νεαροὺς σχηματισμοὺς ζηλοῦσα, ubi bene Sylb. annotat, eosdem alibi μειρακιώδεις appellari. Sic *Epist. ad Cn. Pomp.* 2, *p.* 760. 11: σχήμασί τε ποιητικοῖς ἐσχάτην προςβάλλουσιν ἀηδίαν καὶ μάλιστα τοῖς Γοργιείοις ἀκαίρως καὶ μειρακιωδῶς ἐναβρύνεται. Est autem τὸ μειρακιῶδες e definitione *Longini, III,* 4 σχολαστικὴ νόησις ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα. — Ἀπολύεσθαι dicuntur, qui e negotiis se, quibus irretiti tenentur, expediunt; v. c. *Plat. Epist. IX, p.* 357. *E:* ὑποδυςφορεῖν σε, ὅτι οὐ δύνασαι τῆς περὶ τὰ κοινὰ ἀσχολίας ἀπολυθῆναι. Deinde omnino est *discedere*, ut *Vera Hist. I.* 41: αἱ δὲ συμπλεκόμεναι καρτερῶς διηγωνίζοντο καὶ οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο. *Plut. de Garrul.* 12, *p.* 508. *D:* ἄχρι τῆς ὁδοῦ προπέμψας καὶ ἀπολυόμενος, ὑγίαινε, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ Σέλευκε. Utitur h. l. *Per. ad Ael. XIII.* 46 ad vindicandam vulg. lect. ὑπὸ τῶν πολιτῶν εἰς ἐρημίαν ἀπελύθη, ubi tamen haud scio an legere praestet ἀπηλάθη. — Ad sequ. conf. *Polyb. III.* 2. 6: στήσαντες δ' ἐπὶ τούτων τὴν διήγησιν τὸν ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συστησόμεθα λόγον. — Mox ad κατεπείγῃ supplendum esse τὸ πρᾶγμα, notissima ellipsi, certatim Intpp. annotarunt, in auxilium advocato *L. Bos. de Ellips. p.* 231. Unus Gesnerus ad ἐκεῖνα retulerat: illa si urgeant: quam rationem unice rectam existimat *Fritzschius p.* 168, vereor ne calidius Κατεπείγειν enim etsi minime negem etiam personaliter usurpari, v. c. *Thuc. I.* 61: ὡς αὐτοὺς κατήπειγεν ἡ Ποτίδαια, haud tamen abhorrere ab usu impersonali docent exempla, quae liberali manu protulit *Schaef. ad l. l. p.* 410 *sq.* Quid quod eorum ipsorum locorum, quos suum in usum Fritzschius adhibuit, alterum huc potius pertinere

existimo *Demosth. Erotic. p.* 1403, 8: *συμβουλεύσας ἃ μάλιστα κατεπείγει* scil. *συμβουλεῦσαι*, *dato consilio, quod maxime dari res urgeat.* Quae utut sint, hoc certe constare arbitror, esse locos, qui utroque modo commode explicari possint.

Καὶ πρὸς — ἀπολείποιτο.] Omnino, inquit, properato ad omnia, temporisque, quantum ejus fieri potest, aequalitatem servato et ab Armenia quidem in Mediam transvolato, inde autem uno alarum impetu in Iberiam, inde in Italiam, tempora omnia gradibus ut aequet. Commendare Lucianum vides eam historiae disponendae rationem, quam synchronisticam dicere nos solemus; quae utrum praestet an ea, quae nisi re ipsa absoluta, finem imponi narrationi cuidam vetat, multum et apud antiquos et nostro aevo disputatum est. Illam secuti sunt praestantissimi historici, Thucydides, Polybius, Diodorus etiam Siculus, etsi in contrariam quoque partem adhiberi possint ea, quae ipse praecipit *XVI.* 1: *ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἱστορικαῖς πραγματείαις καθήκει τοὺς συγγραφεῖς περιλαμβάνειν ἐν ταῖς βίβλοις ἢ πόλεων ἢ βασιλέων πράξεις αὐτοτελεῖς, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους. Οὕτω γὰρ μάλιστα διαλαμβάνομεν τὴν ἱστορίαν εὐμνημόνευτον καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσι. Αἱ μὲν γὰρ ἡμιτελεῖς πράξεις, οὐκ ἔχουσαι συνεχὲς ταῖς ἀρχαῖς τὸ πέρας, μεσολαβοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν τῶν φιλαναγνωστούντων· αἱ δὲ τὸ τῆς διηγήσεως συνεχὲς περιλαμβάνουσαι μέχρι τῆς τελευτῆς ἀπηρτισμένην τὴν τῶν πράξεων ἔχουσιν ἀπαγγελίαν. Ὅταν δὲ ἡ φύσις αὐτὴ τῶν πραχθέντων συνεργῇ τοῖς συγγραφεῦσι, τοτ' ἤδη παντελῶς οὐκ ἀποστατέον ταύτης τῆς προαιρέσεως.* Omnium autem acerrimus contrariae rationis vindex exstitit Dionysius Halicarnassensis. Cf. *Epist. ad Cn. Pomp.* 13, *p.* 773: *μετὰ τοῦτο ἔργον ἐστὶν ἱστορικῷ διελέσθαι τε καὶ τάξαι τῶν δηλουμένων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. Πῶς οὖν ἑκάτερος διαιρεῖ τε καὶ τάττει τὰ λεγόμενα; Θουκυδίδης μὲν τοῖς*

χρόνοις ἀκολουθῶν, Ἡρόδοτος δὲ ταῖς περιοχαῖς τῶν πραγμάτων· καὶ γίνεται Θουκυδίδης μὲν ἀσαφὴς καὶ δυςπαρακολούθητος· πολλῶν γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων ἐν διαφόροις ὡς εἰκὸς τόποις, ἡμιτελεῖς τὰς πρώτας πράξεις καταλιπὼν ἑτέρων ἅπτεται τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων. Πλανώμεθα δὴ καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυςκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦμεν, ταραττομένης τῆς διανοίας. *Jud. de Thucyd.* 2—4, *p.* 826 *sqq.* Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς διαιρέσεως, προειπὼν, ὅτι, τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων συγγραφέων ἢ κατὰ τόπους μεριζόντων τὰς ἀναγραφὰς ἢ κατὰ χρόνους εὐπαρακολουθήτους, ἐκεῖνος οὐδετέραν τούτων τῶν διαιρέσεων ἐδοκίμασεν — — καινὴν δέ τινα καὶ ἀτριβῆ τοῖς ἄλλοις πορευθῆναι βουληθεὶς ὁδὸν θερείαις καὶ χειμερείας ἐμέρισε τὴν ἱστορίαν. Ἐκ δὲ τούτων συμβέβηκεν αὐτῷ τοὐναντίον ἢ προὐδόκησεν. Οὐ γὰρ σαφεστέρα γέγονεν ἡ διαίρεσις τῶν χρόνων, ἀλλὰ δυςπαρακολουθητοτέρα παρὰ τὰς ὥρας. Ἐφ' ᾧ θαυμάζειν ἄξιον, ὅτι πολλῶν ἅμα πραγμάτων κατὰ πολλοὺς τόπους γινομένων, εἰς μικρὰς κατακερματιζομένη τομὰς ἡ διήγησις οὐκ ἀπολήψεται τὸ τηλαυγὲς φῶς ἐκεῖνο καὶ καθαρόν. Cf. omnino *G. J. Voſs. de Arte Hist. XXIV. Poppon. Prolegg. in Thucyd. T. I, p.* 69—76; tum *Creuz de Arte Hist. Gr. p.* 267 *sq.* et quos praeterea laudat *Krüger. ad Dionys. p.* 80. Hodie satis constat, nihil quidquam in universum ea de re decerni posse, sed a diversa singularum historiarum indole omne id judicium pendere. Nam quum non id tantum propositum sit historiae, ut, quid factum sit, narret, sed etiam qui factum sit, ut fieret, exponere studeat, illud omnium maxime spectandum erit, ne a causis suis eventus nimiis intervallis dirimantur. Sive igitur unius tantum gentis regnive res conscribat, sive complurium, quas inter nec belli unquam nec pacis ullum commercium intercesserit, curabit ut, quo singula ab unaquaque ordine gesta sint, eodem uno nar-

rationis tenore comprehendantur neve ante sistatur narratio, quam una aliqua effectuum series ad exitum perducta sit. Sin ita comparatae sint diversorum populorum historiae, ut nulli eorum accidere majoris momenti quidquam possit, quin ad alterum quoque aliquatenus id pertineat, temporum maxime aequalitas servanda erit, mutuae hae rationes ne conturbentur vel evanescant. Quibus praemissis, dubium esse nequit, quid ὁμοχρονεῖν h. l. sit Luciano. Musicorum verbum esse Sol. existimat, adhibito loco *Imagg.* 14: συνῳδὸν εἶναι τὴν κιθάραν καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον, ubi etsi negari non possit, idem fere esse ὁμοχρονεῖν τινὶ quod h. l. mox μὴ ἀπολείπεσθαί τινος, *aequali gradu procedere* (Tact halten), haud scio tamen an nostrum ad illustrandum minime ille faciat. Omnium optime Belinus: « Lucien veut dire par-là, que si plusieurs événemens se sont passés en même tems, il faut que l'historien, par la rapiditè de son récit, imite s'il (autant qu'il) est possible, cette identitè de tems». — Iberiam quam intelligat, — v. p. 186 —, non satis patet. Non multum abest, quin Hispaniam arbitrer; ea enim, quae per ἑνὶ ῥοιζήματι expressa est, itineris rapiditas ingens sibi intervallum postulare videtur. — Ῥοίζημα est *stridor*, qualis sive alarum sive sagittarum sive qualiscunque rei celeri impetu vehementer commoto aëre editur. Sic apud Nostrum *Jove Trag.* 1:

Ὦ μεγαλοσμαράγον στεροπᾶς ῥοίζημα τί ῥέξεις;

Musc. Enc. 2: ἡ δὲ πτῆσις — οὔτε ὡς οἱ σφῆκες μετὰ ῥοιζήματος. *Aristoph. Avib.* 1182:

Ῥύμῃ τε καὶ πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασι
Αἰθὴρ δονεῖται:

ubi Beckius laudat *Orph. Hymn. XXXVII*, 19:

Ἠχῶ δ' οὐρανία κελαδεῖ ῥοιζήμασι φύλλων.

Vetustior forma est ῥοῖζος, v. c. *Hom. Iliad.* Π. 361:

Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.

Odyss. Z, 315 etc. Ita et *Plutarch. V. Demetr.* 21: ἅμα ῥοίζῳ καὶ τόνῳ πολλῷ προςχωροῦν. Cf. omnino *Schaef. ad Dionys. p.* 156. — Ἀπολείπεσθαι vide ad c. XLV extr.

Cap. LI.

Μάλιστα — μηδὲν.] Lucianus, antequam ad singulas historici operis partes exponendas transiret, illud diserte monendum esse duxit, omne fere scriptoris officium tum ad elocutionem, tum inprimis ad dispositionem pertinere; inventionis exiguas esse in historia partes, quae non tractandis argumentis artificiose fictis ingenii vires comprobare, sed vere gesta ad posterorum notitiam tradere propositum habeat; omnium igitur maxime speculo similem mentem praestare historicum oportere sincero et lucido et centro accurate expresso, qualesque rerum gestarum formas receperit, tales etiam exhibere, ne distortum quidquam neve alterato colore aut figura mutata appareat. — Quid sit κάτοπτρον ἀκριβὲς τὸ κέντρον, multis disputatum est ab Intpp., nec injuria, quia, etsi rotunda plerumque fuisse antiquorum specula constet, nihil tamen, ut Reitzius ait, accuratum centrum facit ad imagines tales reddendas quales acceperunt. Idem bene admonuit, accurati centri non esse locum nisi in speculis iis, quae sint superficiei convexae et concavae imaginesque vel majores reddant vel minores; tales autem ait intelligi h. l. non posse, quia ad ordinarios usus fere sint inepta. Ad ordinarios, fateor; at h. l. haud scio an omnium aptissima sit illorum ipsorum speculorum similitudo. Sicuti enim in oculi pupilla, veluti speculo quodam convexo, eadem, quae in rerum natura, omnia, quamquam minimo spatio inclusa, iisdem tamen formis et mutuis relationibus descripta apparent, ita etiam historici mentem rerum toto orbe gestarum veluti radios colligere indeque compositam imaginem, minutam illam quidem, at eo clariorem, quales solent spe-

cula illa, reddere Lucianus jussit. Quocum egregie consentit, quod statim cavere historicum suum jubet, ne aut varae deformesque appareant aut radiorum fractionibus alienos colores imagines contrahant, quae facile illis speculis accidunt, nisi omni ex parte accurate expolita et ad unum centrum exacta sunt. Diversam explicandi viam ingressus est *J. Beckmannus,* qui fusissima disputatione de speculorum apud antiquos inventione et usu instituta de nostro quoque loco non indocte disseruit in *Beyträgen zur Geschichte der Erfindungen, T. III*, *Fasc.* 4. *p.* 485. Laudat eum et Lehmannus, praeeunte scilicet Schmiedero; quem adeo ille sive fidenter sive negligenter exscripsit, ut et sphalma typothetae, quod Schmiederiana editio contraxit, ipsius quoque annotationem occuparet. Beckmannus igitur *κέντρον* h. l. eo significatu accipiendum existimat, quo est apud *Plin. Hist. N. XVI.* 74. 1. In arboribus enim ille ait quibusdam, sicut in marmore, inveniri centra, i. e. duritiam clavo similem, inimicam serris. Idem *XXXVII,* 10 in vitiis, quibus infestentur crystalla, refert praedurum fragileque centrum, *Knoten* vel *Blasen*, qualia facile exsistere solent in speculo ex aere argentove aut stanno conflato. V. et *Beckm. p.* 187. At tali de centro si Lucianus cogitasset, scripsisset, opinor, et scribere debuisset *κέντρων ἀκριβῶς καθαρόν*: nunc *ἀκριβὲς τὸ κέντρον* neque Graecus unquam nec Graece doctus de alia re, nisi quae centro utatur exacte et accurate expresso, vel potuit dicere vel intelligere audeat. — *Διάστροφα* sunt vara, distorta, rectis sive ad amussim factis opposita. Cf. *Her. I.* 167: *ἐγένετο διάστροφα καὶ ἔμπηρα καὶ ἀπόπληκτα. Themist. Orat. XXI, p.* 247. *C: οὔτε στάθμην τινὰ ἐπιστῆσαι, ἢ τὸ σκολιὸν αὐτοῦ καὶ διάστροφον ἐμφανὲς ποιήσει μὴ προςαρμόττουσα. Luc. adv. Ind.* 7 de Thersite: *παγγέλοιος ἄνθρωπος, διάστροφος τὸ σῶμα καὶ λελωβημένος.* Ab *ἑτεροσχήμοσι* haud scio an ita differant, ut haec sint, quae diversas omnino atque alienas formas gerant, in illis, quamvis depravata figura, perspicuum tamen sit, qualem esse oporteat.

Οὐ γὰρ — εἴπωσι.] Neque enim ut rhetoribus scribere historicos ait, sed quae dicturi sint, ea et esse jam et olim omnino dictum iri; jam enim facta esse nec nisi ordine digeri ea verbisque exponi oportere; non igitur quid, illos, sed quomodo dicant, quaerere debere. Loci rationem princeps Gesnerus intellexit. «Τοῖς ῥήτορσιν γράφειν, inquit, est sub magistro eloquentiae sive rhetore exercitationis causa scribere, ubi et ipsam speciem et verba fingere non licet modo, sed oportet». Ad sententiam idem fere *Demosth. pro Cor. p.* 303. 15: διόπερ τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγὼν νῦν ὕστερον ἥκει, ῥητόρων ἀγῶνα νομίζων, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ οὐχὶ τῶν πεπολιτευμένων ἐξέτασιν ποιήσειν ὑμᾶς, καὶ λόγων κρίσιν, οὐ τοῦ τῇ πόλει συμφέροντος ἔσεσθαι. Historicum vero Lucianus ea cura vacare ait, ut argumentum sibi fingat difficile ac perplexum, qualia solebant, qui in scholis meditabantur, incredula plerumque et quae ne fando quidem unquam audita forent, nisi talibus maxime declamatores illi ad ingeniorum artisque ostentationem indigerent; quo ex genere etiamnum exstant M. Senecae Controversiarum libri et quae Quinctiliani sub nomine feruntur Declamationes. Historico praesto sunt, quas narret, res vere gestae, quarum si ille quidquam vel cupiditate aliqua ductus vel intempestivae ostentationi materiam adaptaturus vel tacuerit vel aliter ac gestum sit retulerit, non deerunt alii, qui eadem opportunitate ad easdem res melius veriusque narrandas sint usuri; quibus veritatis palmam praeripere, et dignum historico et consentaneum est. Hoc est quod Lucianus: ἔστι, inquit, καὶ εἰρήσεται: quod quum non perspexisset *B. G. Weiskius* in *Diss. de Hyperbole in Hist. Philippi P. II, p.* 4, legendum arbitratus est ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα, ἃ ἔστι, καὶ εἰρήσεται: i. e. *res narrandae, quae* (quales) *sunt, eae et esse dicentur;* recte reprehensus a *Krügero ad Dionys. p. XVI.* — Quod a singulari numero ad pluralem Lucianus transiit

(δεικνύτω — γράφουσι), Atticorum more factum esse constat. Quamquam haud scio an male *Belinus ad Oppian. Cyneg. I.* 62 huc retulerit *Schol. Soph. Ajac.* 739: ἀττικὸν ἔθος τὸ ἐπιφέρειν ἑνικοῖς πληθυντικὰ καὶ ἀνάπαλιν, ὡς καὶ νῦν· Οὔτις ἔσθ' ὅς οὐχὶ ἔλεξε, ξύναιμον αὐτὸν ἀποκαλοῦντες. Quae enim post collectiva, post ἕκαστος, post abstracta concretorum loco usurpata vel in praedicato vel in appositione, vel in aliqua relatione conspicua est numerorum enallage, ea si sensum, non vocabula formasque respicias, in subjecto potius posita est, quod, etsi singulari numero collocatum sit, pluralis tamen vim gerit et indolem *). Nostro loco alia res est. Vere enim singulare esse subjectum ὁ ἱστορικὸς etsi negari non possit, ea tamen, quae non magis ad unum, quam ad plures adeoque reliquos ejus generis omnes pertinent praedicata, nihil obstat, quominus plurali etiam numero efferantur; contraque ea, quae modo pluraliter de universo genere dicta erant, mox singulariter veluti de uno ex illis praedicari possunt; modo ne in uno eodemque sententiae tenore constructionis rationes conturbentur. Hoc enim est, quo a superiore constructio nostra differt, quod illic v. c. subjectum singulari numero dictum excipere statim potest verbum pluraliter declinatum, hic primum saltem verbum respondere subjecti numero oportet nec nisi in reliquis, quum veluti de novo cogitandum est subjectum, enallage locum habet. Medium fere inter utramque tenet enallage numeri post ὅςτις et εἴτις, quorum etsi saepissime eodem vis redeat, prius tamen ad collectiva, posterius ad nostram constructionem propius accedere videtur. Cf. *F. A. Wolf. ad Plat. Symp. p.* 29.

*) Quapropter appellatur etiam *Constructio ad sensum*, σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Cf. *Per. ad Ael. V. H. X.* 16. *Fisch. ad Well. Gr. Gr. III. a. p.* 306. *III. b. p.* 69. *Koen. ad Gregor. Cor. p.* 71. *Dorv. ad Char. p.* 380. *Stallb. ad Phileb. p.* 150. *Hemst. ad Luc. Nigr. p.* 227. *Krüger. ad Dionys. Hal. p.* 32. *Buttm. ad Soph. Philoct.* 713. *Boeckh. ad Corpus Inscr. Gr. T. I, p.* 109. *Boisson. ad Philostr. p.* 450. 588. *Loers. ad Menex. p.* 131 etc.

Stallb. ad Phileb. p. 138. Nostri usus exemplum suppeditat *Reisig. Conjectt. p.* 153 *Aristoph. Vesp.* 574:

Κἄπειτ' εὐθὺς προςιόντι
Ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλὴν, τῶν δημοσίων κεκλοφυῖαν,
Ἱκετεύουσιν δ' ὑποπίπτοντες, τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες.

Longe frequentius simili modo pluralem singularis numerus sequitur. Cf. *Heind. ad Plat. Gorg. p.* 105. *ad Protag. p.* 499. *G. Herm. ad Viger. p.* 739. *Poppon. Prolegg. Thucyd. T. I, p.* 93. Aliter explicandi sunt loci quales *Tox.* 17: *μέχρι τῆς ἕω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα.* 41. *τυφλώσας καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν κάθηνται ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν δημοσίᾳ τρεφόμενοι.*

Ὅλως — ὕλην.] Omnino ait sic statuendum esse, si quis historiam conscribat, similem eum esse Phidiae vel Praxiteli oportere Alcamenive vel alii cuidam ex eo genere. Etenim, inquit, ne illi quidem aurum argentumve vel ebur vel reliquam materiam facere solebant; verum illa quidem praesto erat operique faciendo praeparata, suppeditantibus aut Eleis aut Atheniensibus aut Argivis; at illi formare tantum et secare ebur et polire et glutinare et aptare et auri veluti florem inducere solebant, in eoque ars ipsorum posita erat, materiam ut commode collocarent. Aut fallor equidem, aut memoria lapsus est Lucianus, quum Praxitelem diceret, ubi Polycletum vellet. Neque enim Argivorum jussu quidquam Praxiteles fecisse fertur, neque in arte chryselephantina unquam elaboravit, in aere tantum et marmore operam suam posuit. Cf. *Winkelm. Gesch. d. Kunst, p.* 678 *ed. Vindob. Heynii Opuscc. Academ. T. V. p.* 382. *Boettigeri Andeutungen p.* 162—166. *Quatremère de Quincy le Jupiter Olympien p.* 60 *sq.* 91. Polycleti autem manu factum nobilissimum illud Junonis Argivae signum eburneum non magis ignorare quem-

quam arbitror, quam Phidiacae artis monumenta, Jovem Olympiae, Athenarum Minervam decus. Cf. *Pausan. II.* 17. *Strabo VIII, p.* 571. *Max. Tyr. Diss. XIV. Tertull. de Corona c.* 7. Cf. *Boettiger l. l. p.* 122 *sqq. Quatremère l. l. p.* 326. Omnino Phidiae et Polycleti haud raro nomina conjunguntur. *Plut. V. Pericl.* 2: *οὐδεὶς εὐφυὴς νέος, ἢ τὸν ἐν* Πίσῃ *θεασάμενος Δία, γενέσθαι* Φειδίας *ἐπεθύμησεν, ἢ τὴν* Ἥραν *τὴν ἐν* Ἄργει Πολύκλειτος etc. — Alcamenem etsi in marmore tantum caelando operam posuisse existiment eruditi, ut Phidiae tamen discipulum subjunxisse h. l. Lucianum arbitror Cf. de eo *Plin. Hist. N. XXXVI.* 4. 3 *sq. Böttiger l. l. p.* 110. — De arte ipsa chryselephantina in universum eborisque potissimum apud antiquos usu et tractatione laudasse sufficiat *Nov. Comm. Societ. Scient. Gott. T. I. P.* 2, *p* 96 *sqq. Neue Bibl. der schönen Wissensch. Bd. XV, Stück* 1 *et* 2. *Heyne's antiquarische Aufsätze Tom. II, p.* 149—171. *Quatremère l. l. p.* 163 *sqq.* 393 *sqq.* Nostro cum loco non sine fructu contuleris *Plut. V. Pericl.* 12: *ὕλη μὲν ἦν λίθος, χαλκὸς, ἐλέφας, χρυσὸς, ἔβενος, κυπάρισσος· αἱ δὲ ταύτην ἐκπονοῦσαι καὶ κατεργαζόμεναι τέχναι τέκτονες, πλάσται, χαλκοτύποι, λιθουργοὶ, βαφεῖς χρυσοῦ, μαλακτῆρες ἐλέφαντου, ζωγράφοι, γραφεῖς, ποικιλταὶ, τορευταὶ,* quem ad l. cf. *Facius ad Plut. Excerpta quae ad artes spectant, p.* 6—11, et *Boettiger l. l. p.* 72 *sqq.* Ὕλην qualiscunque operis materiam significare, vix est cur moneam. *Aristot. Politic. I.* 3. 1: *ἡ μὲν τὰ ὄργανα παρέχει, ἡ δὲ τὴν ὕλην· λέγω δὲ ὕλην τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τι ἀποτελεῖται ἔργον, οἷον ὑφάντῃ μὲν ἔρια, ἀνδριαντοποιῷ δὲ χαλκόν. VII.* 4. 2. *ὥσπερ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς οἷον ὑφάντῃ καὶ ναυπηγῷ δεῖ τὴν ὕλην ὑπάρχειν ἐπιτηδείαν οὖσαν πρὸς τὴν ἐργασίαν κ. τ. λ. Lucian. Hermot.* 38. *καὶ οὐδὲ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ὁμολογοῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν χαλκοῦ, οἱ δὲ ἀργύρου, οἱ δὲ χρυσοῦ, οἱ δὲ κασσιτέρου εἶναι αὐτὸ φάσκουσιν.*

Jove Trag. 6. κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον, ὡς ἂν ὕλης ἢ τέχνης ἔχοι· ἐν προεδρία μὲν τοὺς χρυσοῦς, εἶτα ἐπὶ τούτοις τοὺς ἀργυροῦς, εἶτα ἑξῆς ὁπόσοι ἐλεφάντινοι, εἶτα τοὺς χαλκοῦς ἢ τοὺς λιθίνους, καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις οἱ Φειδίου μὲν ἢ Ἀλκαμένους — προτετιμήσθων. Eumque significatum Plato quoque agnoscit v. c. *Phileb. p.* 54. *C.* γενέσεως μὲν ἕνεκα φάρμακά τε καὶ πάντα ὄργανα καὶ πᾶσαν ὕλην παρατίθεσθαι πᾶσιν. *Tim. p.* 69. *A.* τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται: physicus inde ab Aristotele demum invaluit. Cf. *Rudolph. ad Ocell. Luc. p.* 162 *sqq. Silvestrem materiam* nimium presse vertit *Macrob. Comment. in Somn. Scip. I.* 6, item *silvestrem tumultum I.* 12. Subjectam esse (*Cic. Academ. I.* 7), ὑποβεβλῆσθαι, materiam dixit Noster et *Anach.* 35: μηδὲ διαρκῆ τὴν ὕλην ἔχῃ ὑποβεβλημένην. Ἐλέφαντα non graece tantum verum etiam latine tam materiam eboris quam belluam significare Reitzius monuit; apud poëtas puta, v. c. *Virgil. Aeneid. III.* 464:

> Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto.

Adde *Georg. III.* 26:

> In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto
> Gangaridum faciam victorisque arma Quirini.

Quod ἔπλαττον καὶ ἔπριον τὸν ἐλέφαντα dixit, dubius haereo, referendum sit an non τὸ πλάττειν quoque ad ebur, quod certe reliquis verbis omnibus objecti loco esse constat. Πλάττειν τὸν ἐλέφαντα vix aliud quidquam esse possit quam quod Plutarcho est μαλακίζειν, *lentum et flexile ebur reddere,* quod per zythum effectum esse docuit *Facius l. l.* ex *Plut. an vitiositas ad infelicitatem sufficiat* 4, *p.* 499 *D*: τὸν ἐλέφαντα τῷ ζύθει μαλακὸν γενόμενον καὶ χαλῶντα κάμπτουσι καὶ διασχηματίζουσιν, ἄλλως δὲ οὐ δύνανται. Sin absolute dictum accipias πλάττειν, intelligendum erit de argilla sive exemplari e gypso facto (*Modell,* πρόπλασμα, πρότυπον, κάναβος), quod pro-

prium erat plastices. *Plin. Hist. N. XXXV.* 44: «Crevitque res in tantum ut nulla signa statuaeve sine argilla fierent». Cf. *Winkelm. Gesch. d. Kunst, p.* 508. 509. *Schorn, Studien d. griech. Künstler. p.* 287 *). Ebur, ubi mollitum erat, in partes sectum; deinde in singulis partibus eo usque elaboratum, donec componi signum ex illis posset. *Ξέειν* i. q. *ἐργάζεσθαι, τεκταίνεσθαι*, de universa statuarii opera usurpatur, quam excolendae rudi materiae impendit. Cf. *Creuz. ad Plotin. p.* 365. Unde c. XXVII *εὔξεστον*, *affabre factum.* Mox singulae partes ubi conglutinatae essent, iterum in ipso signo elaborandum erat, ut apta fierent atque concinna inter se omnia et in unum corpus veluti coalescerent neve emineret quicquam neque hiaret. Unde *Philostr. Imagg. II.* 1, *p.* 810: *ἡ δὲ ὕλη συνθήκη μεμυκότος ἐλέφαντος.* Postremo aurum, quibus opus erat, inductum. De *ἐπανθίζειν* v. p. 94. Commentarii loco sit ipse Noster *Jove Trag.* 8: *οἵ γε πολυτελέστατοι αὐτῶν ἐλεφάντινοι ὀλίγον ὅσον τοῦ χρυσοῦ ἐπιστίλβον ἔχοντες, ὡς ἐπικεχρῶσθαι καὶ ἐπηυγάσθαι μόνον, τὰ δὲ ἔνδον ὑπόξυλοι καὶ οὗτοι, μυῶν ἀγέλας ὅλας ἐμπολιτευομένας σκέποντες.* — *Τοῦτο ἦν ἡ τέχνη αὐτῶν* simili quodam modo dictum est ut c. XXXI: *οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον*, quem ad l. quos excitavi, illis accedant *Thuc. V.* 41: *τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις τὸ μὲν πρῶτον ἐδόκει μωρία εἶναι ταῦτα.* *Luc. Anach.* 6. *οὐ γὰρ μανία τὰ γιγνόμενά ἐστιν.* Nostro loco quam maxime respondent Platonici quales *Gorg. p.* 492. *C. τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ, τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία.* *Phaedr. p.* 249. *C. τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις τούτων.* *Meno, p.* 77. *B. καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω ἀρετὴν, ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι.* *Ibid. p.* 98. *A* etc. Adde *Max. Tyr. Diss. XXXVII: εἰ μὲν οὖν τις τοῦτ' εἶναι φιλοσοφίαν λέγει, ὀνόματα καὶ ῥήματα.* *Diss. XL: τοῦτο ἐπιστήμην φῶμεν, ἐθισμὸν ψυχῆς κ. τ. λ.* Nec uno hoc loco Platonem expressit Noster. Cf.

Mort. Dial. XVII. 1. τοῦτ' αὐτὸ ἡ κόλασίς ἐστι τὸ διψῆν μου τὴν ψυχήν. *Merc. Cond.* 23. τοῦτο ἡ πρᾶσις ἐστὶ *Saltat.* 17. καὶ τοῦτ' ἐστὶν Ἰνδῶν καὶ εὐχὴ καὶ χοροὶ καὶ θυσία. *Icarom.* 14. τοῦτό ἐστιν ὁ βασιλεὺς καὶ γνήσιος αἰετός. *Tox.* 48. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία, quem ad l. a nupero editore p. 136, diversissima et alienissima sunt congesta. Illis enim in locis omnibus vel Subjecti vel Praedicati loco sunt Masculina et Feminina, τοῦτο, etsi eleganter ad illa quoque referri possit, quo de usu egi in *Spec. Plut. p.* 26, proprie tamen refertur ad alia, ut h. l. ad οἰκονομήσασθαι τὴν ὕλην. Alia res est, sicubi Masculina et Feminina in Appositione collocantur ita, ut τοῦτο ad ipsa illa pertineat et veluti viam muniat illis, quem usum exemplis illustraverunt *Matth.* §. 467. d. *Heind. ad Cratyl. p.* 134. *Ast. ad Remp. p.* 466. Sic v. c. *Plat. Republ. V, p.* 473. *D.* καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν συμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία. Ad sequ. cf. *Dorv. ad Char. p.* 599: „Habet hoc verbum (οἰκοδομεῖν) vicini soni insidiatorem οἰκονομῆσαι, ut ap. *Lucian. T. II, p.* 62, ubi nunc, nescio quam bene, οἰκονομήσασθαι". Mirere sane, dubitare potuisse Dorvillium de lectione, qua haud scio an nulla melius huic loco conveniat Οἰκονομεῖν est quidem νέμειν οἶκον, at potest esse et οἰκείως νέμειν. Cui ignota οἰκονομία ῥητορικὴ, *totius causae dispositio?* Cf. *Ernest. Lex. Rhet. Gr. p.* 229, et *Lat. pp.* 129. 276. Adde quod maxime consentaneum est oeconomiae τὸ ἐς δέον, *rectus et opportunus usus*, ut apud *Plutarchum* est *V. Pericl.* 23. τοῦ δὲ Περικλέους ἐν τῷ τῆς στρατηγίας ἀπολογισμῷ δέκα ταλάντων ἀνάλωμα γράψαντος, ἀνηλωμένων ἐς τὸ δέον, ὁ δῆμος ἀπεδέξατο μὴ πολυπραγμονήσας. *Xen. Hieron. XI.* 1. τὰ εἰς τὴν πόλιν ἀναλούμενα μᾶλλον εἰς τὸ δέον τελεῖσθαι ἢ τὰ εἰς τὸ ἴδιον ἀνδρὶ τυράννῳ. Omnino ἐς δέον est *utiliter, commode.* Cf. *Per. ad Ael. III.* 8. Unde Noster *Her.* 7. ἐς δέον οὕτως ἀποβήσεσθαί μοι τὰ τῆς εὐχῆς.

Τοιοῦτο — αὐτά.] Tale igitur jam historici quoque negotium esse Lucianus ait, opportunis locis res gestas ut disponat et quam possit clarissime ante oculos eas constituat; hoc quoque ad Thucydidis exemplum, qui quidem *ἀεὶ τῷ λόγῳ πρὸς ταύτην ἁμιλλᾶται τὴν ἐνάργειαν, οἷον θεατὴν ποιῆσαι τὸν ἀκροατὴν καὶ τὰ γενόμενα περὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκπληκτικὰ καὶ ταρακτικὰ πάθη τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος*, teste *Plut. de Glor. Ath.* 3, *p.* 347, *A.* Cf. *Poppon. Prolegg. Thucyd. T. I*, *p.* 265, et omnino de hac *ἐναργείᾳ Krüger. ad Dionys. p.* 8. cum *Add. p. XLVI*, et *Jac. ad Tox. p.* 54, ubi iterum Noster c. 8: *ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν· πάνυ γοῦν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας.* Sic *Plat. Politic. p.* 277. *C: ἀτεχνῶς ὁ λόγος ἡμῖν ὥσπερ ζῶον τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν, τὴν δὲ οἷον τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ συγκράσει τῶν χρωμάτων ἐνάργειαν οὐκ ἀπειληφέναι πω.* In universum *ἐναργῆ* appellantur ea, quae etsi in animis tantum nostris versentur, tamen non oculis tantum videre sed adeo manu prehendere posse nobis videmur; unde ad somnia quoque et spectra id verbum haud raro refertur. *Hom. Odyss.* Δ. 841:

Ὡς οἱ ἐναργὲς ὄνειρος ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ.

Plat. Crit. p. 44. *B: ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἐναργὲς μὲν οὖν. Epist. VIII, p.* 357. *C: οἷον ὀνείρατα θεῖα ἐπιστάντα ἐγρηγορόσιν ἐναργῆ. Luc. Somn.* 5 etc. Vide *Jens. Lectt. Lucc. p.* 298. — *Εἰς καλὸν διαθέσθαι* pessime Gesner. vertit, *cum ornatu disponere,* quod non relictum oportuit a Lehmanno. Male explicuit et Rudolphus, qui, quum *διαθέσθαι* saepenumero significet *venum exponere et vendere* (*Dorv. ad Char. p.* 362 *sq. Kuster. de Verb. Med. p.* 78), hunc esse sensum existimat: Imitari debere historicum mercatores, qui merces ita exponant, ut pulcrae sint adspectu, licet in iis nihil mutent. Haud melius

disputavit de loco gemino *Philops.* 29: *καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν*, ubi egregie Gesn.: *bene vos disputationem collocaturos.* Cf. *Merc. Cond.* 25: *εἰς καλὸν τὴν ἐν τῇ περιπάτῳ διατίθεται σχολήν*, *bene utitur otio.* V. *Schaef. Melett. p.* 87. Idem esse cernis *εἰς καλόν* ac quod modo illustravimus *εἰς δέον*, rectum et convenientem usum. Quid quod cognatum quoque significatum communem habent, qui est *tempori* sive *opportune?* Cf. *Vig. p.* 596. De *εἰς καλὸν* non est quod moneam post *Boisson. ad Philostr. p.* 614. *Reynders. ad Plat. Symp. p.* 13; de altero cf. *Charon.* 1: *καί μοι δοκῶ ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοι*, et, quos laudat *Bergl. ad Aristoph. Nubb.* 861, *Soph. Oed. Tyr.* 1415. *Ant.* 392. Idem est *ἐν δέοντι Pseudom.* 57; cf. *Valcken. ad Eur. Hippol.* 923; fere ut dicunt *εἰς καιρὸν*, v. *Bergl. ad Aristoph. Aves* 1688; et *ἐν καιρῷ*, ut v. c. *Plat. Crit. p.* 44. *A. Demosth. Olynth. p.* 27. 5. *Lucian. Saturn.* 33 etc.

Καὶ ὅταν — Φειδίᾳ.] Quo facto si videre se audientium aliquis ea, quae narrantur, arbitratur et deinde laudat, tunc, inquit, tunc omnibus numeris absolutum est convenientemque sibi et veluti propriam laudem historici illius Phidiae opus accepit, non si ab imperita turba, ut declamanti rhetori, *sophos* sibi et *pulchre, bene, recte* acclamatum fuerit, manusque complosae et jactata toga assentationem potius more et officio coactam quam genuinam affectionem prodiderint. Magnam sane vim habent ejusmodi repetitiones, qualis h. l. est *τότε δὴ τότε*, ab animo vehementer commoto profectae nec Platoni Demosthenive et quicunque illorum vestigia legerunt, neglectae; in quibus haud scio an principe loco sit Lucianus. Cf. *Imagg.* 13: *ὁπόταν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ καὶ μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τότε ὥρα μὲν σιωπᾶν κ. τ. λ.* *Sacrif.* 14. *ἢν δ' ἐς τὴν Αἴγυπτον ἔλθῃς, τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σεμνά.* *De luctu* 24: *τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδοῦνται.* *Dem.*

Enc. 48. τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν ἀποσπᾷν διενοούμην. *Icarom.* 34. ἅπαντα ἀκήκοας, ἅπαντα. *Pisc.* 37. εἰσὶ γὰρ, εἰσί τινες. *Calumn.* 26. Οὐδὲν, ὦ Θεοὶ, οὐδὲν ἀνόσιον εἰργασμένον. *Pseudol.* 14. ἐχρῆν γὰρ, ἐχρῆν. *Tox.* 1. Θύομεν, ὦ Μνήσιππε, Θύομεν. Sic *Themist. Orat. XXI*, *p.* 246. *A*: χαλεπὸν γὰρ τὸ χρῆμα, χαλεπὸν, ὦ ἄνδρες. Platonica congessere *Heusd. Spec. Crit. p.* 53. *Ast. ad Phaedr. p.* 273, *ad Remp. p.* 510. *Heind. ad Euthyd. p.* 343; Demosthenica *Ast. ad Plat. de Legg. p.* 6. *Krüger. ad Dionys. p.* 11. *Fritzsch. Quaestt. p.* 101; aliorum exempla *Dorv. ad Char. p.* 322. 388. *Hemsterh. Anecdd. p.* 54 etc. Mire vero Reitzius ineptiit, eandem rationem esse putans ejus οὐδὲ γάρ οὐδὲ, quod h. l. illustraturus supra neglexi. Quamquam vix opus erit ut moneam, οὐδὲ γὰρ, ut saepissime, dici pro οὐ γὰρ, ut *neque enim* pro *non enim*; alterius οὐδὲ signif. esse *ne — quidem*. Monuit quibusdam jam, quem ipse laudat, *Hemsterh. ad Nigr.* 6: οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν, οἶμαι, Θέμις. Adde v. c. *Saturn.* 34. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁμοίως ἡδὺ, οἶμαι. *Tox.* 36. οὐδὲ γὰρ οὐδέ εἰσιν ὑμῖν ἀφορμαὶ ὑπερμεγέθεις. *Plat. Phaedr. p.* 278. *E.* οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν. *Dionys. Hal. ad Cn. Pomp.* 6, *p.* 768: οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἔνεστιν εἰπεῖν. Quod h. l. in quibusdam Codd. est οὐ γὰρ οὐδὲ, iterum invenies *Merc. Cond.* 21. — Verbum ἀπακριβοῦν Lucianus amat: cf. *Saltat.* 81. *Adv. Ind.* 2. *Rhet. Praec.* 17. Idem est ἐξακριβοῦν. V. *Jos. Bekker. Spec. Philostr. p.* 97. — Ἀπολαβεῖν h. l. ut ἀπονέμειν, de quo egi p. 252, notionem continet *portionis justae et convenientis*. Sic *Plat. de Legg. I. p.* 642. *A*: ἡ κατὰ φύσιν αὐτοῦ διόρθωσις οὐκ ἂν δύναιτο ἄνευ μουσικῆς ὀρθότητός ποτε σαφὲς οὐδ' ἱκανὸν ἐν τοῖς λόγοις ἀπολαβεῖν. *Politic. p.* 277. *C.* etc.

Cap. LII.

Πάντων — λεκτέων.] Jam ad singulas dispositionis partes Lucianus transgressurus C. LII—LIV de Prooemiis, veluti capite, deinde de ipso historiae corpore primum quidem in universum C. LV—LVI, mox singillatim de descriptionibus C. LVII, de orationibus C. LVIII, de laudibus C. LIX, de fabulis C. LX exposuit; postremo C. LXI—LXIII totius operis perorationem subjunxit. Quod si, inquit, jam praeparata erunt omnia, nisi omnino res urgeat, ut de quibusdam praefatione aliqua praemonendum sit, vel sine prooemio aliquando initium faciet. Quanquam tum quoque eo exordio utetur, quod vim habeat prooemii ad lucem iis, quae dicentur, afferendam. Nomen solvit Lucianus, quod contraxerat C. XXIII extr.: *οὐκ εἰδότες, ὡς δυνάμει τινὰ προοίμιά ἐστι λεληθότα τοὺς πολλούς, ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν*: etsi vix fugere quemquam possit, multo illic majora promitti quam hic praestari, ubi, quum argumenta, praecepta, exempla exspectasses, vix repetuntur ad verbum ea, quae fore ut comprobentur ante pollicitus erat. Quae quum ita sint, statuere aliter nequeo, quam non habere nos nisi veluti commentarium ejus operis, quod conscribere sibi ab initio Lucianus proposuerat, adeo non dico negligenter, at festinanter scriptum, ut ne relectus quidem, certe non retractatus unquam ab illo esse censendus sit. V. p. 206. — Ceterum ne oratores quidem semper prooemiis usos esse constat e *Quinctil. II.* 13: «Ita prooemium necessarium an supervacuum; breve an longius — — causae docebunt». Idem egregie *III.* 8 6: «prooemio, quale est in judicialibus causis, non ubique eget — initium tamen quodcunque habere debet prooemii speciem; nec enim abrupte nec unde libuit, incipiendum, quoniam est aliquid in omni materia naturaliter primum». *Dionys. Hal. Jud. de Lysia* 17, p. 489. 11: *οὐ γὰρ τὸ πρῶτον ῥηθέν, ἀλλ' ὃ τοῦ προτεθέντος λόγου μηδαμοῦ*

μᾶλλον ἢ ἐπ' αὐτοῦ, ὠφελήσειε, τοῦτο ἀρχή τε καὶ προοίμιον. Veri simile enim est, immo auctorum testimoniis comprobatum (*Aristot. Rhetor. III.* 14. 1. *Cic. de Orat. II.* 80) haud raro accidisse, ut oratores, quibus nullam prooemii componendi materiam suppeditare argumentum suum videretur, alienissima prooemia praefigerent, quibus vix alia cum ipso orationum corpore esset communio, nisi quod proxime illud antecederent. Quod ut vitarent historici, praeceptum dat Lucianus, ut nisi quid de consilio operis scribendive opportunitate disputari fontesque exponi necesse sit, statim ab ipsa narratione exordium faciant, modo in limine collocentur ea, unde, quid potissimum agatur, primo aspectu illico lectori pateat ut v. c. Xenophontis illa: Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος παῖδες γίγνονται δύο. Hoc est prooemium δυνάμει, *indole,* ei, quod *re vera* est, ἐνεργείᾳ, contrarium. Bene Graevius: «tunc quoque prooemio utetur implicite», etsi mire deinceps: «si clare explicet, quaenam sint dicenda», quae quid sibi velint, nescio; nisi Partic. τῷ ἀποσαφοῦντι sumsit pro Infinitivo τῷ ἀποσαφεῖν ut v. c. accipi possit apud *Plut. Morr. p.* 777. *C:* οὐ πάθος λόγῳ δυςπειθὲς, οὐχ ὥςπερ ἐν μεθορίῳ τοῦ ἐπιθυμοῦντος καὶ τοῦ μετανοοῦντες: at hoc alienum est. — Ἤδη est *tandem,* ut v. c. *Plat. Crit. p.* 48 *E.* παῦσαι ἤδη, ὦ μακάριε, πολλάκις μοι λέγων τὸν αὐτὸν λόγον. — Ἀπροοιμίαστος jam Lexicis accessit, quibus addi jusserat *Jens. Lectt. Lucc. p.* 309. — De κατεπείγειν v. p. 294. — Προδιοικεῖσθαι solemne verbum de praefationis officio. *Dionys. Hal. A. Rhetor. X.* 13: ἡ δὲ τέχνη τοῦ προοιμίου προδιοίκησις τοῦ παντὸς ἀγῶνος. Δεῖ γὰρ παρασκευάσαι τὸν ἀκροατὴν ἐν τῷ προοιμίῳ, ὡς συμφέρει, τῷ ῥήτορι τούτῳ τὴν τοῦ παντὸς ἀγῶνος ἀκρόασιν ποιήσασθαι. — Ἀποσαφεῖν v. *Plat. Crat. p.* 383. *C. Lucian. Jove Trag.* 27. *Confut.* 14 etc.

Cap. LIII.

Ὁπόταν — ἀκούουσι.] At, inquit, etiam si utetur prooemio, a duobus tantum, non ut oratores a tribus exordium faciet, et omissis quae ad benevolentiam spectant, dociles auditores atque attentos reddet. Scholiastes: Ἔργα γὰρ τοῦ προοιμίου τρία ταῦτα, τὸ προσοχὴν καὶ εὐμάθειαν καὶ εὔνοιαν ἀπεργάσασθαι. Ὧν τὰ δύο πρόδηλον ὅτι ἀπὸ τῶν ἀκροατῶν, εὐμάθεια καὶ εὔνοια. Τὸ μὲν οὖν τὸν ῥήτορα ὠφελήσει, ἡ εὔνοια, ἵν' εὐμενῶς δέξοιντο [οἱ ἄνθρωποι] τοὺς λόγους αὐτοῦ. Καὶ ἡ εὐμάθεια δὲ πρὸς τῶν ἀκροατῶν ἐστίν. Ἐκείνους γὰρ ὀνίνησι τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἡ προσοχή· ὃ μάλιστα μεγαλονοίας δεήσεται ῥήτορος, εἰδότος καὶ τὰ σμικρὰ μεγάλα δεῖξαι καὶ ὡσπερεὶ δελέατι τοὺς ἀκροατὰς ἑλεῖν. Κατὰ δὲ δεύτερον λόγον καὶ ἡ εὐμάθεια τὴν τοῦ ῥήτορος ἐντρέχειαν γεννήσεται, ἐπ' ὠφέλειαν μέντοι καὶ αὐτὴ τῶν ἀκροατῶν. Ὥστε τριῶν ὄντων, μόνη ἡ εὔνοια τὸν ῥήτορα ὠφελήσει, τὰ δὲ λοιπὰ δύο τοὺς ἀκροατάς· διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐκλείπει, ὅτι μὴ ἑαυτῷ τότε ὁ ῥήτωρ, ἀλλὰ τοῖς ἀκροαταῖς ἐργάζεται. *Auct. ad Herenn. I.* 5: „Principium est, quum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur, ut attentos, ut dociles, ut benivolos auditores habeamus". Cf. *G. J. Vossii Institt. Rhet. III.* 2. 2. *p.* 329 *sqq. Ernest. Lex. Techn. Rhet. Gr. p.* 293. *Lat. p.* 304 *sq.* Et oratori quidem omnium maxime paranda est in judice benevolentia, quae quum et a nostra possit et ab adversarii persona duci, tum commendatione potest tum calumnia colligi, unde *Dionys. Hal. A. Rhet. X.* 5, *p.* 378. 13: προδιοικεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶ προσυστῆσαι ἢ προδιαβαλεῖν. Quarum neutra uti historicum decet; unde enim illi adversarius? „Ipsius autem historici personam, *Krügerus* inquit *ad Dionys. p. XV*, egregie Lucianus removendam esse ex historia perspexit, nedum ut scriptor de suis ipse laudibus

agat; quae, si munere suo qua par est ratione functus fuerit, sponte accrescent». Restat audientis, tanquam judicis, persona; unde tamen benevolentiam colligere nisi per adulationem nequit. Et haec quidem de personis; ab rebus ipsis captare benevolentiam non potest, quin aut utiles aut jucundas esse demonstret. At illud attentos reddit, non benevolos tantum auditores, hoc ne respicere quidem debere, nedum jactare, historicum, supra comprobatum est. Recte igitur Lucianus abesse jussit benevolentiae studium, quae nisi ad actum rei pugnamque praesentem necessaria non est. Quod autem contra statuisse Dionysium Halicarnassensem autumat Krügerus, non dubito, quin Lucianeo quodam ingenio adversus scriptorem suum utatur. V. quae dixi p. 66. Neque enim quidquam vult Dionysius, nisi tale esse prooemium, quod non statim a principio taedio legentes atque horrore afficiat (*τοὺς ἀναγνόντας τὸ προοίμιον ἠλλοτριῶσθαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν*) quod Lucianum quoque, si in aequalium quempiam cadere arbitratus esset, non sine reprehensione praetermissurum fuisse censeo. Aliud enim est benevolentiam captare, aliud a malevolentia sibi cavere; illud vetat Lucianus; hoc Dionysius praecipit. — *Οὐχ ὥςπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν* sc. *ἄρχονται. Plat. Symp. p.* 189. *C:* — *καὶ βωμοὺς καὶ θυσίας ἂν ποιεῖν μεγίστας, οὐχ ὥςπερ νῦν τούτων οὐδὲν γίγνεται.* Cf. *Heind. ad Plat. Gorg. p.* 259. *Fritzsch. Quaestt. p.* 154 *sq.* coll. *p. XXV.* Simili attractionis genere *Plat. Republ. VI. p.* 485. *D: ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπωσι, ἴσμεν που, ὅτι τούτῳ εἰς τἆλλα ἀσθενέστεραι, ὥςπερ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀποχετευόμενον,* ubi male Ast. leg. conj. *ἀποχετευόμεναι.*

Προςέξουσι — γεγενημένων.] Haec ex ipsis rhetorum scholis repetita: Animum enim, inquit, attendent, si ostenderit, magna esse vel necessaria, vel ad ipsos pertinere vel utilitatem aliquam habere ea quae dicturus sit; fere ut *Cic. de Inv. I.* 16: « Attentos autem faciemus auditores, si demonstrabimus, ea, quae dicturi erimus,

magna, nova, incredibilia esse, aut ad omnes, aut ad eos qui audient, aut ad aliquos illustres homines, aut ad deos immortales, aut ad summam rempublicam pertinere». Cf. *Auct. ad Her. I.* 5. Docilem sine dubio, ut ait *Quinct. IV.* 1, et haec ipsa praestat attentio, sed et illud, si breviter et dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicaverimus. Itaque Noster: perspicua vero, inquit, et dilucida faciet quae sequuntur, causas primum si exponat rerumque gestarum capita finibus suis describat. *Dionys. Hal. Jud. de Thucyd.* 19, *p.* 855, 11: *οἱ δὲ τὰς ῥητορικὰς συνταξάμενοι τέχνας παραγγέλλουσι, δείγματα τῶν λόγων τὰ προοίμια ποιεῖν, αὐτὰ τὰ κεφάλαια τῶν μελλόντων δηλοῦσθαι προςλαμβάνοντας*, ubi, si quid sentio, bene Reiskius *προλαμβάνοντας*. — Quod duplici significatu posuit *εὐμαθής*, primum activo, deinde passivo, bene defensus est a Lehmanno; quamquam non debuit is repetere Rudolphi annotationes duas, quas in Corrigendis ipse deleri jusserat editor. Passive iterum dixit Noster *Hermot.* 56: *ὡς πείσαιεν, οἶμαι, ἀληθῆ εἶναι τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα καὶ ἃ σοι ἐδόκει ῥᾴδια εἶναι καὶ εὐμαθῆ*. Cf. *Thom. M. p.* 390: *εὐμαθής ὁ εἰς τὸ μαθεῖν ταχύς. Λουκιανὸς ἐν τῷ Δὶς κατηγορούμενος* (c. 27)· *καὶ ἐπεὶ ἐδόκει μοι εὐμαθὴς εἶναι. Καὶ εὐμαθής ὁ εὔγνωστος, καὶ εὐμαθὲς ἐπὶ οὐδετέρου*. Non injuria Rudolphus animadvertit, causarum expositionem pertinere ad ipsam historiam, non ad prooemium. Et sic etiam *Quinctil. IV.* 2 narrationem esse ait causarum, quibus historici frequentissime utantur, cum exponant, unde bellum, seditio, pestilentia. Iis enim de causis nos cogitare, quibus ad scribendum compulsus sit historicus, vetant antecedentia, quae eas tantum intelligi causas jubent, quarum expositione res ipsa dilucida fiat. Quae tamen etiam si ad narrationem referantur, proxime saltem excipere praefationem debent, quo fit, ut medium aliquem locum inter utramque occupent, possitque, utrius partem constituant, dubitari. Sic in prooemii fine *Thucy-*

dides I. 23: διότι δὲ ἔλυσαν, inquit, τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον, καὶ τὰς διαφορὰς, τοῦ μή τινας ζητῆσαί ποτε, ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. V. p. 104. — Προεκθέσθαι praefationis officium. Apte Rudolphus adhibuit *Eustath. ad Iliad.* A, *p.* 7: ἐνταῦθα δὲ ἰστέον καὶ ὅτι σχῆμα εὐκρινείας καὶ σαφηνείας παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ προέκθεσις, προδιδάσκουσα κεφαλαιωδῶς καὶ προεκτιθεμένη τὸν τοῦ ἐφεξῆς λόγου σκόπον. — Περιορίζειν, *finibus certis describere,* dixit et *M. Antonin. VII.* 67: ἡ φύσις οὐχ οὕτως συνεκέρασέ σε τῷ συγκρίματι, ὡς μὴ ἐφεῖσθαι περιορίζειν ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι. Hinc *includere* apud *Achill. Tat. VIII.* 6: περιορίσαι δὲ εἰς σπήλαιον αὐτήν. *Suidas:* Οὐροὺς, ὀξυτόνως, τὰ νεώρια καὶ τὰ περιορίσματα τῶν νεῶν, quod Substantivum Lexicis addi frustra jussit *Bast. ad Greg. Cor. p.* 929.

Cap. LIV.

Τοιούτοις — γενέσθαι.] Ejusmodi, inquit, principiis praestantissimi historicorum usi sunt, scilicet quibus dociles sibi inque primis attentos lectores facerent: Herodotus quidem, quum eo se consilio historicum opus condidisse diceret, res gestae ne tempore evanescerent, magnae illae et admiratione dignae, praesertim quum victorias Graecorum, barbarorum clades continerent. — Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίας ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θαυμαστὰ, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι *). — Thu-

*) Usus est nostro loco ad vindicandam vulg. lect. in Herodoto *Dorv. ad Char. p.* 203; etsi memoriter tantum illum excitasse Nostrum appareat.

cydides autem et ipse, quia magnum fore memoriaque dignissimum omnibusque, quotquot antecesserint, gravius illud bellum exspectarit; si quidem et gravissimae clades in illo acciderunt. Extrema expressa sunt e *Thuc. I.* 23: τούτου δὲ τοῦ πολέμου μῆκός τε μέγα προὔβη παθήματά τε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι οἷα οὐχ ἕτερα ἐν ἴσῳ χρόνῳ. Bene enim admonuit *Hemsterh. Anecdd. p.* 111, non incipere Thucydidis historiam nisi a verbis Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις τ. λ.: quae antecedant omnia praefationis loco esse. Mirum autem, ξυνέβη dicere Nostrum, ubi ξυνηνέχθη habeat Thucydides; praesertim quum eadem varietas exstet apud *Dionys. Hal. de adm. vi dic. in Demosth.* 39, *p.* 1074, 7, etsi Idem *Jud. de Thucyd.* 20, *p.* 860. 7 praebeat ξυνηνέχθη. Ut h. l. est v. c. *Plat. Menex. p.* 247. *C.* ὡς ῥᾷστα φέρειν τὴν ξυμφορὰν, ἐὰν ἄρα ξυμβῇ γενέσθαι. *Aristot. Politic. VI.* 2. 10: ὅπερ συνέβη τῆς στάσεως αἴτιον γενέσθαι περὶ Κυρήνην. Cf. *Stallb. ad Phileb. p.* 176. — Ad antecedentia conf. *Thuc. I.* 1: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. — Ἐλπίζειν, *exspectare,* affatim illustrat *Krüger. ad Dionys. p.* 116. Sumsit id ex ipso Thucydide Lucianus, ut cetera; unum καὶ μείζω medium inculcavit, modo id ab eo profectum sit, quod vix mihi persuadeo nec multum abest, quin intrusum arbitrer ab imperito aliquo, quem offenderet constructio ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων, adeo illa et Attica et Thucydidea, ut destrui inepto quodam additamento a Nostro potuisse minime arbitrer. Nota in vulgus est enallage Superlativi pro Comparativo, quum res aliqua simul et praestantior altera et omnium praestantissima esse dicitur. Vide quae dixi in *Spec. Plut. p.* 9, addito *Nitzsch. ad Platon. Jon. p.* 79. Omnium ea tum maxime conspicua est, si reliquas, quotquot antecesserunt, eodem ex

genere omnes superare res aliqua perhibetur, v. c. *Soph. Antig.* 102: ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλλιστον ἑπταπύλῳ φανὲν Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος. *Thucyd. I.* 10. τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην μὲν γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς. 50. ναυμαχία γὰρ αὕτη Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας νεῶν πλήθει μεγίστη τῶν πρὸ αὐτῆς γεγένηται. *VI.* 13. ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναῤῥιπτούσης. *VIII.* 96. τοῖς δὲ Ἀθηναίοις — ἔκπληξις μεγίστη τὲ τῶν πρὶν παρέστη. *Plat. Phaed. p.* 116. *C.* ἄριστον ἄνδρα ὄντα τῶν πώποτε δεῦρο ἀφικομένων. *Plut. de Educ.* 7. τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ κυριώτατον τῶν εἰρημένων ἔρχομαι φράσων. Simile illud *Taciti Histor. I.* 50: «Solus omnium ante se principum in melius mutatus est».

Cap. LV.

Μέγα — μετάβασις.] Quum tria sint, quae spectari in loco de principiis oporteat, primum, an omnino uti prooemio deceat, deinde, quas partes continere debeat, postremo, quibus illud finibus circumscribendum sit, duo priora absoluta sunt, tertium restat, de quo egregie *Quinctil. IV.* 1: « Modus autem principii pro causa. Nam brevius simplices, longius perplexae suspectaeque et infames desiderant. Ridendi vero, qui velut leges prooemiis omnibus dederunt, ut intra quatuor sensus terminaretur. Nec minus evitanda est immodica ejus longitudo, ne in caput excrevisse videatur et quo praeparare debet, fatiget». Quorum ab utroque sibi historicus quoque ut caveat, Lucianus brevissime quidem, sed quod sufficiat, m a g n i t u d i n e m a u t e m ait p r o o e m i i a d c a u s a e i p s i u s r a t i o n e m v e l a m p l i f i c a n d o v e l c i r c u m s c r i b e n d o c o n c i n n a m e f f i c i o p o r t e r e; quibus defunctus jam deinceps: f a c i l i s v e r o, inquit, e s t o e t c o m m o d a a d n a r r a t i o n e m t r a n s g r e s s i o. Et de his quidem postea; illa paucis expedire licuit Luciano, negligere ea vel oblivisci nullo

modo potuit. Quorum tamen oblitus esse videri possit, Lehmannianam lectionem si amplectare: μετὰ δὲ τὸ προοίμιον — εὐαφὴς τε κ. τ. λ. i. e. *post prooemium vero, pro rerum ipsarum portione productum aut correptum, concinnus et sequax sit transitus ad narrationem.* En probum tibi artis magistrum. Veluti absoluto loco de principiis, transit ad alia; tribus vix verbis scriptis, venit in mentem tertia ejus loci pars omissa; paucis tamen literis deletis ordiri ab integro licuit. Noluit id elegantissimus scriptor; intrudere maluit atque inculcare alienissimo loco ea, quae quum nostra ratione in sententiae fine collocata brevissima esse videantur, ita, ut Lehmanno placuit, media interposita nescio quomodo longissima pariter et languidissima subito exsistunt: ἀνάλογον τοῖς πράγμασι μηκυνόμενον ἢ βραχυνόμενον: quamque ipse abruptam significasset telam, ubi ne verbum quidem amplius de prooemiis auditurum te exspectasses, denuo exordiri. Quod Lucianum certe non decuit; librarios sane decuit, qui sub operis exitum taedio correpti exspectare non possent, donec sponte sua ad aliam rem oratio transiret. Quamquam eorum quoque unus tantum vel duo eam lectionem exhibuerunt; longe plurimi fideliores se Luciani interpretes praestiterunt caeci librarii, quam oculati recentissimi ejus editores. — Ἀνάλογον uno vocabulo scripsi, ut recte solet, pari modo ut ἀνάμεσον, ὑπόλογον etc. Cf. *Wyttenb. ad Phaedon. p.* 307. Quamquam non male praecipere videtur *Buttm.* in *Indice* ad *Plat. Dial. IV, p.* 223, si junctim scribatur, scribendum esse ἀναλόγον, ut παραχρῆμα, διαπαντός etc. Sic *Plat. Alc. II, p.* 145. *D.* τὸν δέ γε οἶμαι κατὰ τὴν πυκτικὴν πυκτικὸν, τὸν δὲ κατ' αὐλητικὴν αὐλητικὸν, καὶ τἄλλα δή που ἀνάλογον τούτοις. *Aristot. Politic. IV.* 4. 5. καὶ ὁ δημαγωγὸς καὶ ὁ κόλαξ οἱ αὐτοὶ καὶ ἀνάλογον. *Luc. Hermot.* 32. ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν. *Deor. Dial. X.* 2. νὺξ δὲ κατὰ μέτρον τὸ αὐτῆς ἀνάλογον ταῖς ὥραις. *Jove Trag.* 11. ὥςτε ἀνάλογον πολυτελέστερος ἂν νομιζοίμην. *Plut. Daem. Socr.* 7. οὐ

γάρ τοι φαῦλον οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης, ἄκρως δὲ τὰς γραμμὰς ἠσκημένης ἔργον εἶναι τὴν *) δυοῖν μέσων ἀνάλογον λῆψιν. Male Wyttenb. conj. δυοῖν μέσου ἀναλόγου λῆψιν. Cf. *Reimer hist. probl. de cubi duplicatione.* Gottingae 1798. 8. — Εὐαφὴς et εὐάγωγος dubitari vix potest quin idem fere h. l. significent; ut *Imagg.* 14 τὸ εὐαφὲς τῶν δακτύλων appellatur, quod c. 6 fuerat δακτύλων τὸ εὐάγωγον, ἐς λεπτὸν ἀπολῆγον, i. e. molles artuum membrorumque flexus, ubi nec hiet quidquam neque emineat neque asperitas ulla sit iniquitasve, quae aut oculos aut digitos pertractantes de commissura quadam alteriusque partis fine admoneat. Sic *Philostr. Imagg. I.* 4, *p.* 763: διαφράττει δὲ αὐτὸ στέρνοις εὐαφέσι καὶ πλευραῖς, καὶ γλουτῷ συμμέτρῳ καὶ μηρῷ, ubi *Jacobs. p.* 230 ad *Animadv. in Anthol. gr. II.* 3, *p.* 152, et *Toup. in Suidam, T. II, p.* 505 ed. Oxon. lectores remittit. Itaque vel apud *Marc. Anton. XI.* 18: καὶ δεικνύναι εὐαφῶς καὶ ὁλικῶς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, non arbitror significare *affabre, dextre, apte*, ut Gatakero placet, sed *leniter, placide, clementer.* — Εὐάγωγον saepissime signif. id, quod haud gravate duci se, quocunque trahas, patiatur, nec facere renuat imperata; inde lene, facile, molle. *Plat. Republ. VI. p.* 486. *E.* ἣν ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος ἰδέαν ἑκάστου τὸ αὐτο·

---

*) Sic lege pro καὶ, qua de confusione vide quae dixi in *Spec. Plut. p.* 5 *). Pari modo confunduntur καὶ et ὡς. Cf. *Schaef. Melett. p.* 73. *Jacobs. ad Porson. Advers. p.* 302 et *ad Philostr. p.* 586. Adde haec: *Plat. Theaet. p.* 178. *A:* ἔστι δέ που καὶ περὶ τὸν μέλλοντα χρόνον. Lege τὸ περὶ. *Aristot. Mor. Eud. II.* 1: ὅτι ἐστὶ ψυχῆς ἔργον τὸ ζῆν ποιεῖν, τοῦ δὲ χρῆσις καὶ ἐγρήγορσις. Lege ἡ ἐγρήγορσις. *Luc. Hermot.* 60. καὶ ἄλλως μεθύων περιίῃς (sic c. *Fritzsch. p.* 165.) Lege τηνάλλως. *Plut. V. Dion.* 33. Πλὴν καὶ ξένων τῶν Δίωνος. Lege c. Anon. τῶν ξένων. *V. Alex.* 32: ὥστε θαυμάζειν ἐπελθόντας ὄρθρον καὶ ἡγεμόνας. Lege τοὺς ἡγεμόνας. — In Nostri *Patr. Enc.* 10 quod conjeci τὴν κουροτρόφον, praeceptum a Gesnero sero intellexi. Male vulg. defendit *Fritzsch. p.* 69.

φυὲς εὐάγωγον παρέξει. *Plut. Philos. c. Princ.* 2, *p.* 778. *A.* οὐδὲ γὰρ τοὺς καλοὺς καὶ ὡραίους τῶν νέων διώκει, ἀλλὰ τοὺς εὐαγώγους καὶ κοσμίους καὶ φιλομαθεῖς. *Luc. Philops.* 23. τὰ δ' ἄλλα καὶ αὐτῶν ἐκείνων εὐαγωγότεροι πρὸς τὸ ψεῦδος. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 993.

Ἅπαν — κοιλαίνεσθαι.] Omnino enim, inquit, reliquum historiae corpus omne perpetua narratio est; quapropter ornata esto narrationis virtutibus, ut molli et aequabili vestigio pariter et ipsa procedat, neve emineat quidquam neve hiet. Dudum, puto, intellexisti, non esse proprias quasdam suas leges dispositioni historicae, sed ab artis oratoriae praeceptis desumtas, indoli historiae atque argumento accommodari. Post principium orator utitur narratione, διηγήσει, cf. *Heind. ad Plat. Phaedr. p.* 315. « Maxime enim, Quinctilianus inquit, naturale est et fieri frequentissime solet ac debet, ut, praeparato per haec, quae supra dicta sunt, judice, res de qua pronuntiaturus est, indicetur. Ea est narratio ». Deinde sequuntur alia, divisio, confirmatio, confutatio, quibus non eget historia, quippe non ad actum rei pugnamque praesentem destinata; quid quod ne conclusionem quidem, oratoriam certe, non subjungit. Tota consistit in narratione; huic igitur quae in oratoria arte proposita sunt praecepta, mandata, leges, easdem in ipsius historiae corpus cadere placet Nostro. « Eamque, Quinctiliano teste, plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, brevem, verisimilem. Nec enim, inquit, refert, an pro lucida perspicuam, pro verisimili probabilem credibilemve dicamus ». *Dionys. Hal. de admir. vi dic. in Demosth.* 34, *p.* 1062. 7: ἐπεὶ καὶ τῆς σαφηνείας καὶ τῆς συντομίας καὶ τοῦ πιθανοῦ χωρίον ἀποφαίνουσιν οἱ τεχνογράφοι τὴν διήγησιν, οὐχ ὡς οὐκ ἀλλαχοῦ οὐδαμοῦ δέον ἐξετάζεσθαι τὰς ἀρετὰς ταύτας· πάνυ γὰρ ἄτοπον· ἀλλ' ὡς ἐν τῇ διηγήσει δέον μάλιστα. Idem *Auct. ad Herenn. I.* 9, *Cic. de Invent. I.* 20, *de Orat. II.* 80.

Quinctil. IV. 2, alii. Cf. omnino *Ernest. Lex. Rhet. Gr. p.* 65. *Lat. p.* 259. Et de brevitate quidem C. LVI Noster disseruit, de perspicuitate mox deinceps agetur; de verisimilitudine praecipi opus non erat in historia, quam alioquin studere jam ipsi veritati oporteat. Quod vero h. l. postulat Lucianus, ut leni et simplici dicendi genere utatur historicus mediusque inter actionum judicialium contentiones et familiarium sermocinationum negligentiam nec vehementer unquam nec remisse dicat, id vereor, ne non omnino de forensi narrationum genere dici possit, quas magnifice, miserabiliter, invidiose, graviter, dulciter, urbane dicere, adeoque suavitatem, admirationes, exitus inopinatos, colloquia personarum, omnes denique affectus habere rhetores volunt. Contra aptissime Graevius admonuit loci apud *Petron.* 118: «Praeterea curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae, sed intexto versibus colore niteant»; cum veluti centoni, inquit,

purpureus late qui splendeat unus
Assuitur pannus.

H. l. a via plana adeoque a planitie in universum similitudinem ductam esse et intellexit Rudolphus, et allatis exemplis comprobavit. Adde *Sturz. Lex. Xen. T. III. p.* 273. De arbore, ut Wielandus, ninime cogitandum. — Usum ejus quod est *ἀτεχνῶς* in comparationibus illustravit *Fritzsch. Quaestt. p.* 128. Adde *Heind. ad Sophist. p.* 411. *Stallb. ad Euthyphr. p.* 12. — Κατακοσμεῖν iterum est apud Nostrum *Somn.* 10: *τὴν ψυχὴν — κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι. Lexiph.* 24: *ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ ὀνόμασι* etc. Item *Xen. Hieron. XI.* 3: *ὅπλοις δὲ πότερον τοῖς ἐκπαγλοτάτοις αὐτὸς κατακεκοσμημένος δεινότερος ἂν φαίνοιο.* Vix differt a simpl. *κοσμεῖν*, nec nisi amplificandi gratia additam praepositionem existimo. *Dionys. Hal. de Compos.* 6, *p.* 42. 10: *καὶ πάλιν ὁ λέγων· κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτήν· τῇ προθέσει παρηύξηκε τοὔνομα· τὸ γὰρ ἰδὼν ἀπέχρη.* Vacare omnino multis in verbis prae-

positiones docuit *Brunck. ad Aristoph. Nubb.* 987. Adde *Zell. ad Aristot. Eth. Nic. p.* 383. — In sequ. non dubitavi reducere vulg. lect. *καὶ αὐτὴ ὁμοίως*, etsi minime absona sit Solani conjectura *αὑτῇ ὁμοίως*, modo Codd. confirmaretur. Sic v. c. Noster *de Saltat.* 81: *ὡς εἶναι τὸ πᾶν εὔρυθμον, εὔμορφον, σύμμετρον, αὐτὸ αὑτῷ ἐοικὸς κ. τ. λ.* Quamquam haud scio an *ὁμαλῶς* jam sit idem, quod *ὁμοίως*, cf. v. c. *Plut. V. Solon.* 1: *'Εξηκεστίδου γὰρ αὐτὸν ἅπαντες ὁμαλῶς γενέσθαι λέγουσιν*: praesertim quum *ὅμοιος* saepissime usurpetur absolute pro *αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος*. V. *Heind. ad Plat. Charmid. p.* 99; *ad Phaedr. p.* 330.

Ἔπειτα — πραγμάτων.] Deinde, inquit, perspicuitas floris instar summam per dictionem, ut dixi, diffusa esto, quae per comprehensionem quoque rerum gestarum efficitur. «Erit autem perspicua narratio, *Cicero* inquit *de Orat. II.* 80, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur». Cf. Eund. *de Inv. I.* 20: "Aperta autem narratio erit, si, ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur, et rerum ac temporum ordo servabitur, ut ita narrentur, ut gestae res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur. Hic considerandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur, ne quam in aliam rem transeatnr, ne ab ultimo repetatur, ne ad extremum prodeatur, ne quid, quod in rem sit, praetereatur. — Ac verbis quoque dilucidis utendum est; quo de genere dicendum est in praeceptis elocutionis". Et hac quidem de re Lucianus et ipse jam dictum sibi esse innuit C. XLIII et XLIV; at alia quoque ad perspicuitatem absolvendam pertinent, scilicet ut distincta sit oratio rebus, personis, temporibus, locis, causis, ut ait *Quinctil. IV.* 2; quae non in verborum delectu, sed in rerum dispositione et comprehensione cernuntur. Male Rudolphus *συμπεριπλοκὴν* vertit complexionem; haec est *συμπλοκὴ*, de qua vid. *Ernesti Lex. Rhet. Lat. p.* 72; comprehensionem idem *p.* 75 expl. duorum aut plurium membrorum ad absol-

vendam sententiam inter se cum dependentia compositionem. — De ἐπανθεῖν v. quae dixi p. 94. In universum dicitur de levissimo et quasi semipellucido tegumento, quod per qualiscunque rei superficiem undicunque dispersum atque diffusum jaceat emicetque: *ein leiser, zarter Anflug*. Sic in *Herodoti* loco, quem Rud. laudat, *II*. 12: κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι οὔρεσι καὶ ἅλμην ἐπανθέουσαν, ὥςτε καὶ τὰς πυραμίδας δηλέεσθαι. Adde *Aristoph. Nubb*. 972. τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥςπερ μήλοισιν ἐπήνθει. *Eccles*. 13. ἀφεύων τὴν ἐπάνθουσαν τρίχα. *Xen. de Ven. IV*. 8. αἱ μὲν οὖν πυῤῥαὶ ἔχουσαι ἔστωσαν λευκὴν τρίχα ἐπανθοῦσαν περὶ τὰ πρόςωπα. *Lucian. Asin*. 47. καὶ τὸ δέρμα ἐπανθούσῃ τῇ τριχὶ ἀπέστιλβεν. *Fug*. 28. ἀπεκείρε γὰρ ἐν τῷ γναφείῳ καθήμενος, ὁπόσον περιττὸν τοῖς ἱματίοις τῶν κροκίδων ἐπανθεῖ. *Philostr. Jun. Imagg. XI, p*. 882. ἡ γὰρ διανισταμένη κόνις καὶ ἵδρωσις ἐπανθοῦσα τοῖς ἵπποις ἀμυδρὰν τῆς χρόας ποιεῖ τὴν διάσκεψιν, ubi *Jacobs. p*. 652 laudat *Schaef. ad Dionys. p*. 269. Omnium autem maxime usurpatur de iis, quibus res aliqua veluti perfusa cum gratia quadam et jucunditate decore reniteat. *Aristoph. Eccles*. 935. τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε τοῖς ἁπαλοῖσι μηρίοις κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ. *Lucian. Imagg*. 9. ὃ δὲ πᾶσιν ἐπανθεῖ τούτοις, ἡ χάρις. *Pseudol*. 29. καὶ ὅσα ἄλλα καλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐπανθεῖ. *Rhet. Praec*. 18. καὶ ἐπίπαστα τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα ὀνόματα ἐπιπολαζέτω καὶ ἐπανθείτω. *Hipp*. 7. καὶ πανταχοῦ πολλὴ χάρις καὶ Ἀφροδίτη ἐπανθεῖ. *Dial. Meretr. XIII*. 3. ἔπρεπε μέν σοι ἡ κόρυς, ἡ φοινικὶς δὲ ἐπήνθει καὶ ἡ πέλτη ἐμάρμαιρεν. *Themist. Orat. III, p*. 48. *B*. τοσοῦτος ἵμερος αὐτὴν περικέχυται, καὶ τοιοῦτος ἐπανθεῖ κεστὸς Ἀφροδίτης. Cf. *Jacobs. ad Philostr. p*. 593. Pari modo usurpari ἐπιτρέχειν, erudite monuit *Krüger. ad Dionys. p*. 16.

Ἀπόλυτα — ἄκρα.] Quum duo potissimum sint dispositionis vitia, quae perspicuitati officiant, contraria et sibi opposita, quorum ab utroque sibi pariter cavere

historicum deceat, scilicet ne aut id, quod unum veluti corpus constituere oporteat, in partes misere discerpat; aut rursum confundat ea, quae per singula membra et capita distribui velint, corpusque ἀδιάρθρωτον efficiat; media quadam via insistere debere, qui perspicue et dilucide narrare se cupiat, Lucianus ait. Illum enim tum expedita omnia et absoluta facturum, tum, primum ubi ad exitum usque perfecerit, secundum additurum esse ita, ut secum cohaereant et catenae instar coagmentata, non membratim incisa sint, sed mixtis inter se extremis communione quadam jungantur, i. e. non ut ab eo, in quo proxime desitum sit, repetito scilicet, deinceps incipiatur, quod brevitati officere egregie Cicero intellexit, sed utrique commune ut sit vicibusque unum diversis ut fungatur et quod priori extremum, idem posteriori sit principium. — Ἐντελῆ, omnibus numeris perfecta et absoluta, *in sich abgeschlossen*, illustravi p. 71. Illis respondent τὰ ἀπόλυτα, itidem absoluta, i. e. ab omni vinculo libera, quae alterius rei partes non constituant neque ab alieno nutu et arbitrio pendeant, *unabhängig*. Ita *Porphyr.* in *Stob. Ecl. Eth. p.* 380 *ed. Heer.*: κατελθοῦσαι γὰρ εἰς τὰ σώματα καὶ ἀντὶ ψυχῶν ἀπολύτων γεγονυῖαι ψυχαὶ ζώων. Alia vide apud *Upton. ad Arrian. Diss. Epict. II.* 5. 24. V. et p. 294. — Ἐπάξει τὸ δεύτερον. C. XIV: εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον. C. XXIII. σῶμα δὲ αὐτὸ τῆς ἱστορίας μικρόν τι καὶ ἀγεννὲς ἐπάγουσι. *Bacch.* 8. οὐκ ἂν ἐπαγάγοιμι τὸ ἐπιμύθιον. *Anach.* 19. ἢ οἶκτον ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι — Ut h. l. ἀλύσεως τρόπῳ συνηρμοσμένον, *catenatos labores* dixit *Martial. I.* 16. 7, qui se nullo intervallo diremti exciperent. — Τρόπῳ dictum est, ut *Philostr. Imagg. I.* 2, *p.* 766: ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι, πληττόμεναι τρόπῳ κυμβάλων, quem arbitror nostro loco vindicari a Jacobsii emendatione τρόπον, quem vide p. 221. — Διακόπτειν, cum violentia quadam et impetu

dirimere et discindere id, quod aut corpus unum aut continuam seriem efficere debeat, latissime patere consentaneum est. *Longin. XIX.* 2. *τὰ ἀλλήλων διακεκομμένα. Max. Tyr. Diss. XXVII. ἐὰν δέ τι τούτων ἐξέλῃς, διέκοψας τὴν φύσιν, ὥςπερ ἐν ἁρμονίᾳ φθογγων τὴν πρὸς τὰ ἄκρα ὁμολογίαν ἡ μέση ποιεῖ. Lucian. Anach.* 19. *ἐρήσῃ γὰρ μεταξὺ ὅ,τι ἂν ἐθέλῃς καὶ διακόψεις αὐτοῦ τὸ μῆκος. Nigr.* 37. *τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα εὐτόνως καὶ διακόψαν ἄχρι τοῦ διελθεῖν. Tox.* 24. *εἰς δύο διεκόπη τὸ Σκυθικὸν ἅπαν*, quo de significatu militari cf. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 651. *Baehr. ad Plut. V. Pyrrhi p.* 159. — Ad sequ. adhibere possis Platonicum illud in *Menone p.* 77. *A: παῦσαι πολλὰ ποιῶν ἐκ τοῦ ἑνός, ὅπερ φασὶ τοὺς συντρίβοντάς τι ἑκάστοτε οἱ σκώπτοντες.* — Ad extrema Lehmannus laudat *Lexiph.* 11. *ἀμφοτέραις κατασχὼν αὐτοῦ τὰ ἄκρα διεπίεσα*, et *Schaef. ad Lamb. Bosium p.* 287. Adde, si tanti est, *Dorv. ad Char. p.* 388. — Ad *ἀνακεκρᾶσθαι* cf. *Tyrann.* 22, *τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀνακεκραμένον.*

Cap. LVI.

Τάχος — μεγάλα.] Brevitas, inquit, in omnibus utilis est, praesertim, si non deficiunt, quae narres; eamque non tam in nominibus atque verbis, quam rebus in ipsis captari decet; illud dico, si levia minusque necessaria breviter perstringas, gravia ea, qua opus est, prolixitate exponas. Commentarii loco sit *Cicero de Invent. I.* 20: «Brevis erit, si, unde necesse est, inde initium sumetur et non ab ultimo repetetur, et si cujus rei satis erit summam dixisse, ejus partes non dicentur; nam saepe satis est, quid factum sit, dicere, non ut enarres, quemadmodum sit factum; et si non longius, quam quoad scitu opus est, in narrando procedetur; et si nullam in rem aliam transibitur; et si ita dicetur, ut nonnumquam ex eo, quod dic-

tum sit, id quod dictum non sit, intelligatur. — Ac multos, inquit, imitatio decipit brevitatis, ut, quum se breves putent esse, longissimi sint; quum dent operam, ut res multas breviter dicant, non ut omnino paucas res dicant, et non plures, quam necesse sit. Quare hoc quoque in genere vitanda est brevitatis imitatio, et non minus rerum non necessariarum, quem verborum multitudine supersedendum est.» Hoc ipsum est, quod Noster *μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων ὅσον ἀπὸ τῶν πραγμάτων* expeti brevitatem jussit, qua in re dici non potest, quam saepe peccaverint citerioris aevi scriptores Graeci, omnium maxime Erotici. Cf. et *Quinctil. IV.* 2: «Solet enim esse quaedam partium brevitas, quae longam tamen efficit summam. — Ideoque Graecorum aliqui aliud circumcisam expositionem, i. e. *σύντομον*, aliud brevem putarunt; quod illa supervacuis careret; haec posset aliquid ex necessariis desiderare. Nos autem brevitatem in hoc ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur, quam oporteat. — Non minus autem cavenda erit, quae nimium corripientes omnia sequitur, obscuritas, satiusque est, aliquid narrationi superesse quam deesse. Nam supervacua cum taedio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quare vitanda etiam illa Sallustiana (quanquam in ipso virtutis locum obtinet) brevitas, et abruptum sermonis genus.» — Μὴ *τοσοῦτον* dictum ut v. c. *Thucyd. I.* 9: *τῶν τότε δυνάμει προὔχων καὶ οὐ τοσοῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις κατειλημμένους τοὺς Ἑλένης μνηστῆρας ἄγων.* — Pro *ὀνομάτων ἢ ῥημάτων* mallem *ὀνομάτων καὶ ῥημάτων*, quae saepissime conjunguntur. *Heind. ad Theaet. p.* 431: «etsi sic semper universe de *dictione* sumendum constat, tamen, si utriusque vim propria exigas, *ῥήματα* sumendum esse de *verbis*, quae dicunt Grammatici, *ὀνόματα* de *nominibus*, docebit luculentus hac de re locus *Plat. Sophist. p.* 261. *E. sqq.*» Cf. *Eund. ad Cratyl. p.* 155. Exempla plurima congessit *Wyttenb.* apud *Reynders. ad Plat. Symp. p.* 92. Adde v. c. *Aristot. Poëtic.* 21, 13. *οὐ γὰρ ἅπας*

λόγος ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σύγκειται. *Lucian. Lexiph.* 24: τὸ μέγιστον ἁμαρτάνεις ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προπαρεσκευασμένος ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασι. Quanquam saepissime jam sola ὀνόματα opponuntur sententiae et argumento, quae non sunt lumina orationis, ut placet *Loersio* ad *Plat. Menex. p.* 69, sed omnino oratio ipsa, ἡ ἑρμηνεία, ut bene *Morus ad Isocr. Paneg.* 1, in qua praecipue et operam collocare et jactare sese solebant oratores. Cf. *Plat. Phaedr. p.* 234. *C.* τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος, οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι; *Hipp. Maj, p.* 286. *A.* ἔστι γάρ μοι περὶ αὐτῶν πάγκαλος λόγος συγκείμενος καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι. — Παραθεῖν v. ad C. LVII. — Quod vero ἱκανῶς dici vult gravia, non parcendum esse verbis ait, ubi opus sit; idem est μετρίως apud *Aristot. Rhetor. III.* 16. 4: νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν. Καίτοι, ὥςπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ, πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει, τί δέ, ἔφη, εὖ ἀδύνατον; καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥςπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς· οὐδὲ γάρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τῷ ταχὺ, ἢ τῷ συντόμως, ἀλλὰ τῷ μετρίως· τοῦτο δ' ἔστι τὸ λέγειν, ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα: ubi animadvertas ταχεῖαν narrationem dici *brevem*, ut h. l. τάχος *brevitatem*, quod male Gesnerus *celeritatem* vertit.

Μᾶλλον — εὐτελεστέρων.] Quid quod praetermitti quoque, inquit, haud pauca decet. Neque amicos enim epulis si accipias et parata sint omnia, ideo medias inter placentas alitesque et tantam patinarum copiam aprosque et leporina et sumina saperdam quoque pultemve interpones, illo quoque ex genere si quae parata sint; verum negliges viliora. — Παραλείπειν et παραθέειν, hoc *paucis perstringere*, illud *omnino negligere*, opponuntur sibi ut C. XXVII. — Ad sequ. anno

tare liceat, multo saepius, quam exspectes, cum Articulo dici *τοὺς φίλους*. *Soph. Antig.* 190. *ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι πλέοντες ὄρθως τοὺς φίλους ποιούμεθα.* *Thuc. II.* 40. *οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους.* *Aristid. Decl. Lept. II.* 28. *Luc. Tox.* 37. *Merc. Cond.* 3. *μετὰ τοῦ τοὺς φίλους ἔχειν τοὺς ἀρίστους Ῥωμαίων.* — De *πέμμασι*, *eduliis, cupediis, bellariis*, Rud. laudat *Her. I.* 160. *οὔτε πέμματα ἐπέσσετο καρποῦ τοῦ ἐνθεῦτεν.* *Plat. Republ. III, p.* 404. *D.* *πεμμάτων Ἀττικῶν τὰς δοκούσας εἶναι εὐπαθείας.* *Luc. Nigr.* 33. *Vitt. Auct.* 12 etc. — De *ὀρνέοις*, *συσὶν ἀγρίοις* et *λαγῴοις* dixi p. 135, de *ἔτνει* p. 136, de *λοπάσι* p. 167; restant *ὑπογάστρια* et *σαπέρδαι*, e quibus hae ad tenuissimum victum pertinebant, divitum illa in deliciis fuerunt. Multis egit de utroque vocabulo Rudolphus. Et primum quidem de illo adhibuit *Polluc. Onomast. II.* 170: *τὸ μέντοι ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν πᾶν, ἄχρι τῶν ὑπὲρ τὰ αἰδοῖα τριχώσεων, ἦτρόν τε καὶ ὑπογάστριον.* *Athen. IX.* 60, *p.* 399. *C:* *σπανίως δ' ἔστιν εὑρεῖν τὸ οὖθαρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων λεγόμενον· ὑπογάστριον δὲ μόνον ὡς ἐπὶ τῶν ἰχθύων λέγεται.* *Στράττις Ἀταλάντῃ·*

Ὑπογάστριον θύννου τι κἀκροκώλιον.

Eund. XIV. 73, *p.* 656. *E*, et *Gesner. ad Merc. Cond.* 26: *τεμνομένου γὰρ ἐν τῷ μέσῳ ἢ συὸς ὑπογαστρίου ἢ ἐλάφου*, ubi jam *Lehmannus p.* 667 de vulva suilla, veteribus in deliciis habita, laudat *Gesner. ad Hor. Epist. I.* 15. 51. At haec est *μήτρα*, de qua fuse *Athen. III.* 41, *p.* 96. *E;* et 57 *sqq.; p.* 100. *B sqq.;* *ὑπογάστριον* est sumen, i. e. uber suillum, ut v. c. *Plaut. Capt. IV.* 3. 4:

Quanta pestis pernis veniet, quanta labes larido!
Quanta sumini absumedo, quanto callo calamitas!

Curc. II. 3. 44. « Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. » *Pseudol. I.* 2. 33 etc. Quid quod mulieris

quoque mammam sumen veteres dici voluerunt, teste *Nonio p.* 458. 4; ut ὑπογάστριον Antidotus apud Athenaeum l. l. Salsum fere fuisse ὑπογάστριον, comprobat *Antiatt. Bekkeri, p.* 115. 11, qui expl. τὸ τάριχος. — De saperda Rud. usus est *Archestrati* loco apud *Athen. III*, 85, *p.* 117. *A*:

Σαπέρδη δ' ἐνέπω κλαίειν μακρὰ, Ποντικῷ ὄψῳ,
Καὶ τοῖς κεῖνον ἐπαινοῦσιν· παῦροι γὰρ ἴσασιν
Ἀνθρώπων, ὅτι φαῦλον ἔφυ καὶ ἀκιδνὸν ἔδεσμα:

ut vile fuisse et contemtum obsonium ostenderet, unde Lucianum quoque *Gall.* 22. *Dial. Meretr. XIV.* 2 inter tenuissima victus genera retulisse. Cf. et *Diog. Laërt. VI.* 36. At ipsius Nostri ille neglexit *Saturn.* 35, ubi Schol. V.: ὅτι αἱ ἀφυῖαι (leg. ἀφύαι) καλάμοις διαπεπαρμέναι καὶ τεταριχευμέναι σαπέρδαι λέγονται· ἢ τὰ ὕεια τεμάχη, ἃ γόνδης Παφλαγόνες φασί. Cognomentum esse piscis saliti, inter omnes constat; piscem plurimi appellant Coracinum. Sic *Athen. III.* 87, *p.* 118. *B. VII.* 81, *p.* 308. *E.* E Ponto plerumque advectam comprobat *Persius Sat. V.* 134.

Cap. LVII.

Μάλιστα — ἱστορίαν.] Brevitati quum in omni expositione tum inprimis in ἐκφράσεσι illis studendum est, quarum abusum jam C. XIX et XX cognovimus. Omnium igitur maxime, Lucianus inquit, temperare tibi in montium fluminumve vel munitionum descriptionibus debebis, ne putide obiter ostentare facultatem oratoriam et, omissa historia, tibi tantum consultum velle videare. *Quinctil. II.* 4: «ut sit ea (narratio) neque arida prorsus atque jejuna — neque rursus sinuosa et arcessitis descriptionibus, in quas plerique imitatione poëticae licentiae ducuntur, lasciva.» — Σωφρονητέον v. C. XLV. — Παρεπιδείκνυσθαι praeclarissime explicat *Wytt. ad Plut. p.* 372: «Παρεπι-

δείκνυσθαι in vitio ponitur; est enim quasi *obiter*, *παρὰ*, suam facultatem *ostentare*, *ἐπιδείκνυσθαι*, et interea dum philosophus (h. l. historicus) docet, quasi sophistam agere; horum enim est munus *ἐπιδείκνυσθαι*.» — Τὸ *ἑαυτοῦ δρᾷν* summum vitium est in historico, quem quum et sui ipsius et quae ad se attinent omnium oblivisci totumque se rerum gestarum contemplationi dare oporteat, minime consentaneum sit veluti furtim et sub ipsius historiae specie id agere, quod etiam si optime cesserit, ipsi tantum commoda afferre laudemque possit. Quamquam mira inest significationis diversitas in locutione *τὰ ἑαυτοῦ δρᾷν* sive *πράττειν*, qua jam *Henr. Steph. Schediasm. Var. I.* 11 offensus est. Quod si sign. neglecta publica salute sibi tantum privato studio consulere, vitio, ut par est, vertitur, neque injuria *Plato Alcib. I, p.* 127. *B*: *οὐδ' εὖ ἄρα*, inquit, *ταύτῃ οἰκοῦνται αἱ πόλεις, ὅταν τὰ αὑτῶν ἕκαστοι πράττωσιν*. Sic *Republ. V. p.* 452. *C. δεηθεῖσί τε τούτων μὴ τὰ αὑτῶν πράττειν ἀλλὰ σπουδάζειν*. *X, p.* 603. *A. ἡ μιμητικὴ πόῤῥω μὲν τῆς ἀληθείας οὖσα τὸ αὑτῆς ἔργον ἀπεργάζεται*. *Epist. IX, p.* 357. *E. ὅτι μὲν οὖν ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν οἷα καὶ σὺ, σχεδὸν παντὶ δῆλον· ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν κ. τ. λ.* Et hoc quidem loco est i. q. *ἰδεωτεύειν*, *nil profiteri, sibi vivere, negotiis publicis abstinere*, quo significatu in laudem quoque verti potest viro bono et sapienti, ut v. c. *Gorg. p.* 526. *C. φιλοσόφου τὰ αὑτοῦ πράξαντος καὶ μὴ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ*. *Apol. Socr. p.* 33. *A. ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην· εἰ δέ τις ἐμοῦ λέγοντος καὶ πράττοντος τὰ ἐμαυτοῦ ἐπιθυμοῖ ἀκούειν*. *Republ. VI. p.* 496. *D. ταῦτα πάντα λογισμῷ λαβὼν ἡσυχίαν ἔχων καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων*. *VIII. p.* 550. *A. ἀκούει καὶ ὁρᾷ τοὺς μὲν τὰ αὑτῶν πράττοντας ἐν τῇ πόλει ἠλιθίους τε καλουμένους καὶ ἐν σμικρῷ*

λόγῳ ὄντας, τοὺς δὲ μὴ τὰ αὑτῶν τιμωμένους καὶ ἐπαινουμένους. Omnino est ubi signif. *officium suum facere*, ut *Republ. III. p.* 406. *E.* εἰς τὴν εἰωθυῖαν δίαιταν ἐμβὰς ὑγιὴς γενόμενος ζῇ τὰ ἑαυτοῦ πράττων. *p.* 400. *E.* ἆρ' οὖν οὐ πανταχοῦ ταῦτα διωκτέα τοῖς νέοις, εἰ μέλλουσι τὸ αὑτῶν πράττειν. Unde ipsius et justitiae et temperantiae notioni tribuitur τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, veluti finibus suis se continere neque injuriam alteri facere. *Republ. IV, p.* 433. *A.* καὶ μὴν ὅτι γε τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί, καὶ τοῦτο ἄλλων πολλῶν ἀκηκόαμεν καὶ αὐτοὶ πολλάκις εἰρήκαμεν. — Εἰρήκαμεν γάρ. — Τοῦτο τοίνυν, ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγώ, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. *Tim. p.* 72. *A.* εὖ καὶ πάλαι λέγεται τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτὸν σώφρονι μόνῳ προςήκειν. Cf. *Heind. ad Charm. p.* 78, et *Lobeck. ad Phrynich. p.* 441.

Ἀλλ' ὀλίγον — λιχνείαν.] Verum, inquit, ubi leviter utilitatis perspicuitatisque gratia attigeris, transibis, viscumque, qui ei rei inest, omnemque illam elegantiam procul effugies. « Ἰξὸν, Rudolphus inquit, Lucianus tribuit τοῖς πράγμασι, quae quamvis nolentem invitant scriptorem, ut diu iis inhaereat et copiosa oratione ea describat. » Deinde laudat *Catapl.* 14: οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως καθάπερ ἰξῷ τινὶ προςέχεται τοῖς τοιούτοις ἡ ψυχή. Adde *Plaut. Bacchid. I.* 1. 16. « Viscus merus vestra est blanditia. » *V.* 2. 39. « Tactus sum vehementer visco. » — Λιχνεία, ab eo quod est λίχνος, *catillo*, et intemperantiae turpiter effusae, et vero delicatae exquisitaeque elegantiae notiones in se conjungit. *Xen. Oec. I.* 22. Δοῦλοι γάρ εἰσι καὶ οὗτοι καὶ πάνυ γε χαλεπῶν δεσποινῶν, αἱ μὲν λιχνειῶν, αἱ δὲ λαγνειῶν, αἱ δὲ οἰνοφλυγιῶν. *Luc. Tim.* 55. ὅτιπερ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος etc. Unde et nostro loco et altero, quo et ipso Rud. utitur, *Lexiph.* 25, eo vocabulo ad describendam affectationem oratoriam modi nesciam ope-

ramque in verbis artificiosis et erudite quaesitis putida cum diligentia collocatam non sine vi quadam et festivitate usus est. Hac igitur omissa saniora artis praecepta audire historicum jubet, nec poëtarum se, unde descriptionum hanc lascivitatem in prosam orationem immigrasse et Dionysius et Quinctilianus queruntur, exemplis tueri nec Thucydidis, quem illarum elegantiarum studiosos plerosque in partes suas vocasse videri jam p. 128 annotavi.

Οἶον — ἐκύλισε.] Et poëtarum quidem causam diversissimam haberi ab historiae indole debere, jam C. VIII multis expositum est, ita, ut ne si omnes quidem poëtae arcessitis descriptionibus uti solerent, excusationem inde sibi expetere historicus posset. At vel poëtarum ex numero futilissimi tantum et sapientum judiciis damnati illa in re ingeniis suis putide indulserunt, praestantissimi quique et omnium suffragiis comprobati sobrietati et temperantiae maxime studuerunt. Veluti viden', inquit, Homerus quoque quam se praestet magnanimum? Qui, etsi poëta sit, leviter tantum perstringit Tantalum Ixionemque et Tityum et reliquos; qui si Parthenio, vel Euphorioni, vel Callimacho dicendi forent, quot eum censes versibus aquam ad labrum usque Tantali acturum; deinde Ixionem quot versibus volutaturum fuisse? Locum Homericum adscripsi, ut lectores ipsi judicium ferre de ejus brevitate possint: *Odyss.* Λ. 576—592:

Καὶ Τιτυὸν εἶδον Γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
Κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα,
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον,
Δέρτρον ἔσω δύνοντες· ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσίν·
Λητὼ γὰρ ἥλκησε, Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰςεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα,
'Εσταότ' ἐν λίμνῃ· ἡ δὲ προςέπλαζε γενείῳ·
Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.
'Οσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων

Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχὲν· ἀμφὶ δὲ ποσσὶν
Γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ δαίμων.
Δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατάκρηθεν χέε καρπόν,
Ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαῖ τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθοῶσαι,
Τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι,
Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νίφεα σκιόεντα.

Ixionis nulla apud Homerum mentio est; unde memoriter haec scripsisse Nostrum apparet, cui scilicet in Νεκυίᾳ abesse non posse Junonis ille simulatae adulter videretur, qui, ut *Ovid.* ait *Ibid.* 178,

agitur rapidae vinctus ab orbe rotae.

Omnium primus, quod equidem scio, ea fabula utitur *Pind. Pyth. II.* 73:

Τὸν δὲ τετράκναμον ἔπραξε δεσμόν
Ἑὸν ὄλεθρον ὅ γ'· ἐν δ' ἀφύκτοισι γυιοπέδαις πεσὼν
Τὰν πολύκοινον ἀνδέξατ' ἀγγελίαν.

Quae enim *Sturz. ad Pherec. Fragm. p.* 204 e *Schol. Apoll. Rhod. III.* 62 de rota Ixionis posuit, καὶ ὕστερον ποιήσας τετράκνημον τροχὸν καὶ δεσμεύσας αὐτὸν τιμωρεῖται, non Pherecydea esse, sed e Pindari loco repetita conspicuum est. Cf. et *Valcken. ad Eur. Phoenifs. p.* 748. *Broukhuis. ad Tibull. I.* 3. 73. — Loci nostri principium ita Gesn. vertit: Quale quiddam ipse vides ut magnanimus Homerus faciat. Primum reddere studuit οἷόν τι, de quo dixi p. 217. Deinde legisse videtur ὁ μεγαλόφρων, quod vellem Codd. exhiberent. Nam quod *Per. ad Ael. III.* 14 elegans esse ait et frequens Graecis pro Adverbiis adhibere Adjectiva, tam late patere dubito. Nec trahere huc ausim *Plat. de Legg. IV. p.* 711. *E:* μακαρίως μὲν αὐτὸς ζῇ, μακάριοι δὲ οἱ ξυνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόντων λόγων, quo de loco v. *Heusd. Spec. Crit. in Plat. p.* 77. — An leg. μεγαλόφρον? In m A 1 est μεγαλόφρονε. Ejus quod est οἷον — ὡς *F. A. Wolf. ad Lept. p.* 312 exemplum posuit *Aesch. in Timarch. p.* 263. *D:* λέγε τοῦτον τὸν νόμον, ἵνα

εἰδῆτε, οἵων ὑμῖν κειμένων νόμων ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων τετόλμηκε Τίμαρχος δημηγορεῖν. Adde *Luc. Nav.* 13. οἷον ἂν ὡς εὐδαίμονα βίον ἐβίωσα. Cf. omnino *G. Herm. ad Soph. Antig. p.* 10. *Loers. ad Plat. Menex. p.* 150 — Καίτοι cum Partic. ubique obvium. *Pseudom.* 3. καίτοι μὴ πάνυ γραφικός τις ὤν. *Nigr.* 8. καίτοι τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων. — Παραθέειν non est omnino *negligere* sed *paucis expedire, obiter perstringere,* contrarium τῷ ἐνδιατρίβειν, σπουδάζειν, ἀπακριβοῦν. Sic c. VI: ἃ σιωπητέον καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον καὶ ἃ παραδραμεῖν ἄμεινον. C. XXVII: τὰ ἀξιομνημόνευτα παραλείπουσιν ἢ παραθέουσι. C. LVI: εἰ παραθέοις τὰ μικρὰ — μᾶλλον δὲ καὶ παραλειπτέον πολλά. *Nav.* 17. ἐγὼ δὲ ὀλίγον ὅσον ἐπιλήψομαι τῇ εὐχῇ καὶ τοῦτο ὡς οἷόν τε παραδραμών. *Deor. Dial. XX.* 13. σκόπει καθ' ἓν ἀκριβῶς μηδὲν παρατρέχων. *Necyom.* 21. ὅπως τὸ παρὸν εὖ θέμενος παραδράμῃς γελῶν τὰ πολλὰ καὶ περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς. — Parthenius et Euphorio minus arrisisse videntur Nostro, emunctae naris et exacti judicii homini, quamvis augusta Tiberii Caesaris suffragia tulissent. Narrat hunc, quem Sol. laudat, *Sueton. V. Tib.* 70, et graeca poëmata fecisse, duumviros illos juxta cum Rhiano imitatum; quibus poëtis admodum delectatum scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicasse, et ob hoc plerosque eruditorum certatim multa de his ad eum edidisse.» Parthenium eundem esse autumant eruditi, cujus etiamnum exstat περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων libellus; poëtam Augusti tempore clarum et quem in quibusdam ne Virgilius quidem latine exprimere dedignatus sit. Cf. omnino *Fabr. Bibl. Gr. III.* 27. 9. Euphorionem jam Ciceronis aequales studiis suis prosecutos esse, inde colligi potest, quod ille *Tusc. Disp. III.* 19 Ennium, poëtam egregium, contemni ait ab his cantoribus Euphorionis. Cf. *Salmas. Exercc. Plin. T. II, p.* 856. *C.* Obscuritatem ejus idem ille reprehendit *de Divin. II.* 64; Homero tamen quod opposuit, non in-

fimo loco poëtam fuisse comprobavit. Cf. *Casaub. ad Sueton. l. l.* Distinguendus est ab Euphorione Atheniensi, Aeschyli tragici filio, et ipso tragico; nostrum Chalcidensem fuisse et Olymp. CXXVI natum esse Suidas tradit, unde *Quinctil. Institt. X* 1: «Quid? inquit, Euphorionem transibimus? quem nisi probasset Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis (*X.* 50) mentionem.» Eundem spectat *Paus. II,* 22, 6, et *X.* 26. 2: Εὐφορίων δὲ ἀνὴρ Χαλκιδεὺς σὺν οὐδενὶ εἰκότι τὰ ἐς τὴν Λαοδίκην ἐποίησεν. Plura de libris ejus dabunt *Meurs. ad Hellad. p.* 54—57 et *Wytt. ad Plut. de Sera N. Vind. p.* 67. De Callimacho Cyrenensi, celeberrimo Ptolemaeorum aetate vate, vix quidquam monere opus esset, nisi Viri quidam eximii dubitassent, num is a Nostro h. l. intellectus sit. *Spanh. ad H. in Apoll. v.* 112, *p.* 165, ubi testimonia de breviloquentia Callimachi attulit, mox: «quamquam haud semper, inquit, βραχυλογίας studiosum fuisse Callimachum e Luciano liceat colligere — — Verum non de nostro Callimacho, sed forte de altero juniore e sorore ejus nato et qui poëma heroicum scripsisse a Suida traditur, id a Luciano hic dictum. Quamquam fatendum sit, quod solo Callimachi nomine noster Battiades, maxime ubi de poëtis sermo, soleat a veteribus designari.» *Pierson. ad Moer. Attic. p.* 440: «Quid audio? Callimachum Battiadem, qui βραχυλογίας adeo studiosus fuit, ut magnum librum magnum malum esse pronunciaret, plurimis versibus aquas ad Tantali labia fuisse perducturum? — Noli dubitare, quin pro Callimacho reponendus sit Antimachus, tumidus poëta. *Catull. XCIV.* 9:

Parva mei mihi sunt cordi monumenta laboris,
At populus tumido gaudeat Antimacho.

Hor. de A. P. 146. *Gregor. Naz. Epist. III:* «τὸ Λακωνίζειν οὐ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας. Οὕτως ἐγὼ καὶ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω καὶ πολὺν

τὸν 'Αντίμαχον.» Quam conjecturam tantopere placuisse *Burmanno Secundo ad Propert. p.* 472 miratur *Schellenb. ad Antimachi Rell p.* 46; «ut placeat tamen, inquit, satis ingeniosa est; sed vellem Luciani loca aliquot notassent, ubi serioribus scriptoribus nomen antiquioris sic postponitur.» Et haec quidem parum valent; junior enim Euphorione quoque Parthenius, qui vel laudat illum *Erot. c.* 28. Majoris momenti sunt, quae de Callimacho, non semper brevitatis studioso, Schellenbergius subjungit. At, fateor, brevis plerumque fuit Callimachus; sed quae tandem haec est brevitas? Brevis erat in verbis, in carminum extensione, in voluminum ambitu; brevem fuisse in sententiis, quae Luciani mens est, paucis verbis dixisse multum, multis non plus quam opus esset, nec a veteribus memoriae proditum est nec carmina ipsius, hodie quae exstant, testantur. Tumidus fuerit Antimachus quoque, Codd. Callimachi nomen praebent. Accedunt alia. Parthenium grammaticum appellat *Macrob. Saturn. V.* 17; non aliter Callimachum *Athenaeus III.* 1; qua de appellatione vid. *Casaub. ad h. l. p.* 92. Jungit utrumque *Gell. IX.* 9: «Scite ergo et considerate Virgilius, quum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorundam aliorum locos effingeret.» Item Euphorionem atque Callimachum *Diomed. de Orat. III. p.* 482 *ed. Putsch.*: «Quod genus carminis praecipue scripserunt apud Romanos Gallus et Tibullus et Propertius, imitati Graecos Callimachum et Euphorionem.» Quid quod simili obscuritatis indole fuisse utriusque carmina testatur *Clem. Alex. Stromatt. V, p.* 416. *E*: Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος 'Αλεξάνδρα γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἔκκειται ἅπασιν. Haud sane mirum, eum, qui Lycophronem tam acerbe notasset *Lexiph.* 25, Callimacho quoque minime pepercisse. Et haec quidem pro tempore habui, quae in sententiam meam afferrem; agmen claudat auctoritas haudquaquam spernenda *Heynii*, qui

in *Opuscc. T. I, p.* 93, adhibito *Ovidii* loco *Amor. I.* 15. 14:

Battiades semper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet:

„ad doctrinae, inquit, copiam, qua expromenda sibi indulgebat Callimachus, judicium Luciani refero. Luciani verba frustra in alium sensum detorquent nonnulli ejus et Callimachi interpretes; nos si Hecalen, Αἴτια, et alia ejus scripta haberemus, de veterum judiciis vix dubitaremus." Haec hactenus. Ἔπη, *versus*, v. p. 131. — De ἄχρι πρὸς dixi p. 225. — Πόσοις ἂν οἴει — ἤγαγεν eleganter etsi haud insolenter dictum est. *Aristoph. Acharn.* 12: πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μοι δοκεῖς τὴν καρδίαν; quem nollem tentatum a *Valcken. ad Hippol. p.* 215. *Plut. ad Princ. Inerud.* 4, *p.* 781. *E.* πῶς οὗτος οἴεσθε τὸ θέατρον ἐπεφρίκει; *Long. Pastor. II.* 10: εἶδες αὐτὴν ἐν τῇ θαλάττῃ φερομένην, πόσων οἴει ἀγαθῶν μεστήν; *Luc. Fug.* 19. καὶ ταῦτα ποιοῦσι πῶς οἴει αὐτοὶ κατηγοροῦντες μέθης. Alia dant *Hemsterh. ad Necyom.* 14. *Toup. Opuscc. T. I, p.* 381. Omnino haud raro οἴει absolute collocatum mediam disrumpit sententiam. V. *Fritzsch. Quaestt. p.* 81. *Stallb. ad Menon. p.* 115. Adde v. c. *Plat. Republ. VI. p.* 486. *C.* ἀνόνητα δὲ πονῶν οὐκ, οἴει, ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὐτὸν μισεῖν. *IX. p.* 590. *C.* βαναυσία δὲ καὶ χειροτεχνία διὰ τί, οἴει, ὄνειδος φέρει. Quanquam est ubi cohaereat quoque constructio nostra cum reliquo sermone, v. c. *Plat. Alcib. I, p.* 121. *A.* πόσον ἂν οἴει γέλωτα ὀφλεῖν. Cf. omnino *Fritzsch. l. l. p.* 80.

Μᾶλλον — ὄντα.] Quid? Ipse ille Thucydides, qui raro hoc dicendi genere utitur, viden', inquit, ut mox desistit, ubi vel machinationem aliquam vel obsidionis formam necessitatis et utilitatis gratia descripsit vel de situ Epipolarum portuve Syracusanorum exposuit? Pestilentiam enim quum narrat et longitudinis speciem incurrit, at tu res ipsas cogita, tunc enim

celeritatem ejus cognosces et ut quamvis fugientem factorum multitudo comprehensum retineat. — Erat quum legere mallem πολλὰ pro ὀλίγα, qua de confus. vide *Fritzsch. ad Pseudom. p.* 227: *qui etsi multus sit eo in genere dicendi vide quam sobrie et temperate versari in eo soleat.* Nunc ὀλίγα quoque explicari posse intelligo: *qui etsi raro eo genere utatur, adeo ut, si quando ad illud oblata occasione deveniat, jam exspectare possis fore, ut ingenio suo effusissime indulgeat, tamen* etc. — Μηχανήματος descripti exemplum Sol. adscripsit *Thuc. IV.* 100: μηχανὴν προςήγαγον, ἧπερ εἷλον αὐτὸ τοιάνδε. Κεραίαν μεγάλην δίχα πρίσαντες ἐκοίλαναν ἅπασαν καὶ ξυνήρμοσαν πάλιν ἀκριβῶς ὥςπερ αὐλόν· καὶ ἐπ' ἄκραν λέβητά τε ἤρτησαν ἁλύσεσι καὶ ἀκροφύσιον ἀπὸ τῆς κεραίας σιδηροῦν ἐς αὐτὸν νεῦον καθεῖτο, καὶ ἐσεσιδήρωτο ἐπὶ μέγα καὶ τοῦ ἄλλου ξύλου. Προςῆγον δὲ ἐκ πολλοῦ ἁμάξαις τῷ τείχει· καὶ ὅποτε εἴη ἐγγὺς, φύσας μεγάλας ἐςθέντες ἐς τὸ πρὸς ἑαυτῶν ἄκρον τῆς κεραίας ἐφύσων· ἡ δὲ πνοὴ, ἰοῦσα στεγανῶς ἐς τὸν λέβητα ἔχοντα ἄνθρακάς τε ἡμμένους καὶ θεῖον καὶ πίσσαν, φλόγα ἐποίει μεγάλην καὶ ἧψε τοῦ τείχους. Raro vero machinarum tormentorumve genera Thucydides describit, quorum ipsius aetate usus nondum videtur in vulgus invaluisse; immo modo inventas esse narrat *Aristot. Politic. VII.* 10. 6: ἄλλως τε καὶ νῦν εὑρημένων τῶν περὶ τὰ βέλη καὶ τὰς μηχανὰς εἰς ἀκρίβειαν πρὸς τὰς πολιορκίας. Omnium primus usus illis esse fertur Pericles in oppugnatione Sami. *Plut. V. Pericl.* 27. Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα, τὴν καινότητα θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος. *Diodor. Sic. XII.* 28: κατεσκεύασε δὲ καὶ μηχανὰς πρῶτος τῶν πρὸ αὐτοῦ, τούς τε ὀνομαζομένους κριοὺς καὶ χελώνας, Ἀρτέμωνος τοῦ Κλαζομενίου κατασκευάσαντος, ubi vid. *Wessel. p.* 496. — In sequ. non dubitavi restituere cum Lehmanno priscam Codd. lectionem πολιορκίας σχῆμα. Graevius,

qui primus e Codice suo reponendum censuit *χρῆμα*, junxit cum *ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες* et vertit, *aut rem ad obsidionem necessariam et utilem exponens*, quod vereor equidem, ne vel verbis vel sententiae accommodatum non sit. Solanum, qui idem e Junt. reposuit, circumscriptionem putasse existimo pro *πολιορκίαν*, quo de usu non est quod moneam post *Spanh. ad Aristoph. Nubb.* 2 et quos praeterea excitant *Sturz. Lex. Xen. T. IV, p.* 555 et *Heind. ad Theaet. p.* 503. At id nescio quomodo coactum mihi h.l. et affectatum, ne dicam ineptum esse videtur, quasi vernacule dicas, *wenn er ein nothwendiges und nützliches Stück* sive *Ding von Belagerung erklärt.* Fateor quidem, non carere offensione duplex illud *σχῆμα*, quod praebent Codd., at mihi, si copia data est, affectate existimem an negligenter scripsisse Nostrum, dubium esse nequit, quin pro negligentia decidere debeam; quamquam aliter visum librario, qui vitandae repetitionis ergo prius *σχῆμα* in *χρῆμα* commutavit. Consideratius egit ille, quisquis fuit, qui primus *ἔτι πόλεων* scripsit pro *Ἐπιπολῶν*, scilicet ut addito *ἔτι* repetitionis offensionem minueret; quae tamen nobis quum nulla sit, emendationem Marklandi vere palmariam et tot tantisque doctis, quorum apud Lehmannum nomina sunt, suffragiis comprobatam textu arcere religioni duxi. Epipolarum, Syracusarum partis, descriptio est apud *Thuc. VI.* 96. Vide omnino *Goeller de Situ et Orig. Syracusarum p.* 53—59, qui de portu quoque multis exposuit *p.* 67—74. Adde *A. G. Kephalides Reise durch Italien und Sicilien. T. II, p.* 36—46. — De pestilentiae descriptione vide p. 109—111. — *Δοκεῖν* illustravi p. 21. — *Ἐννοεῖν*, *cogitatione sibi effingere*, dictum est, ut v. c. *Plat. Lys. p.* 217. *A: εἰ γοῦν θέλοιμεν ἐννοῆσαι τὸ ὑγιαῖνον σῶμα* etc., ubi vid. *Heind. p.* 37. Cf. et p. 113. — *Εἴσῃ* expl. *Fritzsch. Quaesst. p.* 70—72. Adde v. c. *Plat. Rep. VI. p.* 497. *E: παρὼν τὴν ἐμὴν προθυμίαν εἴσῃ.* — *Ἐπιλαμβάνεσθαι* est *injecta quasi manu arripere, apprehendere,* ut bene *Hemsterh. Anecdd. p.* 135. Cf. *Hermot.* 23. *μήτε πα-*

τρίδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαβομένης πολὺν ποιεῖσθαὶ λόγον μήτε παίδων ἢ γονέων, ὅτῳ εἰσὶν, ἐπικατεχόντων. *Philops.* 31. ἀποτρέποντος τοῦ ξένου καὶ μόνον οὐκ ἐπιλαμβανομένου. *Scyth.* 5 etc. V. *Wytt. ad Plut. p.* 186 *sq.* — Haec hactenus; unum addo, longe diversum esse *Dionysii Halicarnassensis* judicium de Thucydidis prudentia in modo descriptionibus adhibendo; qui *c.* 13—16, *p.* 839 *sqq.* haec et alia de eo censet: ὅτι δὲ καὶ περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν κεφαλαίων ἧττον ἐπιμελής ἐστιν, ἢ πλείονας τοῦ δέοντος λόγους ἀποδιδοὺς τοῖς ἐλαττόνων δεομένοις ἢ ῥᾳθυμότερον ἐπιτρέχων τὰ δεόμενα πλείονος ἐξεργασίας, πολλοῖς τεκμηρίοις βεβαιῶσαι δυνάμενος ὀλίγοις χρήσομαι. — — Ὅμοια δ' ἔστι παρ' αὐτῷ καὶ τὰ περὶ τὰς πεζικὰς μάχας, ἢ μηκυνόμενα πέρα τοῦ δέοντος ἢ συναγόμενα εἰς ἔλαττον τοῦ μετρίου etc. V. *Poppon. Prolegg. I, p.* 280 *sqq.*

Cap. LVIII.

Ἢν δὲ — καὶ ταῦτα.] Sin verba quoque facientem quempiam in medium aliquando adduci oporteat, omnium quidem maxime ea dicere illum debere Lucianus ait, quae et personae ipsius consentanea sint et ad rem pertineant; deinde haec et ipsa quam maxime perspicua esse. Hoc quoque loco eas potissimum leges respexisse Lucianus videtur, quas sibi ipse scripsit *Thucydides I,* 22: καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, ἢ μέλλοντες πολεμῆσαι, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν, ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται. Reprehendere orationes ejus videtur *Cicero Orat.* 9: « Ipsae illae conciones ita multus habent obscuras abditasque sententias, vix ut

intelligantur; quod est in oratione civili vitium vel maximum:» quanquam *Brut.* 83: « Orationes, inquit, quas interposuit, eas laudare soleo; imitari neque possim si velim, neque fortasse velim, si possim.» Dionysii judicia vide apud *Schulin. de Dionys. Hal. p.* 21—32. Omnino cf. *Krüger. ad Dionys. p. XXVIII sqq. Poppon. Prolegg. Thucyd. T. I, p.* 49 *sqq.* et, quem laudat, *Creuz. de Arte Hist. Gr. p.* 276—90. Multis in universum disputatum est, liceatne conciones historico operi inserere quibusque sub conditionibus liceat, qua de re longus esse nolo post *G. J. Voſs. de Arte Hist. c. XX* et *XXI, Vertot de l'usage des harangues* in *Mem. de l'Acad. des Inscr. T. III. p.* 89—92. *Wachsmuths Theorie der Geschichte, p.* 135 *sqq.* etc. Cf. et *Creuzer. l. l. p.* 279. Haud male *Diodor. Sic. XX.* 1. 2: τοῖς εἰς τὰς ἱστορίας ὑπερμήκεις δημηγορίας παρεμβάλλουσιν ἢ πυκναῖς χρωμένοις ῥητορείαις δικαίως ἄν τις ἐπιτιμήσειεν. — Οὐ μὴν παντελῶς γε τοὺς ῥητορικοὺς λόγους ἀποδοκιμάζοντες, ἐκβάλλομεν ἐκ τῆς ἱστορικῆς πραγματείας τὸ παράπαν. Ὥςθ' ὅταν τὰ τῆς περιστάσεως ἀπαιτῇ πρεσβευτοῦ ἢ συμβούλου δημηγορίαν, ἢ τῶν ἄλλων τι τοιοῦτον, ὁ μὴ τεθαῤῥηκότως συγκαταβαίνων πρὸς τοὺς ἐν τοῖς λόγοις ἀγῶνας, καὶ αὐτὸς ὑπαίτιος ἂν εἴη. — Εἰςάγειν, veluti in scenam, in medium producere, dictum est c. XXIII: ἀκέφαλα τὰ σώματα εἰςάγοντες. Cf. *Plat. Epist. I, p.* 309. *D:* τῶν ἄλλων τραγῳδοποιῶν οἱ πλεῖστοι, ὅταν ὑπό τινος ἀποθνήσκοντα τύραννον εἰςάγωσιν. *Luc. Icarom.* 9. οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ τοῖς κωμικοῖς δορυφορήμασιν ἐοικότας αὐτοὺς εἰςάγουσιν. *Saltat.* 65. μὴ ἀπῳδὰ εἶναι τὰ λεγόμενα τῶν εἰςαγομένων ἀριστέων. — Ἐοικέναι τινι dicuntur ea quoque, quae rei alicui consentanea et concinna sunt. *Plat. Protag. p.* 312. *A:* εἰ μέν τι τοῖς ἔμπροσθεν ἔοικεν, δῆλον ὅτι σοφιστὴς γενησόμενος. *Phaed.* 99. *E.* ἴσως μὲν οὖν, ὡς εἰκάζω, τρόπον τινὰ οὐκ ἔοικεν.

Πλὴν — δεινότητα.] Quanquam tum rhetorum quoque modo dicere illi licere et vim oratoriam ostentare ait. Reliquam enim historiam longissime ab hac ostentatioue abesse debere, jam C. XLIII disputatum est. Bene *Dionys. Hal. Arch. Rom. I.* 1: *οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἀδόξων πραγμάτων ἢ πονηρῶν ἢ μηδεμιᾶς σπουδῆς ἀξίων ἱστορικὰς καταβαλλόμενοι πραγματείας, εἴτε τοῦ προελθεῖν εἰς γνῶσιν ὀρεγόμενοι καὶ τυχεῖν ὁποιουδήποτε ὀνόματος εἴτε περιουσίαν ἀποδείξασθαι τῆς περὶ λόγους δυνάμεως βουλόμενοι, οὔτε τῆς γνώσεως ζηλοῦνται παρὰ τοῖς ἐπιγινομένοις, οὔτε τῆς δυνάμεως ἐπαινοῦνται.*

Cap. LIX.

Ἔπαινοι — εἰσι] Bene *Krüger. ad Dionys. p. XXIX* et *XXX* historicas orationes animadvertit potissimum contineri genere deliberativo sive *δημηγορικῷ*, cui propositum est vel suadere vel dissuadere; evitandum esse non judiciale tantum, verum etiam demonstrativum genus (*ἐπιδεικτικὸν, ἐγκωμιαστικὸν, πανηγυρικὸν*) quod quum in laudando et vituperando versetur, ab historiae orationumque historicarum fine abhorreat, quae « vel potentium virorum mores et indolem ac studia aperiant, vel integrarum civitatum ingenia rationesque, quibus in rebus gerendis se duci passae sint, declarent, vel denique quibus quique causis argumentisque moti, quibus opibus adjuti, in quo statu versati egerint, ostendant. » Et haec quidem sunt, in quibus oratoriam quoque facultatem expromere historicum suum, rhetorum scholis eruditum, permittit Noster; demonstrativo genere quae continentur, minime forensis illius eloquentiae vel floribus vel aculeis in historia vult instrui; laudes enim ait et vituperationes, etsi non prorsus abesse ab historia posse jam c. IX concessisset, tamen omnino parce et considerate adhiberi et calumnia carere et argumentis suffu l-

ciri et breves nec intempestivas esse debere; extra judicium enim illas esse. — V. p. 65. — Ἀσυκοφάντητος Rud. annotavit iterum occurrere *Saltat.* 81: ἀσυκοφάντητον, ἀνεπίληπτον, μηδαμῶς ἐλλιπές: at illic est, *ubi calumniae locus non sit*, hic, *ubi absit calumnia.* Quod cum demonstratione conjunctas esse in historia laudas Lucianus jubet, conf. *Polyb. X.* 24. 8: ὥςπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τόπος, ὑπάρχων ἐγκωμιαστικὸς, ἀπῄτει τὸν κεφαλαιώδη καὶ μετ' αὐξήσεως τῶν πράξεων ἀπολογισμόν· οὕτως ὁ τῆς ἱστορίας κοινὸς ὢν ἐπαίνου καὶ ψόγου, ζητεῖ τὸν ἀληθῆ καὶ τὸν μετ' ἀποδείξεως καὶ τῶν ἑκάστοις παρεπομένων συλλογισμῶν. — Extrema Gesn. vertit *alioquin extra tribunal sunt.* Potuisset et *extra litem*, ut est apud *Quinctil. IV.* 1, fere ut *Aristot. Rhetor. III.* 14. 8: δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅτι πάντα ἔξω τοῦ λόγου τὰ τοιαῦτα, vel *Demosth. pro Cor. p.* 236. 29: μὴ κατηγορήσαντος Αἰσχίνου μηδὲν ἔξω τῆς γραφῆς. Accepisse enim videtur ἔξω τοῦ δικαστηρίου pro eo quod alioquin est ἐξαγώνιον: i. e. πόῤῥω τῶν πραγμάτων, ut explicat ipse Noster *Pro Imagg.* 18, vel ἔξω τοῦ πράγματος apud *Lycurg. adv. Leocr.* 4; quod ad eam rem, quae modo agitur, nihil attineat, similitudine a judiciis repetita, quae citra causam manere patronum jubent nec permittunt evagari, sed dicere eum de ipso causae statu cogunt, ut ait *Quinctil. III.* 6. Cf. *Anacharis.* 19. *Bis Abd.* 26. ἀνάσχεσθε δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσοφοῦντος καὶ μὴ ἀπειρόκαλον μηδ' ἐξαγώνιον ἢ ἀλλότριον ἢ ἄκαιρον ἡγήσησθε. Et sic quidem haec esset sententia: *alioquin ab indole causae* h. e. *historiae recesserit.* De ἐπεὶ sign. *alioquin* v. p. 190. At id haud scio an nimium sit coactum altiusque quam pro loci simplicitate repetitum. Melius Rudolphus: „Quoniam ἐκεῖνοι, scil. ἔπαινοι καὶ ψόγοι, in historia, non in judicio sunt," historicum vero nec patroni unquam nec adversarii partes agere addecet nec stare potius se quam sedere in tribunali cogitare oportet.

Καὶ — πεπραγμένα.] Et eandem, inquit, quam Theopompus, culpam incurres, qui veluti contrahendarum inimicitiarum studio quodam ductus plerosque criminatur placetque in ea re sibi, ut accusatorem potius agat quam historicum. De Theopompi maledicentia, vel pueris illa e *Cornel. Nep. V. Alcib. XI* nota, longus esse nolo post duumviros, qui peculiaribus libellis de historico illo exposuerunt, *Aschbach. de Theopompo Chio p.* 22. 23, et qui nuperrime, egregiae illius scriptionis turpiter ignarus, actum agere instituit, *Pflugk. de Theopompi Chii Vita et Scriptis p.* 59, quibus addere possis *Krüger. ad Dionys. p.* 56 et quae de simili Timaei crimine congessit *Goeller de situ etc. p.* 159. — Αἰτίαν ἔχειν, *culpam incurrere, crimen sustinere,* illustravi p. 235. Sic *Thuc. IV.* 114: τὸ ἀπὸ τοῦδε ἤδη, ὅ,τι ἂν ἁμαρτάνωσιν, αἰτίαν ἕξοντας. Similiter *VIII.* 91. ἦν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἀπὸ τῶν τὴν κατηγορίαν ἐχόντων. Cf. *Sturz. Lex Xen. T. I, p.* 93. Bono quoque sensu usurpari, vix est quod moneam post *Casaub. ad Athen. p.* 639. *Valcken. ad Herod. p.* 492. *Heind. ad Plat. Gorg. p.* 194. *Ast. ad Eund. de Legg. p.* 5; *ad Remp. p.* 495 etc. — Θεοπόμπῳ dictum est pro τῇ τοῦ Θ. notissima breviloquentia, de qua vid. *Schaef. ad Dionys. p.* 170; *Melett. p.* 58. *Frotscher. ad Xen. Hieron. p.* 24. Sic *Plat. Symp. p.* 207. *D:* τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. *Republ. V. p.* 473. *D:* ὃς ἂν ἐκείνοις ὅτι ὁμοιότατος ᾖ, τὴν ἐκείνοις μοῖραν ὁμοιοτάτην ἕξειν. — Φιλαπεχθήμων v. apud *Plat. Republ. VI, p.* 500. *B:* λοιδορουμένους τε αὐτοῖς καὶ φιλαπεχθημόνως ἔχοντας. *Dem. adv. Timocr. p.* 701. 24. ἐγὼ γὰρ προσέκρουσ' ἀνθρώπῳ πονηρῷ καὶ φιλαπεχθήμονι καὶ θεοῖς ἐχθρῷ. *Adv. Con. p.* 1268. 16: οἱ κοινωνηκότες τοσαύτης καὶ τοιαύτης φιλαπεχθημοσύνης καὶ πονηρίας καὶ ἀναιδείας καὶ ὕβρεως. *Dionys. Hal. ad Cn. Pomp. I.* 16, *p.* 757, 14: οὐ διὰ φθόνον ἢ διὰ

φιλαπεχθημοσύνην κωμῳδοῦντες. *Jud. de Thucyd. III.* 3, *p.* 815. 12: οὐ φιλαπεχθήμονας προελόμενοι γραφὰς ἀλλὰ θεωρητικὰς της ἀληθείας. Idem est φιλαπεχθὴς apud *Polybium*, v. c. *V.* 28. 4. κατηγορίαι τινὲς τοῦ βασιλέως καὶ λοιδορίαι φιλαπεχθεῖς ἦσαν. — Διατριβὴν ποιεῖσθαί τὸ male Rud. explicuit «disceptationem et disputationem philosophicam de actionibus hominum instituere,» quia διατριβαὶ sint disputationes philosophicae. Cf. *Stallb. ad Euthyphr. p.* 3. At tunc dicendum erat περὶ τό πρᾶγμα, quod voluisse intelligo *Pflugkium l. l.*, qui loci sensum non cepisset. Melius Gesn.: «*in eo negotio diu moretur.*» Simili modo *Saltat.* 33: τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες. Possit enim esse, sumere sibi eam rem, cui tempus suum et otium impendat. Sic dicunt ἔργον ποιεῖσθαί τι, *in aliqua re operam ponere, ei studere,* cf. *Wytt. ad Plut. p.* 195. *Ast. ad Phaedr. p.* 239; τέχνην ποιεῖσθαί τι, cf. *Fritzsch. Quaestt. p. XXVI* etc. At haud scio, an διατριβὴ h. l. sit *oblectatio*, ut v. c. *Aristoph. Plut.* 924:

ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις,
Εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τῷ βίῳ.

Aesch. in Timarch. p. 170: μηδενὶ δὴ τρόπῳ καθ' ὑμῶν αὐτῶν γέλωτα τῷ σοφιστῇ καὶ διατριβὴν παράσχητε. *Demosth. Erotic. p.* 1418. 1: μὴ τὰς ἐπιπολαίους ἡδονὰς καὶ διατριβὰς ἀγαπᾶν. *Luc. Eun.* 11. γελοῖα ὡς ἀληθῶς ταῦτα καὶ ἔοικεν οὐ τὴν τυχοῦσαν ὑμῖν διατριβὴν παρασχεῖν etc.

Cap. LX.

Καὶ μὴν — ἐπιῤῥεπέστερος.] Quin fabula, si quae obiter incidat, narranda quidem, non tamen omnino asseveranda, sed in medio res relinquenda iis, qui, utcunque volent, probabiliter sunt de ea decreturi; tu vero discrimine exemtus neutramque in partem propensus eris. De genere

fabuloso ab historia alieno v. p. 256 sqq. Bene *Dionys. Hal. Jud. de Thucyd. VII.* 3, *p.* 823: ἐκείνοις μὲν οὖν τοῖς ἀνδράσιν (τοῖς λογογράφοις) ἀναγκαῖον ἦν ποικίλλειν τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις τὰς τοπικὰς ἀναγραφάς· Θουκυδίδῃ δὲ, τῷ προελομένῳ μίαν ὑπόθεσιν ᾗ παρεγίνετο αὐτὸς, οὐχ ἥρμοττεν ἐγκαταμιγνύειν τῇ διηγήσει τὰς θεατρικὰς γοητείας οὐδὲ πρὸς τὴν ἀπάτην ἁρμόττεσθαι τῶν ἀναγνωσομένων, ἣν ἐκεῖναι πεφύκασι φέρειν αἱ συντάξεις, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὠφέλειαν. *Strabo XI. p.* 504: τὰ γὰρ παλαιὰ καὶ ψευδῆ καὶ τερατώδη μῦθοι καλοῦνται, ἡ δὲ ἱστορία βούλεται τἀληθὲς καὶ τὸ τερατῶδες ἢ οὐκ ἔχει ἢ σπάνιον. Et potest quidem in historia quoque incidere, v. c. si quando re fabulosa audita ad facinus aliquod homines sunt instincti; sed nec quaerere talia historicum, nec, si sponte sese obtulerint, aut vere facta esse affirmare, aut quo fere modo facta esse possint, artificiose disquirere debere Luciani mens est, sed cum fide et simplicitate ita narrare, ut nihil ipse decernat integrumque et incorruptum ea de re posteritati judicium relinquat; ne aut superstitionis aliquando aut incredulae et impiae temeritatis crimen sustineat. Cf. *Poppon. Prolegg. Thucyd. T. I, p.* 44. — Παρεμπίπτειν scriptori alicui dicuntur ea, quae, non dedita opera, sua se sponte per occasionem tractanda obtulerunt. *Stob. Ecl. Eth. p.* 38 ed. Heer. ταῦτα μὲν οὖν αὐταρκῆ περὶ τῶν ὅρων, πολλάκις γὰρ οἱ περὶ αὐτῶν λόγοι παρεμπεσοῦνται. — Εἰκάζειν, *conjecturam facere*, solemne verbum de explicandi studio illorum, quae admirabilia nobis et incredula accidunt. *Thuc. II.* 54: περὶ μὲν οὖν τοῦ χρηστηρίου τὰ γιγνόμενα εἴκαζον ὅμοια εἶναι. *Plat. Crat. p.* 425. *C*: οὐδὲν εἰδότες τῆς ἀληθείας τὰ τῶν ἀνθρώπων δόγματα περὶ αὐτῶν εἰκάζομεν. Idem est in *Phaedr. p.* 229. *E*: αἷς εἴ τις ἀπιστῶν προςβιβᾷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἕκαστον, ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, πολλῆς αὐτῷ σχολῆς δεήσει. — Ἐπιῤῥεπής, *propensus*, similitudine a trutina repetita, in citeriori potissimum Graecitate vocabulum

usitatum. *Polyb. I.* 55. 1. αὖθις ἀνέκυψε καὶ πάλιν ἐπιῤῥεπεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας. *Arrian. Diss. Epictet. III.* 22. 1: ὃς ἐφαίνετο ἐπιῤῥεπῶς ἔχων πρὸς τὸ κυνίσαι. *Herodian. V.* 8. 2. ἐπιῤῥεπεστέρας τοίνυν τὰς γνώμας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον. *VI.* 9. 7. εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὐεργετικώτερον ἐπιῤῥεπής. *Hermes* apud *Stob. Ecl. Phys. XLIII,* 1, *p.* 710 ed. Heer. πᾶν τὸ ζῶον τῶν ἀνθρώπων ἐπιῤῥεπέστερόν ἐστιν εἰς τὴν κακίαν.

Cap. LXI.

Τὸ — σύγγραφε.] In universum, inquit, illud mihi teneto — repetens enim, ut *Quinctil.* ait *II.* 13, iterumque iterumque monebo — neu praesens tantum tempus inter scribendum respicito, ut te qui nunc sunt homines laudibus et honore afficiant, sed totius aeternitatis suffragia expetens posteritatis potius ratione habita historiam conscribito sive ad posteritatis rationes historicum opus componito, ejus tibi judicium scribendi normam sumito. Πρὸς τοὺς ἔπειτα συγγράφειν enim explicandum est, ut ζῆν πρός τινα etc., quo de usu dixi p. 231. Fere idem est τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἐστοχασμένος. Haud male Rud.: «qui ita scribit ut posteris se approbare studeat.» Ductum est verbum a similitudine sagittarii, qui ad scopum propositum ictus dirigere tentat collineatque, ut videri potest v. c. apud *Plat. de Legg IV, p.* 705. *E*: τοῦτον γὰρ δὴ τίθεσθαι τὸν νόμον ὑποτίθεμαι ὀρθῶς μόνον, ὃς ἂν δίκην τοξότου ἑκάστοτε στοχάζηται τούτου, ὅτῳ ἂν συνεχῶς ἀεὶ καλῶν τι ξυνέσπηται. *XI, p.* 934. *B.* πρὸς πάντα τὰ τοιαῦτα βλέποντας τοὺς νόμους τοξότου μὴ κακοῦ στοχάζεσθαι δίκην τοῦ τε μεγέθους τῆς κολάσεως ἑκάστων ἕνεκα καὶ παντελῶς τῆς ἀξίας. *Luc. Hermot.* 33. τοῖς τοξεύειν μελετῶσιν, οἳ — στοχάζονται ἀφιέντες. Inde saepissime sign. *appetere, cupere,* quo de

significatu monere vix attinet post *Baehr.* in *Creuz. Melett. T. III, p.* 31. Hoc vero loco est veluti investigare oculisque scrutari scopum, quo potissimum dirigi ictus nostri possint, i. e. de ejus, quocum res est, indole conjecturam facere, et sententiam ejus, voluntatem, ingenium divinatione assequi studere, quibus perspectis jam uti illo pro consiliis nostris secure *liceat. Plat. Lachet. p.* 178. *A.* ἐάν τις αὐτοῖς ξυμβουλεύσηται, οὐκ ἂν εἴποιεν, ἃ νοοῦσιν, ἀλλὰ στοχαζόμενοι τοῦ συμβουλευομένου ἄλλα λέγουσι παρὰ τὴν ἑαυτῶν δόξαν. Unde est ubi signif. *tergiversari*, v. c. *Soph. Antig.* 243: εὖ γε στοχάζῃ κἀποφραγνύσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα. Idem, ut obiter hoc moneam, esse videtur *aucupari* apud *Plaut. Rudent. IV.* 4. 51. Saepissime vero vertere possis *rationem habere*, ut egregie expl. *Gataker. ad M. Anton. p.* 17. Cf. *Demosth.* π. Συνταξ. *p* 176. 27: οὐ γὰρ ὑμεῖς ὧν οὗτοι βούλονται στοχάζεσθε, ἀλλ' οὗτοι ὧν ἂν ὑμᾶς ἐπιθυμεῖν οἴωνται. *Polyb. VI.* 16. 1. ἡ μὲν σύγκλητος — ἀναγκάζεται προςέχειν τοῖς πολλοῖς καὶ στοχάζεσθαι τοῦ δήμου. 5. ὀφείλουσι δὲ ἀεὶ ποιεῖν οἱ δήμαρχοι τὸ δοκοῦν τῷ δήμῳ καὶ μάλιστα στοχάζεσθαι τῆς τούτου βουλήσεως. *Plut. de Fort. Alex. M. Orat. I,* 9. οὐ τῆς μετριότητος, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Ἀλεξάνδρου στοχαζόμενοι. *Luc. Nigrin* 28: τοῦτο μὲν ψυχῆς, τοῦτο δὲ σώματος, τοῦτο δὲ ἡλικίας τε καὶ τῆς πρότερον ἀγωγῆς ἐστοχᾶσθαι.

Καὶ παρ' — οὔσας.] Et ab illis, Lucianus pergit, praemium scriptionis expetito, ut de te quoque aliquando dicatur: ille vero vir erat ingenuus libertatisque plenus; neque adulatorium quidquam nec servile, sed in omnibus veritas! Hoc, inquit, si quis sapiat, omni in praesentia spei, tam illi caducae, anteponere audeat. — Μέντοι in asseveratione quibusdam exemplis illustravit *Fritzsch. Quaestt. p. XXVIII.* Nos: *das war doch noch einmal ein freisinniger Mann!* Sic *Imagg.* 2. τοιαῦτα μέντοι, ἔφη, τὰ

Σμυρναϊκὰ κάλλη! Platonicum est. *Phileb. p.* 18. *A.* ὀρθῶς μέντοι ταῦθ' ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, ἠρώτηκε Φίληβος. *Lys. p.* 203. *B.* οὐ παραβάλλεις; ἄξιον μέντοι. *Euthyd. p.* 273. *C.* τώδε μέντοι τὼ ἄνδρε σόφω. *Hipp. Maj. p.* 281. *B.* τοιοῦτον μέντοι, ὦ Ἱππία, ἔστι τὸ τῇ ἀληθείᾳ σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι. Alia aliorum vide apud *Schaef. ad Dionys. p.* 405. *Reisig. Conject. p.* 299 *sq. Stallb. ad Phaedon. p.* 119. — Σωφρονεῖν i. q. εὖ φρονεῖν sive νοῦν ἔχειν. *Thuc. I.* 40: καὶ ὅςτις μὴ τοῖς δεξαμένοις, εἰ σωφρονοῖτε, πόλεμον ἀντὶ εἰρήνης ποιήσει. *Plat. Hipp. Maj. p.* 304. *A.* παντός γε μᾶλλον, φήσομεν, ὦ Ἱππία, ἂν σωφρονῶμεν. *Republ. III. p.* 399. *E.* σωφρονοῦντές γε ἡμεῖς. *Luc. Phalar. II.* 10. τούτων γὰρ οὐκ οἶδα, εἴ τι μεῖζον, εἰ σωφρονεῖτε, ἢ ἀναγκαιότερον ἡγήσαισθε ἄν.

Cap. LXII.

Ὁρᾷς — πλωϊζομένων.] Viden', inquit, Cnidius ille architectus, quale facinus ediderit? Qui quum turrim illam in Pharo insula aedificasset, operum omnium maximum opus ac pulcherrimum, unde signa sublatis facibus navigantibus dari longe in altum usque possent, ne in Paraetoniam inciderent, difficillimam illam, ut ajunt, et unde non pateat exitus, si quis illos in scopulos delatus sit — aedificato igitur opere, intus quidem in ipso lapide nomen suum inscripsit, illita vero calce quum texisset, ejus qui tum forte regnabat, nomen inscripsit, haud ignarus, ut eventu patefactum est, intra breve temporis spatium fore ut cum tectorio una literae illae decidant appareatque: Sostratus Dexiphanis filius Cnidius Diis Sospitalibus pro salute navigantium. De Pharo insula prima mentio exstat apud *Hom. Odyss.* Δ. 355:

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι.

Qui quum medio in mari collocet, quae postea exiguo tantum intervallo a litore distaret, opinio fuit apud antiquos, multum Aegypto inferiori per Nili alluviem terrae accessisse. *Her. II.* 10. *Strab. I,* 3. *Plin. Hist. N. II.* 87. *Pompon. Mela II.* 7. 39. *Plut. de Isid. et Osir.* 40. *Eustath. ad l. l. p.* 1500. 16. Obiter deinde occurrit v. c. apud *Thuc. I.* 104; celebritatem vero post Alexandrum demum Macedoniae regem adepta est, qui ejus potissimum opportunitate adductus esse fertur, ut Alexandriam emporium in illo litore conderet. *Plut. V. Alex. M.* 26: *εὐθὺς οὖν ἐξαναστὰς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν Φάρον, ἣ τότε μὲν ἔτι νῆσος ἦν, τοῦ Κανωβικοῦ μικρὸν ἀνωτέρω στόματος, νῦν δὲ διὰ χώματος ἀνείληπται πρὸς τὴν ἤπειρον. Ὡς οὖν εἶδε τόπον εὐφυΐᾳ διαφέροντα — ταινία γάρ ἐστιν ἰσθμῷ πλάτος ἔχοντι σύμμετρον ἐπιεικῶς διείργουσα λίμνην τε πολλὴν καὶ θάλασσαν — ἐκέλευσε διαγράψαι τὸ σχῆμα τῆς πόλεως.* Quid quod, *Curtio* teste *IV.* 8. 1, «contemplatus loci naturam, primum in ipsa insula statuerat urbem novam condere. Inde ut apparuit magnae sedis insulam haud capacem, elegit urbi locum, ubi nunc est Alexandria.» Loci naturam optime descripsit *Strabo XVII.* 1; idem de turri: *ἔστι δέ*, inquit, *καὶ αὐτὸ τὸ τῆς νησῖδος ἄκρον πέτρα περίκλυστος, ἔχουσα πύργον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον λευκοῦ λίθου πολυόροφον, ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τῶν βασιλέων, τῆς τῶν πλωϊζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή.* Sequitur inscriptio nostra, quam eandem, nostri scilicet loci vestigiis insistens, exhibuit *Scholiast. Icarom.* 12: *Ὁ δὲ ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργος καὶ τῇ ἐπὶ Πηλουσίῳ Αἰγύπτου Ἀλεξανδρείᾳ ᾠκοδόμηται τετράγωνος, σταδιαῖος τὴν πλευρὰν, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνέχων, ὡς ἀπὸ ρ ὁρᾶσθαι μιλίων. Ἀνεστάθη δὲ τοιοῦτος, ἵν' ᾖ ἡμέρας μὲν σημεῖον τοῖς πλέουσι, νυκτὸς δὲ πυρσὸς, πρὸς ὃν οἱ πλέοντες ἀπευ-*

θυνόμενοι μὴ ἔχοιειν ἐμπίπτοντες τοῖς τοῦ Παραιτονίου ἕρμασι διαφθείρεσθαι. Γέγονε δὲ προςτάγματι μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου καὶ Ὀλυμπιάδος, ἀρχιτεκτονήσαντος δὲ Σωστράτου τοῦ Κνιδίου, ὃς καὶ ἐπέγραψε τῷ πύργῳ ἐπὶ τῶν λίθων etc. Et consilium quidem ejus operis jam Alexandrum cepisse, veri non absimile est, perfectum sub Ptolemaeo demum *Plinio* potius credam, qui *Hist. N. XXXVI.* 18. 4: «Magnificatur, inquit, et alia turris a rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriae, quam constitisse DCCC talentis tradunt; magno animo, ne quid omittamus, Ptolemaei regis, quod in ea permiserit Sostrati Cnidii architecti structurae ipsius nomen inscribi. Usus ejus nocturno navium cursu ignes ostendere ad praenuntianda vada portusque introitum; quales jam, inquit, compluribus locis flagrant, ut Ostiae ac Ravennae.» Discrepare vides a Nostro doctissimum hominem, quum concedente rege fecisse Sostratum tradat, quod clam factum ab illo Lucianus narrat. Unde fictam a Nostro historiam illam esse Wielando placet, qui tamen haud scio an Luciani mentem h. l. omnino non intellexerit. «Luciani, inquit, haec est sententia, fallere noluisse posteros Sostratum, ne a Ptolemaeo constructam Pharum existimarent; quos nisi curasset, non dubitaturum fuisse lapidi ipsi mendacium inprimere, quo regi adularetur. At, inquit, quis non intelligat, non posteritatis nec veri gratia sed suam ob laudem illa Sostratum fecisse?» Unde indulgentiae nimiae Lucianum arguit. At quo pacto, quaeso, Ptolemaei manu constructam turrim posteri crediderint? Haec, si quid sentio, sibi vult Lucianus: historico gloriam apud posteros maximo studio expetendam esse, quae nisi sinceritate animique candore comparari non possit; sui temporis suffragia negligenda, ne, dum aequalium laudes captet, nominis famaeque aeternitatem pessumdet. Sic Sostratum quoque fecisse: homines an ipsum, dum viveret, ejus operis architectum cognoscerent, minime curasse; posteritati ne nominis sui notitia tempore interiret, sedulo prospexisse.

Neque injuria mihi ejus facti, quale Noster narrat, veritatem sustinuisse videtur, quem laudat Lehmannus, *Bern. de Montfaucon* in *Diss. sur le Phare d'Alexandrie* in *Mém. de l'Acad. des Inscr. T. VI, p.* 576 *sqq.* Nam ubi factum erat, quod Sostratus fore praesenserat, ut nomen ipsius, delapso tectorio, appareret, consentaneum erat mirari posteros ejus facti ignaros raram regis magnanimitatem, qui omissa, quod nusquam alibi fieri soleret, ipsius mentione, solius architecti nomen inscribi operi passus esset. Ptolemaeum Philadelphum fuisse, inter omnes constat. Cf., quem Sol. laudat, *Is. Voss. ad Pompon. Mel. p.* 204 *sqq.* Sostratum omnium primum pensilem ambulationem Cnidi fuisse Plinius l. l. tradit. Cum Archimede jungit Noster *Hipp.* 2: *τοιοῦτον ἀκούομεν τὸν* 'Αρχιμήδην *γενέσθαι καὶ τὸν* Κνίδιον Σώστρατον· *τὸν μὲν* Πτολεμαῖον *χειρωσάμενον καὶ τὴν* Μέμφιν *ἄνευ πολιορκίας ἀποστροφῇ καὶ διαιρέσει τοῦ ποταμοῦ*: ubi *Palmer. Exercc. p.* 562 conj. Πτολεμαίῳ *χειρωσάμενον τὴν* Μέμφιν. — Μέγας *καὶ καλὸς* v. p. 275 sq. — Quod, uno tantum Codice fretus, vulg. lect. ἔργων in ἔργον mutavi, nescio quomodo calidius factum sero intellexi. *Thuc. I.* 23. *τῶν δὲ πρότερον ἔργων μέγιστον ἐπράχθη τὸ* Μηδικόν. *Diodor. Sic. I.* 28. *συνοικίσαι τὴν ἀρχαιοτάτην σχεδὸν τῶν παρ'* Ἕλλησι *πόλεων* Ἄργος. Quamquam nostrae rursum lectioni favet v. c. *Thuc. VI.* 13: *ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναῤῥιπτούσης.* Jungit utrumque *Plat. Republ. VI. p.* 497. *B. ἀλλὰ τὴν προςήκουσαν αὐτῇ τίνα τῶν νῦν λέγεις πολιτειῶν ;* Οὐδ' *ἥντιναοῦν, εἶπον, ἀλλὰ τοῦτο καὶ ἐπαιτιῶμαι, μηδεμίαν ἀξίαν εἶναι τῶν νῦν κατάστασιν πόλεως φιλοσόφου φύσεως.* — Ignium in Pharo ad signa edenda accensarum *Achilles* quoque *Tatius, V.* 6, mentionem fecit, ubi v. *Jacobs. p.* 771. Πυρσός proprie est i. q. *πῦρ*, teste *Dorvill. ad Charit. p.* 672, unde *πυρσεύειν ignes subdere, accendere, inflammare.* Cf. *Wess. ad Diod. XI.* 64. *Suidas: πυρσεύει, πῦρ ἐξάπτει.* Καὶ *πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ*

τοῦ ἐκφαίνω καὶ ἀνάπτω καὶ ἄνωθεν δεικνύω τὸ κάλλιστον. Οἷά τις πυρσὸς καὶ φρυκτωρία ἄνωθεν ἐπιδεικνύουσα τὸ σῶσον τοῖς εἰς λιμένα καὶ ὅρμον ἐπειγομένοις. Apud antiquissimos faces illae, quibus accensis sublatisque signa edi solebant, φρυκτοὶ i. e. *aridae* appellatae, v. c. in loco primario apud *Aeschyl. Agamemn.* 289 *sqq.*:

Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπεν κ. τ. λ.

Thuc. III. 22. φρυκτοὶ δὲ ᾖροντο ἐς τὰς Θήβας πολέμιοι. Et φρυκτωρεῖν i. q. πυρσεύειν. *Thuc. III.* 80. ὑπὸ νύκτα αὐτοῖς ἐφρυκτωρήθησαν ἑξήκοντα νῆες Ἀθηναίων. *VIII.* 102. ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον καὶ ᾐσθάνοντο τὰ πυρὰ ἐξαίφνης πολλὰ ἐν τῇ πολεμίᾳ φανέντα. *Aeneas Tact.* 7: ὡς δὲ δεῖ τοῦτο γίνεσθαι καὶ ὡς αἴρειν τοὺς φρυκτοὺς, ἐν τῇ Παρασκευαστικῇ βίβλῳ πλειόνως εἴρηται. *Dio Chrysost. Orat. XIII, p.* 225. *B.* inventos a Palamede narrat. Adde *Schol. Eur. Orest.* 422. Πυρσὸς et πυρσεύειν ex ionica dialecto postmodo in communem immigrasse vel vocabuli formam arguere existimo. *Herod. VII.* 182. πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιάθου. *IX.* 3. ἅμα δὲ πυρσοῖσι διὰ νήσων ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν. Atticorum, ni fallor, princeps eo usus est *Euripides*, v. c. *Electr.* 699:

Ὑμεῖς δέ μοι, γυναῖκες, εὖ πυρσεύετε
Κραυγὴν ἀγῶνος τοῦδε:

Helen. 1126; tum *Xen. Anab. VII.* 8. 25 etc. Primarius de ea re locus est apud *Polyb. X.* 43—46; deinde passim apud alios occurrit. Sic v. c. *Plut. V. Flam.* 4: ἐδηλοῦτο πυρσὸς εἶναι φίλιος, quem ad l. *Baehr. p.* 89 laudat *Polyaen. II.* 28. 2. *III.* 9. 55 ibique *Maussac.* et *Schwebel. ad Onosandr. p.* 36. Adde *Gottleb. ad Thucyd. II.* 94. *Wess. ad Diod. XIX.* 57. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 430. et omnino *Sallier.* in *Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XIII, p.* 400. — Phari nomen mox ad omnes ejusmodi turres transiisse, vix est quod

moneam. *Herodian. IV.* 2. 8: *ἀπεικάσαι τις ἂν τὸ σχῆμα τοῦ κατασκευάσματος τοῖς φρυκτωρίοις, ἃ τοῖς λιμέσιν ἐπικείμενα νύκτωρ διὰ τοῦ πυρὸς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειραγωγεῖ· φάρους δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσιν.* — Ἐπιπολὺ de spatii aeque ac temporis (v. p. 10.) extensione usurpatur. *Tox.* 20. *φαίνεσθαι γὰρ ἐπιπολὺ ταῦτα, τῆς σελήνης καταλαμπούσης.* Cum Genitivo h. l. constructum est, ut v. c. *Xen. Anab. VII.* 5. 12. *τέναγός ἐστιν ἐπὶ πάμπολυ τῆς θαλάττης.* Cf. *Lamb. Bos. p.* 63. — Ναυτίλλεσθαι descendit a *ναυτίλος*, ut *ποικίλλειν* ab eo quod est *ποικίλος*. Utitur eo jam *Homerus Odyss.* Δ. 672. Ξ. 246; *Herodotus I.* 163. *II.* 5 etc. alii; Noster et ipse *Fugit.* 13. *τὴν ὑστάτην ἄγκυραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοί φασιν.* — Καταφέρεσθαι illustravi p. 277. — Paraetonium, quam Ammoniam alii vocant, Libyae oppidum cum portu Aegypti finibus proxime adjacens. Cf. quos Sol. laudat, *Strab. XVII.* 1. *Plut. V. Anton.* 69, *p.* 814. *B. Ovid. Amor. II.* 13. 7. *Metam. IX.* 772. *Polyaen. Strategg. II, p.* 145. *C*; tum *Diodor. Sic. I.* 31: *ἀπὸ γὰρ Παραιτονίου τῆς Λιβύης ἕως Ἰόππης τῆς ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ ὄντος τοῦ παράπλου σταδίων σχεδὸν πεντακισχιλίων, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀσφαλῆ λιμένα πλὴν τοῦ Φάρου· χωρὶς δὲ τούτων ταινία παρ' ὅλην σχεδὸν τὴν Αἴγυπτον παρήκει τοῖς ἀπείροις τῶν προςπλεόντων ἀθεώρητος. Διόπερ οἱ τὸν ἐκ πελάγους κίνδυνον ἐκπεφευγέναι νομίζοντες καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἄσμενοι πρὸς τὴν γῆν καταπλέοντες ἐξαίφνης ἐποκελλόντων τῶν σκαφῶν ἀνελπίστως ναυαγοῦσιν.* En tibi causam, cur turrim in Pharo construi oportuit. *Strabo l. c.*: *ἀλιμένου γὰρ οὔσης καὶ ταπεινῆς τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἐχούσης δὲ καὶ χοιράδας καὶ βράχη τινά, ἔδει σημείου τινὸς ὑψηλοῦ καὶ λαμπροῦ τοῖς ἀπὸ τοῦ πελάγους προςπλέουσιν, ὥςτ' εὐστοχεῖν τῆς εἰςβολῆς τοῦ λιμένος.* Cf. *Hemsterh.* et *Locell. ad Xen. Ephes. p.* 236—238. A quibusdam Παραιτώνιον scribitur, vitiose; cf. *Dorv.*

ad Char. p. 526; neutro tamen genere omnes oppidum appellant. «Sed mutare, Solanus inquit, hic non ausim; et omnino sic editum a Luciano ipso, ut vulgo nunc legitur, existimem.» Recte vero; neque enim de oppido h. l. Lucianus loquitur, sed de mari circa illam oram, quod recte ἡ Παραιτονία scil. θαλάσσα appellari potuit. *Paraetonias syrtes* dixit *Lucan. Pharsal. III.* 295. — Παγχάλεπον est *tristissimum, perniciossimum, tetrum. Plat. Crat. p.* 428. *D.* τὸ γὰρ ἐξαπατᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' αὑτοῦ πάντων χαλεπώτατον. *Ceb. Tab.* 7. ὦ δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις. *Luc. Conv.* 46. καὶ τὸ πρᾶγμα, ὡς τὸ εἰκὸς, μακρῷ χαλεπώτερον ἐγεγένητο etc. Mox invito Lehmanno cum Codd. edidi ἄφευκτον, etsi in reliquis libris semper ἄφυκτον Lucianus scripserit. Attulerunt Intpp. *Dial. Deor. XVII.* 1. ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν ἱκέτευε. *Merc. Cond.* 3. *Anach.* 2. 29. *De Luctu* 2. *Hermot.* 79. *Vera Hist. I.* 39. etc. At non sibi constant in talibus scriptores, praesertim sicubi negligentius scribunt, cujus rei hoc ipso in libello compluria jam documenta comprehendimus. Sic *Plutarchus*, quum in *V. Camilli* 4 dixisset μαθὼν ἄρα τὸ πεπρωμένον ὡς ἄφυκτον εἴη, in *V. Lysandri* 29 habet: ἄφευκτόν ἐστιν ἀνθρώπῳ τὸ πεπρωμένον. Cf. *Baehr. ad Plut. V. Pyrrh. p.* 236 *sq.* — Ἕρματα sunt scopuli marini, qui sub undis latent, ὕφαλοι πέτραι, ut expl. *Hesychius* a Rud. adhibitus. Adde *Bekk. Anecdd. p.* 256. 23: ἕρματα: τὰ πετρώδη μέρη τῆς θαλάσσης καὶ ὕφαλα, παρὰ τὸ εἶναι ἐρύματα καὶ κωλύματα τοῦ προσωτέρω πλεῖν. Cf. omnino *Aem. Porti Lex. Jon. s. v. Dorv. ad Char. p.* 461. *Buttm. Lexil. T. I. p.* 113. *Jacobs. ad Achill. Tat. p.* 624; *ad Philostr. p.* 479. Sic *Plat. Republ. VIII, p.* 553. *A:* ἐξαίφνης πταίσαντα, ὥςπερ πρὸς ἕρματι, πρὸς τῇ πόλει. *Luc. Jove Trag.* 15. ὁπότε ἡ ναῦς προςεφέρετο ἤδη τῷ σκοπέλῳ καὶ ἔντος ἦν τῶν ἑρμάτων. — Οὖν epanalepsi inservire, allatis exemplis docuit *Reitz. ad Zeux.* 1. Adde *Heind. ad Plat. Lys. p.* 52. —

Ἔνδοθεν pro ἔνδον, haud insolita enallage. Cf. *Fisch. ad Well. III. a, p.* 215. — Κατὰ τῶν λίθων dictum ut C. XXIX κατὰ τοίχου, ubi v. p. 192. — Ad sequ. conf. *Tim.* 28. οὐ γὰρ δὴ καὶ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτοὺς, ὡς ἐπίχριστος ἡ εὐμορφία ἐστὶν, ἔνδοθεν τὰ πάντα ὁρῶντας. *Wytt. ad Plut. p.* 702. —Ὅπερ καὶ ἐγένετο et similia ex intima veteris elegantiae penu deprompta. *Her. V.* 92. 4. ἐπισταμένη, ὡς — πάντα ἐρευνήσειν ἔμελλον· τὰ δὴ καὶ ἐγένετο. *Thuc. I.* 50. δείσαντες, ὅπερ ἐγένετο, μὴ κ. τ. λ. *IV.* 73. 81. ὅπερ ἐποίησαν. *V.* 46. ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ — διαβληθῇ, ὅπερ καὶ ἐγένετο. *VIII.* 39. δεδιότες, μὴ αἱ — νῆες, ὅπερ ἐγένετο, μηνύσωσιν. 47. *Demosth. Philipp. II, p.* 67. 26. τοὺς δὲ Θηβαίους ἡγεῖτο, ὅπερ συνέβη, τὰ λοιπὰ ἐάσειν. *Plat. Euthyphr. p.* 4. *D.* ὅπερ οὖν καὶ ἔπαθεν. *Euthyd. p.* 283. *A.* ὅπερ οὖν καὶ συνέβη ἡμῖν. *Charm. p.* 155. *B.* ἀλλ' ἥξει, ἔφη, ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. *Diodor. Sic. I.* 17. ὅπερ δὲ καὶ γενέσθαι. *Luc. Philops.* 36 etc. Conf. *Stallb. ad Plat. Apol. Socr. p.* 31. — Πάνυ ὀλίγου χρόνου. *Matth.* §. 378. 3. — Συνεκπεσούμενα. *Id.* §. 549. 2. Verbum iterum est *Nigrin.* 8. — Πλωΐζεσθαι attica forma Codd. plurimorum consensus tuetur. In solo W. est πλοΐζεσθαι. Cf. *Lobeck. ad Phryn. p.* 614. *Poppon. Prolegg. in Thucyd. T. I, p.* 255. — Θεοὺς Σωτῆρας, Solanus inquit, Ptolemaeum et Berenicen intelligunt viri docti bene multi. Consule *Spanh. de Usu et Praest. Numism. p.* 415." Adde *Eund. ad Callim. H. in Jovem, v.* 79, *p.* 62. At bene Rudolphus Deos potius navigantium patronos intelligendos monuit, Neptunum, Castores, Palaemona, Isidem fortasse etc. Cur enim post mortem quoque adulatus fuerit Sostratus?

Οὕτως — τέχνη.] Adeo, inquit, ne ille quidem aequales suos nec suae vitae exiguum illud spatium respexit, sed nostram aetatem adeoque aeternitatem, dum stet illa turris maneatque artis ipsius monumentum. Οὕτω causae cum vehementia quadam et

evidentia ante oculos proponendae servit. *Thuc. II.* 8. οὕτως ὀργῇ εἶχον οἱ πλέους τοὺς Ἀθηναίους. *Aristoph. Equ.* 534. οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος. *Plat. Apol. Socr. p.* 17. *A.* ὀλίγου ἐμαυτοῦ ἐπελαθόμην· οὕτω πιθανῶς ἔλεγον. *Crit. p.* 53. *A.* οὕτω σοι διαφερόντως ἤρεσκεν ἡ πόλις. *Theaet. p.* 169. *B.* ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν τι μᾶλλον ἀφίσταμαι· οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε. *Charm. p.* 154. *C.* πάντες ἐρᾷν ἔμοιγε ἐδόκουν αὐτοῦ· οὕτως ἐκπεπληγμένοι ἦσαν. *Hipp. Maj. p.* 282. *D.* οὕτως ἦσαν εὐήθεις. *Luc. Somn.* 5. ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος, οὕτω σαφῆ πάντα ἦν. *Herm.* 2. 9. *Nigr.* 3. *Imagg.* 2 etc. Sic et Latini: *Plaut. Merc. I.* 1. 64: «neque potestatem sibi fuisse; adeo arcte cohibitum esse a patre.» *Rud. I.* 1. 5. «Non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi; ita omnes de tecto deturbavit tegulas.» *Mostell. III.* 1. 101. «Id me scire expeto; adeo etiam argenti foenus creditum audio.» *Menaechm. I.* 2. 8. «Portitorem domum duxi; ita omnem mihi rem necesse est loqui.» — Βίος ὀλίγος, *vita brevis,* solemni magnitudinis et multitudinis notionum enallage. V. quos laudat *Krüger. ad Dionys. p.* 107. — Pro ἑστήκῃ in Ms. Gr. vestigium est lectionis ἑστήκοι, non male, modo etiam μένοι scribas, ut e Sostrati persona dictum sit: dum mansura esset turris duraturumque artis ipsius monumentum.

Cap. LXIII.

Χρὴ — ἐπαινουμένοις.] Quae quum ita sint, Lucianus inquit, historiam quoque ita conscribi oportet, cum veri studio potius exspectationi in posterum, quam cum adulatione illorum, qui nunc laudantur, delectationi accommodatam. Ἐλπὶς μέλλουσα sat audaci conatu dictum est pro ἐλπὶς τῶν μελλόντων, ut opponeretur ταῖς νῦν ἐλπίσιν C. LXI. Quanquam praeiverat *Demosth. pro Cor. p.* 255. 13: τῆς νῦν

εἰρήνης, ἥν οὗτοι κατὰ τῆς πατρίδος τηροῦσιν οἱ χρηστοὶ ἐπὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν. — Ad sequ. cf. *Plat. Gorg. p.* 521. *D.* ἅτε οὖν οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους, οὓς λέγω ἑκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον.

Οὗτος — Κρανείῳ.] Jamque opusculo absoluto ad finem vergens: en tibi, inquit, justae historiae regulam normamque; qua si qui dirigi se patiantur, ut Gesner. vertit; vel potius qua si qui in exigenda scribendi ratione regula usi fuerint, bene factum nec sine fructu scriptum erit nobis; sin minus, dolium volutavimus in Craneo (cf. c. III.). Historiam δικαίαν pari fere significatu accipere possis, quo Xenophon C. XXXIX dictus est δίκαιος συγγραφεύς: v. p. 241: at h. l. haud scio an intelligere in universum praestet de re omnibus numeris perfecta et absoluta, quae notioni suae plenissime respondeat et in qua nec nimium quidquam sit nec deficiat, ut expl. *Ruhnk. ad Xen. Mem. S. IV.* 4. 5. καὶ ἵππον καὶ βοῦν τῷ βουλομένῳ δικαίους ποιήσασθαι πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων. Sic v. c. mensura appellatur δικαία, quae magnitudine vel amplitudine sit justa atque legitima. Cf. *Boeckh. Corp. Inscr. gr. T. I, p.* 165. V. omnino *Sturz. Lex. Xen. T. I, p.* 738. *Wytt. ad Phaed. p.* 220. — De usu vocabuli quod est κανὼν paucis jam dixi p. 40. Κανὼν et στάθμη itidem junguntur apud *Xenoph. Agesil. X.* 2: εἰ δὲ καλὸν εὕρημα ἀνθρώποις στάθμη καὶ κανὼν πρὸς τὸ ἀγαθὰ ἐργάζεσθαι, καλὸν ἄν μοι δοκεῖ ἡ Ἀγησιλάου ἀρετὴ παράδειγμα γενέσθαι. *Plat. Phileb. p.* 56. *B.* τεκτονικὴν δέ γε οἶμαι πλείστοις μέτροις τε καὶ ὀργάνοις χρωμένην, ἃ πολλὴν ἀκρίβειαν αὐτῇ πορίζοντα τεχνικωτέραν παρέχεται. — Κανόνι γάρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται καὶ διαβήτῃ καὶ στάθμῃ. *Dionys. Hal. Arte Rhet. XI.* 1, *p.* 396. 6: δεῖ δὲ ὥσπερ κανόνα εἶναι καὶ στάθμην τινὰ καὶ δοκίμιον ὡρισμένον, πρὸς ὅ τις ἀποβλέπων δυνήσεται τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι.

Luc. Hermot. 18: πρὸς τὸ λοιπὸν ἄρα ἔχομεν τοῦτον κανόνα καὶ στάθμην ἀκριβῆ τῶν τοιούτων etc. Pessime *Stallb. ad Phileb. p.* 161 κανόνα interpretatus est *normam ad spatium dimetiendum;* immo est *perpendiculum* vel *regula* quoque lignea, ad quam lineae rectae diriguntur. *Plut. ad Princ. Inerud.* 2, *p.* 780. *B:* ὥςπερ ὁ κανὼν αὐτὸς ἀστραβὴς γινόμενος καὶ ἀδιάστροφος οὕτως ἀπευθύνει τὰ λοιπὰ τῇ πρὸς αὐτὸν ἐφαρμογῇ καὶ παραθέσει συνεφομοιῶν. Cf. omnino *Valcken. ad Eur. Hippol. p.* 218 *sq. Bergl. ad Alciphr. II.* 2. Unde *Demosth. pro Cor. p.* 324. 26: ἃ τοῖς προτέροις Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν καὶ κανόνες, quem expressit *Dionys. Hal. Jud. de Lysia* 18, *p.* 492. 11: ὅρον τε καὶ κανόνα τῆς ἰδέας ταύτης αὐτὸν ἀποφαίνομαι. *Theodos.* apud *Bekk. Anecdd. p.* 1180: κανών ἐστι λόγος ἔντεχνος ἀπευθύνων (εἰς) ὁμοιότητα πρὸς τὸ καθόλου τὸ διεστραμμένον τῆς λέξεως κ. τ. λ. De στάθμη quoniam eruditissime disputatum est a *Schneidero* in *Lexico T. II, p.* 495, paucis monuisse sufficiat. Est *rubrica* vel *amussis,* i. e. «regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt,» ut ait *Nonius de Propr. Serm. p.* 9. Sic *Philem. Lex. No.* 197, *p.* 126—128 ed. Osann.: στάθμη σπαρτίον ἐστὶ λεπτὸν, ὃ μίλτῳ κεχρισμένον ἢ ἑτέρῳ χρώματι γραμμὰς ἄγει τῇ ἑκατέρωθεν τάσει, δι' ὧν τὰ ξύλα εὐθύνονται κ. τ. λ. Adde, quo jam Rud. usus est, *Schol. in Hom. Iliad.* Ο. 410: στάθμη ἐργαλεῖον τεκτονικὸν ἡ καὶ καθευθυντηρία λεγομένη· τούτῳ δὲ κανονίζεται τὸ ξύλον· ἔστι δὲ καὶ σχοινίον λεπτὸν, ἐρυθρῷ ἢ μέλανι χρώματι κεχρισμένον, ubi tamen, Rudolphus inquit, καὶ ante σχοινίον delendum. *Odyss.* P. 341 etc. Cf. *Dorv. ad Char. p.* 536. *Sturz. Lex. Xen. T. IV, p.* 79 et Intpp. ad *Vitruv. VII.* 3, quos laudat *Stallb. ad Phileb. p.* 183, explicans *perpendiculum,* ut si i. q. κανὼν, et sic accepisse videntur et *Arrian. Diss. Epictet. II.* 11. 13. εὕρεσις κανόνος τινὸς, οἷον ἐπὶ βαρῶν τὸν ζυγὸν εὕρομεν, οἷον ἐπὶ εὐθέων καὶ

στρεβλῶν τὴν στάθμην. *Themist. Orat. XXI, p.* 247. *C.* οὐδὲ στάθμην τινὰ ἐπιστῆσαι, ἢ τὸ σκολιὸν αὐτοῦ καὶ διάστροφον ἐκφανὲς ποιήσει μὴ προσαρμόττουσα. Inde est σταθμᾶσθαι *ad amussim dirigere,* omnino *de aliqua re statuere.* Bene Rudolphus animadvertit, videri interpretem (Gesnerum) Fut. Med. accepisse loco Futuri Passivi σταθμηθήσονται, quod per usum loquendi licere. Laudat exinde *Aristoph. Ran.* 870: καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται. Ipse reflexive expl.: dirigent se. At melius, si quid sentio, active acceperis. *Soph. Oed. Tyr.* 1104:

εἰ χρή τι κἀμὲ, μὴ συναλλάξαντά πω,
πρέσβυ, σταθμᾶσθαι, τὸν βοτῆρ' ὁρᾷν δοκῶ.

Cf. *Heind. ad Plat. Lys. p.* 8. Quanquam est, ubi dubium esse possit, num a στάθμη hoc verbum an ab eo potius quod est σταθμὸς, *trutina,* derivari debeat. V. *Schneid. l. l.* — Εἰς δέον illustravi p. 306 et 308. — Εὖ ἂν ἔχοι, quod commode reddas: *bene factum et gaudeo,* Platonici usus est. Cf. *Theaet. p.* 145. *B. Menex. p.* 249. *E.* etc.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

I. In contextu.

Pag. 2, lin. 6 lege ἑβδομαίων ἐκείνων.
— 31, — 12 — ἐπεὶ δὲ πάντως.
— 54, — 5 — ὁποίας ἂν δέξηται.
— 58. Nota e) pon. lin. 15 post αὐτοῦ.
— 59. lin. 14 lege ἐπαινέσωνταί σε καὶ τιμήσωσιν c).
— 19 et 20 lege μεστὸς d) tumque bis οὔτε e) pro οὐτὲ.

II. In varietate lect. selecta.

Pag. 2, lin. 5 adde v. c. *Plut. ad Princ. Inerud.* 3, *p.* 780. *C:* ἀνάστα, ὦ βασιλεύ.
— 3, — 7 adde *Long. Pastor. I.* 15: ὁρμῇ μιᾷ μυκησάμενοι ἐμπηδῶσιν εἰς τὴν θάλασσαν.
— 19, — 11 lege ἄμεινον.
— 23, — 2 — p. 234. — Idem verbum e Codd. restituit Schmieder. in *Jove Trag.* 40: ἅτε καὶ προπεπονηκότα, οἶμαι, ἐκ τοῦ τραύματος. Vulg. πεπονηκότα.
— 25, — 9 adde *Passow. de Lex.* gr. *p.* 123.
— 28, — 8 — *Stallb. ad Pl. Phaed. p.* 202.
— 31, — 3 — *Demosth. adv. Mid.* 40: λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι.
— 6 adde *Chariton. V.* 10. μόνος δὲ γενόμενος ἧψε βρόχον καὶ μέλλων ἐς αὐτὸν ἀναβαίνειν κ. τ. λ.
— 38, — 6 adde *Boisson. ad Aristaen. p.* 362.
— 44, — 3 lege σύνειμι.
— 16 adde *Jov. Trag.* 27. συνεῖναι μὲν γὰρ ἐς ὑπερβολὴν ὀξύς ἐστι — λέγων δὲ κ. τ. λ.
— 48, — 2 lege *Valcken. ad Hippol. p.* 306.
— 50, — 11 adde *Welcker. ad Theogn. p.* 93.
— 57, — 4 — *Maittair. p.* 21, *B*; *Jacobs. ad Philostr. p.* 244.
— 58, — 3 lege Scr. cum Lehmanno.

III. In annotatione.

Pag. 5, lin. 17 lege ἰάμβιζον.

— 6, — 4 — φορητὸν,

— 8 — Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν.

— 8, — 5 — ἕκαστον.

— 10, — 12 adde *Aristot. Magn. Morr. II.* 10: τὸ δὲ πυρέττειν πῶς αἰσθάνομαι; ὅταν, φησὶν, ὁρᾷς ὠχρὸν ὄντα. Ad ἁπάντων cf. *Plat. Republ. VI, p.* 496. *D:* οὔτε ἱκανὸς ὢν εἷς πᾶσιν ἀγρίοις ἀντέχειν.

— 31 lege ὦ Γῆ καὶ θεοί!

— 13, — 4 adde *Plut. ad Princ. Inerud.* 4, *p.* 781. *D:* Κάτων ἐν Ἰτύκῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀπὸ τῆς ἥττης ἐκήρυττε πέμπειν ἐπὶ θάλατταν. *Plaut. Mostell. III.* 2. 8: „Non bonus somnus est de prandio“.

— 17, — 8 adde: De ἆρ' ἦν v. *Stallb. ad Plat. Menon. p.* 133. Ἦν dictum ut v. c. *Plat. Republ. V, p.* 466. *C.* γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι τῷ ὄντι ἦν σόφος λέγων πλέον εἶναί πως ἥμισυ παντός.

— 19, — 22 adde: Ἐν ἔργῳ ἦσαν Thucydideum est. Cf. *IV.* 131: καὶ αὐτῶν οὐ πολὺ ὕστερον ἤδη ἐν ἔργῳ ὄντων. *VIII.* 14. καὶ οἱ μὲν ἀφεστῶτες πάντες ἐν τειχισμῷ ἦσαν καὶ παρασκευῇ πολέμου. *II.* 101. ἐφοβήθησαν — καὶ ἐν παρασκευῇ ἦσαν. *Long. Pastor. II.* 1. πᾶς ἦν κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἐν ἔργῳ. — De perturbatione Athenarum illa aetate v. egregium locum *Demosth. pro Cor.* 53; post proelium *Lycurg. adv. Leocr.* 11.

— 22, — 26 lege gravitate.

— 25, — 12 — οὐκ ἂν.

— 30, — 36 — digitis. — Extr. cap. adde *Diodor. Sic. XVI.* 57: τῆς δὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων φθορᾶς τὴν μὲν ὅλην ἐπιγραφὴν ἔσχον Φωκεῖς, μετέσχον δὲ τῆς αἱρέσεως Ἀθηναῖοι.

— 32, — penult. adde *Luc. Alex.* 49. τὸ ἐπελθὸν ἄλλως ὑπέγραφε.

— 22 adde *Plat. Republ. VI, p.* 497. *D:* ἐπεὶ καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πάντως ῥᾷστον διελθεῖν.

— 33, — 30 lege ἀπνευστί.

— 37, — 13 — retractaturum.

— 48, — 17 adde *Heliodor. Aethiop. VII.* 10. οὐ γὰρ μικρῷ τῷ μέσῳ τοὺς ἄλλους τῷ κάλλει κατήστραπτεν.

Pag. 48, lin. 27 lege ἐπισκιάζεται.
— 50, — 17 dele punctum post intempestivo. — Mox lege communi.
— 51, — 24 lege ὁ πλοῦς.
— 52, — 16 adde *Plat. de Legg. VI.* 769. *B.* ὁτιδήποτε καλοῦσι τὸ τοιοῦτον οἱ ζωγράφων παῖδες.
— 68, — 6 adde *Quinct. III.* 4: „Celeri magis et rotunda distributione usi quam vera“.
— 70, — 13 adde *Plat. Republ. V, p.* 452. *B.* ὥςπερ τοὺς γέροντας ἐν τοῖς γυμνασίοις, ὅταν ῥυσσοὶ καὶ μὴ ἡδεῖς τὴν ὄψιν ὅμως φιλογυμναστῶσιν.
— 72, — 15 lege jucundum.
— 74, — 26 adde *Plat. Republ. V. p.* 458. *D.* πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λέων. Mox l. 31 lege sana.
— 82, — 18 lege intellexi.
— 84, — 11 adde: Nostro loco omnino respondet *Plat. Republ. V, p.* 452. *A:* Ἴσως δή, εἶπον, παρὰ τὸ ἔθος γέλοια ἂν φαίνοιτο πολλά, i. e. *propter consuetudinem*, non *propter insolentiam* vel *quia insueta sunt.*
— 35 lege fastidium inde suscipere.
— 87, — 6 — Aristobule.
— 94, — 22 adde *Long. Pastor. I.* 11: ὁ δὲ εἴκασε μήλῳ τὸ πρόςωπον αὐτῆς, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν. *Plut. V. Alex. M.* 4. ἦν δὲ λευκός, ὥς φασιν, ἡ δὲ λευκότης ἐφοίνισσεν αὐτοῦ περὶ τὸ στῆθος μάλιστα καὶ τὸ πρόςωπον.
— 95, — 13 adde *Long. Pastor. I,* 16. ἐλούσατο τὸ σῶμα λευκὸν ὂν καὶ καθαρὸν ὑπὸ κάλλους.
— 29 lege exaggerationibus.
— 96, — extr. lege literario.
— 97, — 16 — ornamentis.
— 106, — 1 adde *Plat. Republ. V, p.* 478. *D.* εἴτι φανείη οἷον ἅμα ὄν τε καὶ μὴ ὄν.
— 31 lege p. 2437.
— 115, — 22 adde *Philops.* 3. καίτοι τὰ μὲν τῶν ποιητῶν ἴσως μέτρια· τὸ δὲ καὶ πόλεις ἤδη κ. τ. λ. 11. καὶ τοῦτο μὲν ἴσως μέτριον.
— 122, — 24 adde *Plaut. Rudent. I.* 2. 52: „Heus tu, qui fana ventris causa circumis.“
— 123, — 30 adde v. c. *Xen. Cyr. V.* 1. 4.
— 125, — 6 — inprimis *IX*, 20, τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, τὸν Ἕλληνες Μακίστιον καλέουσι.

Pag. 126, lin. 30 lege est is qui non est.
— extr. adde *Demosth. Philipp. II*, p. 69. 3. *De Halon.* p. 81. 8. *Lycurg. adv. Leocr.* 7 etc.
— 127, — 9 adde ἐξίτηλος ad similitudinem soni ejus quod est ἀπατηλὸς, non ab ἐξιτέειν, ut vult *Wytt. ad Sel. Hist.* p. 340, quod verbum nullum est.
— 129, — 24 adde *Plat. Republ. VI*, p. 488. *A.* μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηῒ ἅπαντας. *Luc. Fug.* 19. ὑπὲρ τὰ βρεφύλλια τὰ νεογνά. — Tum ut h. l. Κασπιακὴ χιών, *Long. Pastor. III.* 3. Σκυθικὴ χιών.
— 133, — 29 lege appositae.
— 147, — extr. — λελουμένοι.
— 149, — 16 adde: Cum illis: ὡς ἐλπίσαι κ. τ. λ. apte conf. *Plat. Euthyd.* p. 283. *A:* καὶ ἡμεῖς πάντες ἐβλέπομεν πρὸς αὐτὸν ὡς αὐτίκα μάλα ἀκουσόμενοι θαυμασίους τινὰς λόγους.
— 150, — 11 adde *Plaut. Menaechm. I.* 2. 34: „dic mihi, numqua tu vidisti tabulam pictam in pariete?"
— penult. lege simillimam.
— 152, — 12 adde *Diodor. Sic. XX*, 1. τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας γένος ἁπλοῦν ἐστὶ καὶ συμφυὲς ἑαυτῷ καὶ τὸ σύνολον ἐμψύχῳ σώματι παραπλήσιον, οὗ τὸ μὲν ἐσπαραγμένον ἐστέρηται τῆς ψυχικῆς χαρίτος etc.
— 153, — 26 lege ὁπλίταις.
— 156, — 6 — *exempli.*
— 161, — 24 — sumunt.
— 165, — 7 — τὸν λόγον.
— 171, — 12 — etenim.
— 173, — 20 adde: Sententiam nostram apprime comprobat *Themist. Orat. XXVI*, p. 314. *C.* οὐ γὰρ κατεπείγει τὸν λόγον ὕδωρ ἀποῤῥέον μεμετρημένον καὶ οὐκ ἀποχρῶν τῷ ἀγῶνι.
— 177, — 26 lege πρώτῳ. — Mox lin. penult. adde v. c. *Thuc. IV.* 96. νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης τὸ ἔργον. Cf. *Per. ad Ael. VII.* 8.
— 178, — 1 lege τούτου — ξυνακολουθεῖν.
— 32 adde *Ruhnk. Dict. ad Ter.* p. 54.
— 180, — 15 lege maxime. — Mox adde *Demosth.* π. συντάξ. p. 173. 28: σκέψασθε δὲ, ἃ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι τῶν πραγμάτων εἰπεῖν.
— 181, — 8 lege p. 252.

Pag. 182, lin. 21 adde *Dem. de Cherson. p.* 96. 21. ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώσοντι δίκην, μή τι ποιήσαντι γε ἢ συγκαταπραξαμένῳ.

— 185, — 33 lege is.

— 206, — 33 adde *Quinct. VIII.* 3: „ceterum dicturus, quibus ornetur oratio, prius ea, quae sunt huic contraria laudi, attingam; nam prima virtus est, vitio carere.«

— 213, — 23 lege XLIII—XLVI.

— 214, — 33 — ad memoriam.

— 216, — 11 — εἰς οὐρανὸν.

— 219, — 23 adde *Plat. Politic. p.* 295. *C.* ἰατρὸν μέλλοντα ἤ καί τινα γυμναστικὸν ἀποδημεῖν καὶ ἀπέσεσθαι τῶν θεραπευομένων. *Quinctil. II.* 21. „Neque medicina ideo non erit ars, quia unctio et exercitatio cum palaestrica — ei sit communis.“

— 224, — 21 adde: Egregie sententiam nostram comprobat *Plut. ad Princ. Inerud.* 3: τῷ ἀνεφίκτῳ ποιοῦντες ἐπίφθονον τὸ ἀνόητον. *Plat. Republ. VI.* 502. *E.*

— 23 lege eundum.

— 237, — 26 adde *Plut. V. Pericl.* 20. *p.* 164. *A.*

— 238, — 21 adde οὐδὲ μὴν — οὐδὲ, cujus eadem ratio est.

— 246, — 36 adde *Long. Pastor. II.* 12. εἰς οἶκτον ὑπηγάγετο τοὺς ἀγροίκους πολύν.

— 255, — 24 lege ἄχρι.

— 260, — 6 adde: unde confirmatur vulg. lect. apud *Plat. Republ. VI, p.* 496. *B.* ὑπὸ φυγῆς καταληφθὲν, ubi male Ast. conj. καταλειφθέν.

— 261, — 27 adde: idem esse videtur πικρός in *Dem. Enc.* 5: οἷον λέγω τὴν σφοδρότητα καὶ τὴν πικρίαν καὶ τὸν ἐνθουσιασμόν.

— 269, — 16 lege *Horatiani.*

— 270, — 15 — ὀψιμαθίαν.

21 adde inprimis *Rhet. Pr.* 17. μετὰ δὲ ἀπόρρητα καὶ ξένα ῥήματα καὶ σπανιάκις ὑπὸ τῶν πάλαι εἰρημένα.

— 271, — 6 lege ὑπερπλουτοῦντας.

— 277, — 3 — *p.* 63 et 225.

— 285, — 18 — abscondita.

— 291, — 27 — unde ἀνακοπή.

— 296, — 28 adde et *p. XXXI sqq.*

— 297, — 27 lege μεγαλοσμαράγου.

Pag. 302, lin. 5 adde *Plat. de Republ. VI*, p. 500. B. οὐδὲ γάρ που σχολὴ τῷ γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὖσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι κάτω βλέπειν εἰς ἀνθρώπων πραγματείας — ἀλλ' ἐς τεταγμένα ἄττα καὶ κατὰ ταὐτὰ ἀεὶ ἔχοντα ὁρῶντας καὶ θεωμένους — ταῦτα μιμεῖσθαι κ. τ. λ.

— 306, — 3 lege πρᾶσις.

— 311, — 23 adde *Luc. Alex.* 8. ἐν ἀμφοτέροις γάρ, τῷ τε δεδιότι καὶ τῷ ἐλπίζοντι κ. τ. λ.

— 319, — 5 lege εὐαφής.

— 320, — 12 interpretando exprimere poteram fortasse *Quinctiliani* illa *II*. 17: „vi artis suae efficit, ut quaedam eminere in opere, quaedam recessisse credamus."

— 331, — 36 adde *Merc. Cond.* 24. παρὰ πόδας τοιγαροῦν τῆς λιχνειας ταύτης τἀπίχειρα.

INDEX GRAECUS.

INDEX LATINUS





